MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN VII.

DOCUMENTA

HISTORIAE CHROATICAE PERIODUM ANTIQUAM

ILLUSTRANTIA

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

ZAGRABIAE 1877

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE

IN TABERNA LIBRARIA LEOP. HARTMAN.

MONUMENTA

SPECTANTIA

HISTORIAM SLAVORUM MERIDIONALIUM

EDIDIT

ACADEMIA SCIENTIARUM ET ARTIUM SLAVORUM MERIDIONALIUM

VOLUMEN SEPTIMUM

ZAGRABIAE 1877

EX OFFICINA SOCIETATIS TYPOGRAPHICAE.

DOCUMENTA

HISTORIAE CHROATICAE PERIODUM ANTIQUAM

ILLUSTRANTIA

COLLEGIT, DIGESSIT, EXPLICUIT

Dr FR. RAČKI

ACADEMIAE SOCIUS ORDINARIUS

ZAGRABIAE 1877

SUMPTIBUS ACADEMIAE SCIENTIARUM ET ARTIUM.

CORRIGENDA ET ADDENDA.

Pag. 3 nr. 2 Trpimirus lege: Tirpimirus v. p. 5. — 14, 20 vide 45, 62. — 25, 20 post v. Maius tribunus testis, adde: Cerneche tribunus, testis. cf. 22, 17. — 61, 44 quoad annum v. 106, 88. 120, 102. 132, 111. 139, 115. 141, 116. — 65, 50 pepetuitatem: perpetuitatem. — 72, 55 memore: memorie. — 77, 57 sine: siue. — 108, 89 Drusia: Drusca. — 112, 95 (in nota) imperatoris byzantini, adde: nomen. — 121, 102 domni Benedicti abbatis (prouti in msc. reipsa legitur): domni Bartholomei abbatis. — 128, 111 occlesiam: ecclesiam. — 135, 111 pro Belata: p(resbyte)ro Belata. — 148, 124 torritorio: territorio. — 179, 140 confiirmamus: confirmamus. — 195, 150 usto: iusto. — 196, 150 sonsuetudo: consuetudo. — 329, notam 3 emenda sic: Cadolaum auctor confundit cum Pannoniae transdravanae comite Kotzel (v. nr. 183, p. 367). — 383, 194 Seuemuscle: Sememuscle. — 394. 200 Desumptum e Simone de Keza (gesta Hungarorum. Endlicher: monum. arpad. I, 104) qui sic habet: „Cum autem resedissent (Hungari) Pannonia occupata, tandem Morauiam et Boemiam bonis omnibus spoliarunt Waratislao eorum duce in prelio interfecto. Post hoc uero Carinthiam (non Chroatiam) hostiliter adeuntes, ultra castrum Leopah Meranie dux Gotfridus nomine, duxque Eberhardus cum Aquilegiensi patriarcha ipsis occurrentes atrociter insimul pugnaverunt; et quamuis ex Hungaris plures corruissent in prelio memorato, utrique duces occiduntur, parriarcha per fugam liberato. Abinde spoliata Carinthia, Stiria et Carniolia cum maxima preda in Pannoniam reuertuntur". 412, 205 οἱ Χρώβατοι hicce intelligendi sunt „albi".

Quum academia nostra, historiae chroaticae periodus antiquae studium promotura, mihi omnium cuiuscunque generis documentorum saeculo XII anteriorum collectionem atque digestionem concredidisset: variae quaestiones tam in colligendis quam in disponendis edendisque monumentis huc spectantibus praevie solvendae obiiciebantur.

Primum quidem ambitus et limites operi praefigendi erant. Qua in re academiae consilium operisque scopus impense svadebant, ut ea tantum documenta, quibus historia Chroatiae (quaqua ista, ducibus et regibus gentiliciis dominantibus, late patebat) quoquo modo illustraretur, reciperentur. Unde quum regio Dalmatiae antiquae inter Japydiam et Titium Chroatiae veteris nucleum efficeret, monumentorum hanc oram respicientium ratio primo loco habenda erat. Sed nec minori cura pauca ea atque disiecta documenta, quae Pannoniae partem, inter Dravum et Savum sitam, spectant, utpote quae illi Chroatiae nucleo sequiori aetate accessit, coacervanda erant. Immo nec respuenda erant conterminarum provinciarum acta, quatenus et ipsa illustrandae historiae chroaticae plus minusve conferunt.

Documentorum sic definita congeries digeri potuit habita sive temporis solummodo sive indolis originisve ipsorum ratione. Nos utrumque respicientes documenta omnia in tres sectiones partiri maluimus, quarum prima acta, secunda rescripta et synodalia, demum tertia scriptores continet. Singularum sectionum documenta ordine chronologico disposuimus; ut tamen hoc etiam obtutu totius operis prospectus habeatur conspicuus, omnium documentorum argumenta chronologico ordine digesta in prooemio adduximus.

His generaliter praemissis nunc de uniuscuiusque sectionis documentis brevi disserendum est.

Actorum nomine hic loci intelligenda veniunt tum diplomata tum etiam alia iuridicae indolis instrumenta, sive a magistratibus et personis publicis sive a privatis individuis praescripta usitatave

forma edita. Verum ea etiam scripta, quae possessiones resve nonnullorum collegiorum ecclesiasticorum conscriptas continent, quum argumenta ipsorum ex actis desumpta sint, in hac sectione adferenda erant.

Acta, quae e periodo illa ad nostram usque aetatem adservata sunt, rudera tantum sunt, quae subsequam reipublicae chroaticae fortunam adversam supervixerunt. Suntque ea potissimum, quae in gratiam ecclesiae edita in eiusdem tabulariis sedulo custodiebantur. Conservabantur vero ab antiquo in sacrariis ecclesiae metropolitanae Spalati et episcopalis Arbe, item in monasteriis ordinis s. Benedicti, et quidem s. Chrysogoni Jaderae, s. Petri Arbe, s. Stephani protomart. et s. Benedicti Spalati, s. Joannis ev. et s. Thomae Belgradi, s. Duimi Tragurii, s. Petri in Selo prope Salonam, s. Michaelis in Sansicovo ad Absarum. Plerorumque vero ex his collegiis proxime praeteritorum saeculorum decursu extinctorum acta, quae ex interitu evaserunt, aliis tabulariis bibliothecisve adnexa sunt. Tali modo evenit, ut acta monasterii s. Chrysogoni, si quinque (v. nr. 21, 33, 38, 54, 85), quae Zagrabiae in regnicolari archivo, ad quod nescio qua via devenerint, custodiuntur, in tabulario regiminis dalmatici Jaderae (v. nr. 13, 17, 20, 29, 32, 34, 35, 37, 38, 39, 42, 45, 53, 54, 55, 61, 62, 63, 70, 71, 84, 106, 134, 135), item acta monasteriorum s. Joannis et s. Thomae Belgradi (v. nr. 40, 43, 48, 56, 64, 83, 89, 90, 91, 92, 133) aeque ibidem adserventur. Acta monasterii s. Benedicti Spalati in tabularium s. Mariae Jaderae, e quo tria (v. nr. 97, 124, 143) Zagrabiam immigrasse videntur, recepta fuerunt (v. nr. 36, 57, 118, 141). Acta monasterii s. Stephani extra Spalatum (v. nr. 28, 30, 31, 44, 58, 101, 102, 115, 116, 125, 126) Venetias, ubi nunc in bibliotheca ad s. Marcum custodiuntur, translata sunt. Feliciori sorte frui concessum erat actis monasterii Jaderensis s. Mariae, cui per varios temporum casus magnam illius aetatis documentorum suorum partem (v. nr. 50, 51, 52, 69, 72, 74, 77, 100, 108, 119, 123, 128, 129, 131) ad nos usque perferre obtigit. Quamvis spalatensis ecclesia inde a saeculo VII vitam non interrumptam agat, tabularium tamen ipsius cum fortuna adversiori conflictabatur; quare pauciora eiusdem acta (v. nr. 2, 12, 87, 88, 98, 99, 114), praeprimis si metropolis huius splendor prae oculis habeatur, ab interitu erepta sunt. Nec multo meliorem sortem expertum est tabularium arbensis ecclesiae, cuius perpauca acta (41, 59, 67, 68) in omnem ventum disiecta mortis periculum vix effugerunt. Actorum vero, quae alias Chroatiae et

Dalmatiae illius aevi ecclesias respicerent, quae tamen quondam in propriis tabulariis omnino recondita erant, neque vestigium ullum nunc reperitur. Acta salonitanae ecclesiae s. Michaelis (v. nr. 19, 22, 23) delituerunt olim in bibliotheca insignis spalatensis Cindriorum familiae, e qua Petrus celeberrimus patriorum monumentorum cultor ortum duxit. Nonnullis tandem actis, quae mutuum patriae nostrae cum sede romana et Venetorum republica nexum spectant, inter romana (4—10, 87, 107) et veneta (25, 26, 87, 138, 139) asylum invenire sicque vitam servare obtigit. Nunquam satis deflenda nobis est iactura tabularii regalis cancellariae chroaticae, cuius chartae in tantum ab interitu ereptae sunt, in quantum iis in praefatis tabulariis refugium datum est (v. Rad XXXV, 1—49).

Jam quod formam, in qua haecce acta nobis tradita sunt, adtinet, illa partim in chartis singulis, partim in codicibus consignata reperiuntur. Chartae longe minori parte authentica, maiori vero apographa exemplaria exhibent. Invaluit quippe in praelaudatis quoque collegiis patriae nostrae sat mature illa communis consvetudo, ut autographa, ad tollendas nefors jacturae sequelas, tum in chartis singulis tum in unius libri corpore describerentur. Antiquissima talium librorum sive regestorum, quae ad nos usque devenerunt, exempla sunt codices monasterii s. Mariae Jaderae et s. Petri ad Salonam, uterque membranaceus. Prior nunc tribus quaternionibus invicem iunctis atquae 38 plagulis constans non eodem tempore neque eadem manu scriptus est. Anterior quippe eaque vetustior pars, e 21 plagula consistens, littera beneventana sive longobardica sequioris acuti caracteris exarata, saeculo XII posterior esse non videtur, cum alii duo quaterniones scripturam gothicam saeculi XIII vel XIV exhibeant. Pars illa vetustior codicis acta saeculum XI spectantia continet (v. Rad XXVI, 166—168). Registrum quondam monasterii s. Petri dein tabularii capituli spalatensis, unde Viennam in archivum aulicum translatum (1840) erat, 29 plagulis constat, atque initio saeculi XIII conscriptus esse videtur. E recentioribus, quae continet, actis unum ad a. 1176 (p. 25), aliud ad a. 1180 (p. 26) refertur. Saeculi proxime sequentis est „libellus policorion, qui et topicus vocatur“, quondam monasterii s. Joannis ev. (tum ss. Cosmae et Damiani) Belgradi, nunc in tabulario dalmatico Jaderae; codex membranaceus litteris gothicis exaratus, quatuor quaternionibus et 40 plagulis constans. In hoc registro collecta et descripta sunt instrumenta, bona et possessiones praefatae abbatiae respicientia, quorum tria ad XI, caetera

ad XII et XIII, tria tantum ad XIV saeculum referuntur (v. Rad XXVI, 160—164). Etiam celebre monasterium s. Stephani protom. extra muros Spalati habuit eiusmodi codicem, in quem spalatensis notarius Joannes, iussu apostolici visitatoris archiepiscopi Rogerii, a. 1251 inseruit chartas, ipsius donationes continentes. Ex instrumentis adsunt 11 e saec. XI, 12 e saec. XII, reliqua e primo dimidio saec. XIII. Serius adnexae sunt chaıte saeculi XIV et XV, immo novissima a. 1503. Instrumenta haec, originetenus omnino latino sermone confecta, tardiori aetate, periodo videlicet veneta, in italicum conversa sunt; atque versio haec, authentico latino deperdito, Venetiis, uti diximus, salva conservatur (Rad XXXVI, 138—140). Metropolitana ecclesia spalatensis possidebat aeque ab antiquo „registrum privilegiorum", quorum unum iam anno 1333, quo aliud iussu archiepiscopi Dominici Lucari confectum est, „antiquissimum" dicebatur. Ex istis registris describebantur sequiori tempore instrumenta in alios codices, recentioribus chartis adauctos. Unde factum est, ut diversa talium codicum exemplaria circumgestarentur (Rad ibid. 137). Ecclesiae arbensis registrum (v. nr. 41, 59) aeque partim conservatum est. Monasterium quoque s. Chrysogoni Jaderae habuit „antiquum registrum privilegiorum" (J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. ed. Amstelod. p. 76, 100), quod, nisi alicubi lateat, interiisse videtur.

Hisce actis sat mature uti coeperunt cultores patriae historiae, inter quos (praetermissis specialium elucubrationum auctoribus, veluti Sibenicensi Georgio Sisgoreo, Jadertinis Valerio de Ponte [1650], Simeone Ljubavac [1652], Laurentio Fondra et Joanne Tanzlinger, Pagensi Ruićio, Braciensi Andrea Ciccarellio aliisque) Joannes Lucius Tragurinus et p. Philippus Riceputi cum Daniele Farlati et Jacobo Coleti primum locum tenent. Joannes Lucius († 1679) Paduae ac Romae litteris eruditus, eruditissimorum virorum familiaritate usus, svasu ipsorum, ac inprimis doctissimi Ferdinandi Ughelli, conscribendae historiae patriae animum adiecit. Quem in finem tum ipse Lucius tabularia dalmatica, quae eo tempore magna parte sarta et tecta erant, perlustravit, tum in describendis documentis amicorum opera adiuvabatur. Sic acta iaderensium archivorum s. Chrysogoni et s. Mariae, a praelaudato Simeone Ljubavac descripta, a 1647, acta arbensia partim ab eodem partim a nobili Arbensi Francisco de Dominis a 1653 sibi consignata, alia iterum ab aliis amicis missa obtinut (Rad XXXV, 173). Actis his noster Lucius in elucubrandis operibus suis usus est, in quibus multa

quidem eorum per extensum, alia vero summatim tantum carptimque edidit. Collectaneis Lucianis usi sunt, eaque novis documentis adauxerunt scriptores „Illyrici sacri". Auctor operis, p. Philippus Riceputi, non modo Dalmatiam saepe, verum etiam Chroatiam finitimasque regiones peragravit, documenta ibidem in tabulariis et bibliothecis publicis et privatis delitescentia exploraturus. „Crevit rerum undique congestarum et codicum descriptorum seges et copia, ut inde extiterit bibliotheca illyrica e manuscriptis voluminibus amplius trecentis confecta" (Illyr. sacr. I, praef. XVI). Neque ab augenda mole ista destitit Farlati, quum mortuo Riceputo (1742), cui laboris socius erat, ipse opus perficiendum susciperet, nam et ipse a. 1759 socios in Dalmatiam exmisit, praetermissa forte monumenta lecturos (Rad XXVI, 166).

Perpauca omnino periodus antiquae dantur acta, quae Lucii ac Riceputi et Farlati diligentiae perspicaciaeque impervia et occulta remanerent. Immo sunt nonnulla, quamvis numero exigua, quae hisce viris prae manibus erant, abhinc vero interierunt. Ast horum documentorum editio Luciana et Farlatiana duobus praecipue naevis laborat: non omnia videlicet acta integre, nulla fere fideliter ac accurate edita sunt.

Hoc tamen non obstante integro paene saeculo nullum apud nos opus in lucem prolatum est, quod quoad documentorum amplitudinem cum Luciano et Farlatiano comparari posset. Immo quicunque serius horum documentorum partem maiorem minoremve ediderunt, veluti A. Krčelić, S. Katona, G. Pray, J. Mikoci, G. Fejér, eadem ex operibus Lucii et Farlati solummodo descripserunt. Nostra primum aetas, suscitato in natione litterarum amore, severiorique patriarum rerum studio, impensius tabularia explorare, vetustaque monumenta edere coepit. Ad colligenda accuratiusque vulganda antiqua illa acta aeque animus directus est; cui operae tum viri singuli tum eruditae societates non parum insudarunt. E caeteris docti atque de archeologia dalmatica optime meriti Francisci Carrara hic loci meminisse iuvat, qui acta archivi spalatensis capituli, quum Viennae in tabulario aulico essent, diligentius exploravit, atque inter reliqua etiam registrum olim monasterii s. Petri e praefato codice publici iuris fecit (1844). Verum omnes temporis nostri patriae historiae cultores in colligendis edendisque monumentis longe superat Joannes Kukuljević de Saccis. Quod singulatim acta nostra adtinet, ipse eadem semel ac iterum (1854, 1856) in tabulariis dalmaticis consuluit, atque etiam per Joannem Tkalčić

conferri fecit; ac tandem anno 1874 Zagrabiae in primo volumine „codicis diplomatici regni Croatiae, Dalmatiae et Slavoniae“ sumptibus historico-archeologicae societatis in lucem protulit. Atque haec prima systematica actorum editio Luciana et Farlatiana collectione excellit non minus exemplarium copia quam et castigatiori eorundem textu. Attamen hanc etiam editionem non paucis scatere vitiis, alibi (Rad XXVII, 194—211) uberius ostendi.

Quare vel ex hoc, etiamsi longe alius operis huius scopus ampliorque forma non respiciatur, nostra horum actorum editio nova nemini superflua videbitur. Quae quo plenior et acuratior evadat, ipse non modo priores actorum editiones assidue studui, verum etiam chartas et codices in praefatis tabulariis et bibliothecis exploravi ac descripsi Immo quum a. 1873 archiva Jaderae, Spalati, Tragurii perquirerem, quo autographa maioris momenti commodiori otio examinare possem, auctor fui, ut eadem arte photographica desumantur. Collectorum tandem actorum studio pluribus annis serio incubuimus, singulas, e quibus constant, partes examinando, de qua re alibi (Rad XXXV, 1—49) uberius disseruimus.

Ipsa editione nostra edocebitur benevolus lector, qua ratione editoris munere functi, quasve regulas in exornando actorum textu secuti sumus. Imitantes nimirum alios melioris notae editores in tractando actorum textu, cum exemplaribus authenticis aliter quam cum apographis procedendum esse nobis persvasimus. Quare exemplaria autographa, retentis omnibus, qui illis quoad singulares litteras proprii sunt, scribendi modis, fideliter et accurate expressimus. Hicce itaque id tantum nostrum fuit, ut compendia scribendi solvamus, maiusculas litteras, quae plerumque citra omne systema scribuntur, alicubi in minusculas mutemus, atque rectam interpunctionem adiiciamus. De variis actorum nostrorum apographis disquisitionem nostram, ad quam lectorem relegamus, alibi (Rad XXXVI, 135—164) uberius exposuimus, hic loci id tantum adnotantes, nos regulas, quae ex indole apographorum obtrudebantur, in edendo secutos esse. Talia itaque acta non semper ea, quam apographa exhibent, forma mox prelo tradidimus; sed emendando librarii naevos, sive ii singulas litteras aut verba sive integras sententias respicerent, in primigeniam formam primum restituere studuimus. Ut tamen lector tum apographum cognoscere, tum emendationes nostras diiudicare valeat, additamenta nostra in textu uncis designavimus, apographi vero lectionem in notis exhibuimus. Vix aliqua acti pars datur, quae in apographo immutationem qualemcunque non subi-

visset, sive formulam acti sive protocollum eius respicias. Attamen „datum“ et nomina propria sive incuria sive ignorantia librariorum plurimum passa sunt. Quare corrigendis notis chronologicis et restituendis nominibus personarum et locorum, quae plerumque slavicae originis sunt, magnam operam dedimus. Et quidem non sine fructu; unde multa acta alio, quam qui ipsis quoad tempus hucadusque assignabatur, loco collocata videbis. Praetermissis aliis animadversionibus eam tantum de actorum, quae e codice olim monasterii s. Stephani desumpta sunt, editione addere liceat, acta haec, cum Farlatiana, a Joanne Kukuljević absque ulla emendatione recepta, versio et manca sit et parum accurata, in primigenium sermonem latinum a nobis iterum conversa esse, codicis textu versioni adnexo. Illud etiam officii nostri esse duximus, ut acta, quae de sententia nostra sive spuria (v. nr. 27, 40, 52, 61, 71, 95, 98, 121, 122) sive suspecta (21, 38, 48, 52, 54, 69, 116, 123) sive retractata (19, 22, 23, 63, 129, 149, 150) sunt, aperte designemus, opinionis nostrae rationes infra actum breviter exponendo. Ubi vero acti cuiuspiam exemplum et authenticum et spurium exstat, utrumque distinctis columnis (v. nr. 40, 61, 71) vulgandum esse putavimus. Tandem nec illud praetereundum esse opinati sumus, ut singuli acti sors externa, videlicet ubi quondam adservabatur et ubi nunc prostet, utrum et a quo editum sit, ad calcem adnotetur.

Atque haec sunt, quae de sectionis primae documentis praemittenda erant.

Quum sectionis secundae documenta (nr. 144—162) a primae aeque ac tertiae sectionis monumentis tantum argumento et contextus summa distinguantur: de editionis eorundem ratione nihil singulare observandum est. Solummodo ad acta retractata concilii spalatensis (nr. 149, 150) lectorem attentum reddere volumus, quoniam textum, qui librariorum incuria temporumque protervia corruptissimus ad nos pervenit, in pristinum candorem restituere magno labore conati sumus.

In sectionem tertiam (nr. 163—233) recepti sunt scriptores, vitae, inscriptiones aliaque minora huius generis documenta, et quidem non minus coaeva quam et sequioris aetatis, quae sive e coaevis fontibus hausta esse, sive ad hos illustrandos quidpiam conferre, sive vetustiori, quamvis non raro obfuscatae, traditioni inniti nobis videbantur. Quare e scriptoribus domesticis adducimus excerpta ex prioribus 17 capitibus historiae salonitanae Thomae archidiaconi, quoniam ea e vitis antiquis, actis, aliisque tardius deperditis monumentis

compilata fuisse persvasum habemus. Quamvis de Joannis archidiaconi fragmento (230, 1) et de nota registri monasterii s. Stephani (231) talis certitudo obtineri non possit, et quamvis haec sequiora documenta omnino sublestae fidei sint: non tamen ea praetermitenda censuimus, eo quod testes sint traditionis, quae in gente nostra de quibusdam antiquioribus eiusdem relationibus saeculo XIII et XIV viva fuisse videtur. Talis autem ratio haberi non potuit presbyteri Diocleatis et chroaticae eius operis compilationis e causis, quas pridem alibi (Književnik I, 199—228) exposui. Ast maiori respectu digna mihi videbantur nonnulla fragmenta e vetustioribus scriptoribus hungaricis item ex annalibus carinthiacis (230, 2. 3. 5), in quibus magna cum verisimilitudine praesignantur sequentis periodus graves eventus. Generatim parsimoniam nimis scrupulosam in ista sectione a scopo operis nostri omnino alienam esse iudicamus. Hinc adferimus non solum ea monumenta, quae de Chroatis expresse tractant, verum etiam eiusmodi, quibus priora directe vel indirecte illustrantur, aut positive vel negative comprobantur. Unde quum primordia nationis chroaticae primum a scriptore saeculi X enarrentur (nr. 164), ad examinandam eorum veritatem multum conferrent coaevorum testimonia (nr. 163) de Slavorum et Avarorum in Illyricum inde a dimidio saeculo VI irruptionibus et de interno Dalmatiae statu exeunte VI et ineunte VII saeculo. Quum internae Dalmatiae conditiones non parum ex epistolis papae Gregorii magni elucescant, non potuimus easdem his loci praetermittere, inserendo attamen, ne moles operis praeter necessitatem excrescat, fusiora tantum ipsarum argumenta. Ita etiam ad complenda monumenta de contactu nationis chroaticae cum conterminis populis tractantia, horum quoque res gestae non raro respiciendae erant. Sed nec ambitus reipublicae chroaticae aliter erui potest, quam explorando monumenta, in quibus conterminarum terrarum fines delineati sunt.

Talis agendi ratio eo facilius adprobabitur, quo magis constat, sectionem istam e meris fragmentis consistere. Et quum res se ita habeat, una non erit intellectu difficile, cur fragmenta haec non iuxta scriptorum seriem sed secundum ordinem chronologicum disposuerimus, praemisso utique in hoc ordine scriptore coaevo aut vetustiore. Hac disponendi ratione, qua certo modo annales chroatici reconstruuntur, disquisitionem historicam non parum adiuvari, cuique facile patet. Habentur enim primum excerpta historica e scriptoribus potissimum byzantinis (nr. 163), in quibus exponitur Slavorum et Avarorum contra orientale imperium in parte occiden-

tali haemicae peninsulae diutina lucta, quae Chroatorum et Serborum in Illyrici et Dalmatiae oris dominio viam aperuit. Adferuntur dein breves tam exterae quam et domesticae adnotationes (166—169) de successivo novorum advenarum ad christianam civilemque vitam transitu. Sequitur vicissitudinum in Pannonia, Dalmatia et Chroatia adumbratio (171, 172, 173, 175, 176, 178, 183, 186, 193) tempore illo, quo Franci inde a Carolo M. influxum in has regiones exercuerunt, orientalis imperii auctoritatem pristinam inde extrudere adnisi (179, 181, 184, 185). Delineantur tum primi cum Venetis conflictus (174, 182, 188, 204), Saracenorum hostiles incursus (179, 182), motusque inter Chroatos, Serbos et Bulgaros (177, 180, 190, 195, 197, 199, 201). Post haec definitur ambitus Chroatiae, finitimarumque terrarum medio saeculo X (202, 205, 206), eiusdemque cum Saracenis Hispaniae commercium exponitur (208). Subin enarratur magna illa Venetorum in Dalmatiam expeditio (209), qua ipsi praepotentiam ac tandem dominium in illis adriatici maris littoribus adepti sunt (211, 220, 227, 229). Tandem adducuntur documenta, in quibus et res gestae insignium nonnullorum virorum (213, 215, 219 221) et orientalis imperii de recuperando pristino influxu conamina (214, 216, 217) et Normannorum in Dalmatiam incursus (224) et Hungarorum cum Chroatia relationes (230) exhibentur. Sed neque praeterire potuimus illa e scriptoribus de prima expeditione cruciata excerpta (229), in quibus transitus exercituum per Dalmatiam et Pannoniam sirmiensem exponuntur.

De ipsa horum documentorum edendi ratione nil aliud animadvertendum habeo, nisi quod scriptores ad optimas, quae adsunt, editiones, quasve ad calcem unius cuiusque excerpti nominavi, adornaverim.

Scopo operis huius vix responderet, si solummodo textus documentorum sine ulla explicatione ederentur. Quam ob rem necessum esse duxi, ut ad documenta apponantur notae, quibus sive textus, sive res aut singula verba quoquo modo illustrantur. Immo quo fragmenta nonnulla maiorem lucem capiant, eorum ad invicem et cum toto nexum indicare non ommisi.

In indice, quem ad facilem operis usum latius elaboravi, vocabula res significantia potissimum ex actis deprompta sunt.

Fr. Rački.

ARGUMENTA ORDINE CHRONOLOGICO DISPOSITA.

*

I.

ACTA.

1.

Circa a. 839.

Mislav, Chroatorum dux, donat ecclesiae beati Georgii in Putalo, quae spalatensis archiepiscopi iuris erat, in dedicationis solemnitate possessiones in Lasani et Tugari, item decimas „ex curte sua Clusan".

Huius donationis memoria fit in charta ducis Trpimiri nr. 2.

Tempus deducitur e Johannis chronico veneto. Pertz: Mon. Germ. IX. 17.

2.

Anno 852, 4 martii. In loco Biači.

„Paginula privilegialis et donatio" Trpimiri ducis Chroatorum ecclesiae spalatensi concessa.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Regnante in Italia piissimo Lothario Francorum rege, per indictionem XV sub die IV nonis martii. Dum mundi ab origine cuncta, per tempora facta, mansisse delabisseque, succedentibus alia alternis semet, oculis perspicimus mentis et manu fidei palpamus, nihil corporeis membris uidere, audire aliud ualemus, nisi ea quae praesentantur[1] et scripturarum auditio obtutibus pandit. Unde ego, licet peccator, Trpimirus dux Chroatorum, iuuatus munere diuino, incertus de die nouissimo et hora, qua nesciat homo, sollicitus nimis animae meae, commune consilium meis cum omnibus zuppanis construxi monasterium, ibique cateruas fratrum adhibui, quorum sedulis uotis et frequens oratio nos immunes redderet deo peccatis, in hanc adiecit mens nostra, eiusdem monasterii ecclesiae aliquid in utensilibus praeparare. Cum autem non sufficeret in argento ipsa uasa perficiendum: accomodauit nobis Petrus, salonitanae ecclesiae archiepiscopus et dilectus compater, XI libras argenteas. Hac de re ei duximus hilari animo dare quiduis: „et non denegamus charitati uestrae". Quibus ipse respondit: „uolo, domine et compater, ut pri-

mum, quidquid proprio emi pretio uel quod donatum est in immobilibus et mobilibus in sancta matre ecclesia, id est in Lasani[2] et Tugari,[3] cum seruis et ancillis Stepus, Sagoleo,[4] Gor(e)tino,[5] praesentia claritatis vestrae per paginulam priuilegialem sanctae salonitanae ecclesiae dictae mancipata in aeternum permaneant; ac deinde ut in fatam matrem ecclesiam, quae est metropolis usque ripam Danubii et pene per totum regnum Chroatorum, et pro remedio animae uestrae, parentum uel fidelium uestrorum et per commodatum argentum detis ecclesiae beati Georgii in loco, qui dicitur Putalo,[6] omnia quae obtinet possessionum, seruos quidem et ancillas, quae Mislauo duce ipsam ecclesiae, cum dedicata uide(re)tur, et ab ipso supra dicto duce donis ditatam, simili modo et priuilegii censura. Haec quidem donatio a uobis firmiter enixe deposcimus taliter". Et suggestioni placiti data ad sensum spopondimus et iure mansuris rebus priuilegium fieri (per) praesentem nostram deliberationem praecepimus, uidelicet ita duntaxat ut empta pretio infra terminis nostris in locis memoratis sempiterna donatione possideat dicta iam sancta ecclesia, a nemine infestante. Tandem uero praefatam ecclesiam de regali territorio ab orientali et occidentali parte a rupe montis usque ad mare, ab utroque latere terminos cum lapideis et ferro signatos, infra quos terminos nullius adiacet territorium, nos diligenter condonamus et hoc in augmento sanctae salonitanae ecclesiae proferentes firmamus. Et ut singulis annis de omnibus nascentibus terrae ex curte nostra, quae Clusan[7] dicitur, decimae inferantur in memoratam ecclesiam, quas decimas antecessor noster Mislauus dare coepit. Si quis uero de super scriptis, quidquid deo inspirante amore sanctorum inflammati deuoto pectore obtulimus, concessimus et imposterum inconuulsa firmata manere censuimus in coenobium sanctorum martyrum Domni et Anastasii, Cosmae et Damiani, et si quis diripere uel subtrahere aut per uim opponere tentauerit: iram domini saluatoris, et sanctorum omnium maledictionem, quidem CCC patrum et octodecim, (incurrat); uinculo insolubili anathemate, maranatha,[8] denodetur; diuidetur et euellatur diuino iudicio a cognatione et patria, uxore et filiis, qui separare donationem nostram temerarie a sancta matre ecclesia, iam factam, praesumpserit; fouetur itaque hic litigantibus cum eo uicariis sanctis religiosorum subsistentium principum gratia (contra) tam nefandum faciens, quisquis ille defunctorum (dona) obliuioni dans et lumen animarum eorum extinguens;[9] et in nouissimo die magni examinis cum diabolo et eius tetris angelis et Juda

Iscariote, Christi proditore, in gehenna barathri muneretur, ubi ignis nunquam extinguitur et uermes impiorum non moriuntur. Actum in loco, qui dicitur Byaci,[10] tempore super[11] fato, et testium notitia, praesentia communi uoto et uoluntate corroboratum. Signum (†) manu[12] meque ipso Tirpimiro duce, huius rei concessore et auctore. Signum (†) manu Coiicino[13] zuppano testis. Signum (†) manu Predilio[14] zuppano testis. Signum (†) manu Nemuslo zuppano testis. Signum (†) manu Zarcata[15] zuppano testis. Signum (†) manu Ludovico zuppano testis. Signum (†) manu Ozanulo cum fratre, testis. Signum (†) manu Negutin[16] camerario testis. Signum (†) manu Zulo[17] testis. Signum (†) manu Potec(h)ano[18] testis. Signum (†) manu Lutimuslo[19] testis. Signum (†) manu Damay[20] testis. Signum (†) manu Dominico praesbytero, capellano, testis. Signum (†) manu Cipriano praesbytero, capellano, testis.

Ego Martinus praesbyter, capellanus, praeceptione domini mei, ducis memorati, rogatus scripsi et manu propria opus compleui, signum manu feci.

Haec sunt nomina seruorum de Masaro, pertinentes eos in sancta matre ecclesia beati Domnii, scitote numerum eorum; sunt in primis: Gorento, Postelio,[21] Nacezai,[22] Domaciai,[23] Ylena, Trubula.[24] isti cum suis feminis. Ceteri uero septem, quorum nomina sunt: Liutamiro, Strehemilo, Nedamuslo. Tesina, Luteciai,[25] Gostilo.[26]

Transsumptum in registro privilegiorum archiepiscopatus spalatensis, quod in eiusdem archivo Spalati asservabatur, quodve adhuc a. 1333 „antiquissimum“ dicebatur. Hoc anno confectum fuerat aliud registrum manu Lucani Bertani, ecclesiae spalat. primicerii, et coram spalat. archiepiscopo Dominico, episcopo pharensi fr. Luca et abbate s. Stephani fr. Matthaeo, item per notarios Bonacursium, Benedictum et Stephanum cum „antiquissimo“ illo collatum, atque die 29 maii Spalati „in publicam formam redactum“. Habetur etiam in MSC. cod. recentiori eiusdem archivi: Donationes principum ecclesiae spalat. p. 1.

Ex illo altero (a. 1333) registro descripsit et edidit J. Lucius: de regno Dalm. et Croat. Amstelod. 1666. lib. II, c. 2 p. 61. Farlati: Illyr. sacr. III, 51. J. Kukuljević: Jura regni Croat. Dalm. et Slav. I, 3. Cod. dipl CSD. I, 45. Cf. J. Lucii: Memorie di Traù. Venezia 1674. p. 218.

Confirmatae fuerant hae donationales litteris regis Svinimiri a. 1076. Vide nr. 88.

Apographum pluribus mendis refertum, quorum nonnulla emendare conati sumus.

J. Lucius et post eum Farlati et J. Kukuljević referunt indictionem XV „regnante Lothario“ ad a. 837; sed ad a. 852 referendam esse, pluribus in „Rad jugoslav. akademije“ vol. XXVII, p. 201—4 probavi, quorum vel unum sufficeret, quod Lotharii in Francia regiminis anni

primum ab augusto a. 840 computari ceperint. Cf. Böhmer: regesta chron. dipl. Karol. p. 51 et seq.

[1] „que presentantur". In apographo scribitur *e* in locum *ae*, *oe*. [2] i. e. Lazani. Miklošić: Die slavischen Ortsnamen aus Appellativen nr. 296. [3] Tugari, pagus in communi Almisiensi (Omiš). Mašek: Repertorio delle località del regno di Dalmazia. Zara 1872. p. 80. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen im Slavischen. nr. 327. [4] i. e. Zagole. Cf Gola, Golan, Lub et Za-lub. Die Bildung der slav. Personennamen. S. 21, nr 75. [5] Chortino. Cf. Goren, Goreta. ibid. nr. 79. [6] Putalio. Vide nr. 88. Cf. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen im slavischen. nr. 243. Daničić: Osnove srb. ili hrv. jezika. Biograd 1876. str. 122—131. [7] Sine dubio Constantini porphyrogeniti (de adm. imp. c. 29. ed. Bonn. p. 127). Κλεῖσα, slav. Klis, Klisa supra Salonam. Vide nr. 12 et 19. [8] ἀνάθεμα, μαραναθά. I. Cor. 16. 22. [9] „octinguens". [10] Scribitur etiam Biachi (nr. 98), Biaci (nr. 12), Biaki (111). Bihač, rudera urbis ad Tragurium, in loco supra montem, a maris littore media hora distante. [11] „nuper". [12] vel manus, si originale tantum m̃ habuit. [13] „Comicino", mendum apographi in locum „Coiicino", Коничинь. Srpski pomenici XV—XVIII vieka od St. Novakovića. Beograd 1875. str 70. V. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 166. [14] „Pretilia", Predilo. Miklošić op. cit. nr. 307. [15] „Zarsata". Žarьko, gen. Žarьka, forte etiam Žarьketa. Ibid 130. [16] „Negutia". Ibid. nr. 256. [17] „Zullo". Ꙃълъ, zŭlŭ. Ibid. nr. 147. [18] „Potecano". Cf. Potêcha, Têchan. ibid. nr. 414. [19] „Zutimuslo". Ibid. nr. 209. cf. Lutomysl. [20] „Damay". Forsitan „Damaçj" = Damaši. Ibid. nr. 117. Doma, Doman, Domaš; item Дамлнь, Дамяна. Novaković op. cit p. 58. [21] Cf. Постоль. Novaković ibid. p. 91. [22] Nassezni. Cf. Nacezsa, Načeša Miklošić op cit nr. 247. [23] Domaca. ibid. nr. 117. [24] Cf. Trubanь. Novaković op. cit. p. 109. [25] Cf. Luteta, Ljutica. Miklošić. op. cit. nr. 209. [26] Ceustilo, Ceustizo = Gostilo, Gostic. Miklošić. ib. nr. 83.

3.

A. 873—6.

Papa Joannes VIII. Chroatorum ducem Domogojum hortatur, ut piratas comprimat: „Qui crimina, quae potest emendare, non corrigit, ipse committit".

Domagoi[1] duci glorioso. Praeterea devotionis tuae studium exhortamur, ut contra marinos latrunculos, qui sub praetextu tui nominis in christicolas debachantur, tanto vehementius accendaris, quanto illorum prauitate famam tui nominis obfuscatam fuisse cognoscis; quoniam, licet credi possit, quod te nolente illi nauigantibus insidientur, tamen quia a te comprimi posse dicuntur, nisi eos compescueris[2] innoxius non habeberis. Scriptum quippe est: qui crimina, quum potest emendare, non corrigit, ipse committit.

Fragmentum epistolae in decr. Gratiani P. II, C. XXIII, q. 8. c. 12.

Richter: corp. iur. vol. I, p. 826. Mansi: SS. conciliorum nova et amplissima collectio. tom. XVII. p. 243. Venetiis 1772. Jaffé: regesta rom. pont. nr. 2585. Cod. dipl. CSD. I, 56.

Intra a. 873 et 876 scriptam fuisse hanc epistolam, deducitur e verbis Joannis chron. venet. ap. Pertz: Mon. Germ. IX, 20.

[1] „Domago, Demago, Domasol". Domagoj, Domogoj. V. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 117. cf. Domabor, Domavit, Domamir, Domarat, Domanêg, Domaslav, Domoslav. [2] compresseris.

4.

Initio anni 879. Romae.

Papa Joannes VIII Sedeslavo, comiti Chroatorum, mandat, ut legatum suum ad Michaelem, Bulgarorum regem, deducendum curet.

Dilecto filio Sedesclauo,[1] glorioso comiti Sclauorum. Quia fama tuae dilectionis atque bonitatis et religionis in deum ad nos usque peruenit: confidenter gloriae tuae[2] praecipimus atque mandamus, ut pro amore sanctorum apostolorum Petri hac Pauli, protectorum uestrorum, praesentem legatum, quem ad gentem Uulgarorum dirigimus, saluum atque incolumem uenire faciatis usque ad dilectum filium nostrum Michaelem, gloriosum regem eorum; et quaecunque ei sunt necessaria ad uictum et uestimentum, illi pro dei amore administrate; quia dominus dicit in euangelio: „quam diu fecistis uni de minoribus istis, michi fecistis"; et apostolus: „hospitales in inuicem sine murmuratione, quia per hanc placuerunt quidam, angelis ospicio susceptis". Agat, fili karissime, de hoc tua dilectio, ut aeternae uitae praemia percipere ualeat. Data VI nonas Maii, indictione XII.

Registri Joannis VIII fragmentum saeculi XI lit. longob. (Pertz: Archiv für ältere deutsche Geschichtskunde. V, 32 Palacky: Italienische Reise im J. 1837. S. 15) in tabulario vaticano. Epist. 185, p. 71. Mansi op. cit. XVII, 119. Farlati III, 75. Cod. dipl. Croat. Slav. Dalm. I, 59. Has et alias huius registri epistolas ipse consultavi Romae 1856 anno. V. Viek i djelovanje sv. Cirila i Methoda. Zagreb 1857. p. 306, 314.

Ipsa conditio registri, in quâ scriptoris incuria ad nos devenit, praesertim incuria, quâ temporis ratione in disponendis epistolis usus est, dubitare nos sinit, num „data" recte huic epistolae adposita sit. Iam ipse animadverti (Viek p. 314), argumentum epistolae 191, directae ad Sedeslavi successorem (nr 5.), nobis svadere, epistolam illam longe ante 6 non. Maii fuisse scriptam; illam itaque ad priores a. 879 menses referre malumus. Cf. Jaffé op. cit. p. 260 item nr. 2468. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. Wien 1856. S. 57.

[1] I. e. Sъdeslav. Vide Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 380. [2] in regist. vaticano scribitur ę = *ae*.

5.

Anno 879, die 7 Junii. Romae.

Papa Joannes VIII Branimirum, Chroatorum ducem, ad b. Petri fidem reversum laudat et confirmat. Significat, se die ascensionis domini preces pro eo et eius populo fecisse. Joannem praesbyterum, apostolicas litteras ad Bulgarorum regem perferentem commendat.

Dilecto filio Branimir.[1] Relegentes nobilitatis tuae litteras, quas per Johannem uenerabilem praesbyterum communem fidelem[2] nobis mandasti, quantam fidem et sinceram deuotionem circa ecclesiam sanctorum apostolorum Petri et Pauli et circa nos habeas, luce clarius nouimus. Et quia, deo fauente, quasi dilectus filius sancto Petro et nobis, qui per diuinam gratiam uicem eius tenemus, fidelis in omnibus et obediens esse cupias et humiliter profiteris: tuae nobilitati dignas ualde gratias his nostri apostolatus litteris agimus; paternoque amore utpote karissimum filium, ad gremium sanctae sedis apostolicae, matris tuae, de cuius uidelicet purissimo fonte patres tui melliflua sanctae praedicationis potauere fluenta redeuntem suscipimus et spiritalibus amplectimur ulnis, atque apostolica uolumus benignitate fouere, ut gratiam et benedictionem sanctorum Petri et Pauli apostolorum principum et nostram super te habeas diffusam; a uisibilibus et inuisibilibus hostibus, qui saluti humanae insidiari et impedire non cessant, saluus semper ac securus existas, optatamque de inimicis uictoriam facilius possis habere. Nam quanto ipse te deo humiliter subdere, sanctisque ipsius obedire praeceptis studueris, atque ipsius sacerdotibus et ministris honorem debitum pro amore dei exhibueris: tanto super omnes inimicos tuos et rebelles aduersarios eris procul dubio uictor et potens. Et ideo monemus industriam tuam, ut in omnibus tuis actibus dominum semper prae oculis habeas, timeas, et toto diligas corde, quum, dicente psalmista, „beatus est uir, qui timet dominum, in mandatisque eius cupit nimis; potens in terra erit semen eius"; et ipse in euangelio: „qui me, inquit, diligit, sermonem meum seruabit et pater meus diliget eum et ad eum ueni emus et mansionem apud eum faciemus". Quod cum ita sit, si tuis bonis operibus, in praesenti lucentibus, deum glorificaueris, gloria eris sempiterna in futuro sine dubio decoratus; quum ipse per Moysen hoc se facere testatur dicens: „glorificantes me glorificabo". Sicut autem nostro praesulatui per iam fatum praesbyterum tria suggesisti, quatenus nostro tibi ore apostolico benediceremus pro tuae salutis augmento, id ipsum li-

benter fecimus. Nam in die ascensionis domini[3] inter sacra missarum solempnia super altare beati Petri apostoli celebrantes eleuatis sursum manibus benediximus tibi et omni populo tuo, omnique terrae tuae, ut hic et in aeternum corpore simul et anima saluatus et principatum terrenum, quem habes, prospere ac securiter regere possis, et in coelesti regione post mortem cum deo feliciter gaudeas et in perpetuum regnes. Et quia hunc ipsum Johannem praesbyterum tibi et nobis uerum fidelem in omnibus esse cognouimus, dedimus illi nostram apostolicam epistolam deferendam regi Uulgarorum: ideo petimus, ut pro amore sancti Petri et nostro cum tua ipse licentia legationem hanc nostram sine tardidate perficiat; ut et propter hoc tuae dilectioni multiplices gratias habeamus. Data VII die mensis Junii, indictione XII.

Registrum Joannis VIII. saec. XI in tabulario vaticano epist. 191. p. 73. Mansi: Conc. coll. XVII, 125. Farlati IV, 207. Jaffé: regesta rom. pont nr. 2478. Cod. dipl. CSD. I, 59.

[1] V. Miklošić op. cit. nr. 17. [2] Fuit etiam legatus Moravorum ducis Svatopluki, uti ex epistola eiusdem papae Joannis VIII a. 879, 14 Junii (registr. ep. 201, p. 77) apparet; estque idem, qui in Annal. Fuldensibus (Pertz: Script. Germ. I, 388) „Johannes presbyter de Venetiis“ appellatur, quique a. 874 ceu „legationis princeps“ pacem inter Svatoplukum et regem Ludovicum promovit. Tam romana curia quam Slavorum principes eodem Joanne ad procuranda sua negotia utebantur. [3] i. e. 21 maii.

6.

Anno 879, die 7 Junii. Romae.

Papa Joannes VIII sacerdotes et populum Chroatiae una cum duce Branimiro reconciliatos ecclesiae romanae, ut in fide perseverent, hortatur.

Omnibus uenerabilibus sacerdotibus et uniuerso populo. Cum litteras principis uestri Branimir, quas nobis per uenerabilem praesbyterum Johannem direxit, legeremus: non solum illius deuotionem sed etiam fidei uestrae sinceritatem et dilectionem, quam circa sanctum Petrum apostolorum principem et circa nos habetis, cognouimus. Et quia uelut charissimi filii ad sanctam romanam ecclesiam, unde parentes uestros melliflua sanctae praedicationis dogmata suscepisse agnoscitis, toto animo totaque uoluntate redire cupiatis, nostram apostolicam gratiam et benedictionem habere magnopere desiderantes: magna sumus repleti laetitia. Et ideo brachiis extensis uos amplectimur, paternoque amore recipimus et apostolica uolumus

semper benignitate fouere, si uos hanc uoluntatem ac sponsionem uestram usque finem sinceriter habueritis et fideliter tenueritis; quia, dicente domino, „qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit"; et, apostolo id ipsum dicente: „participes enim Christi facti estis, si tamen initium fidei usque ad finem firmum retineatis". Quapropter estote fideles deo et sancto Petro, sicut mandastis, usque ad mortem, et accipietis coronam uitae, quam repromisit deus diligentibus se. Nos enim sacris orationibus nostris memoriam uestri coram domino assidue facientes manibus sursum ad deum eleuatis omnipotenti deo uos una cum dilecto filio nostro, principe uestro, commendamus, et omni benedictione spiritali uobis benedicimus in Christo Jesu domino nostro, ut hic et in aeternum corpore simul et anima benedicti existatis, et in perpetuum in domino gaudeatis. Data VII die mensis Junii, indictione XII.

Registrum Joannis VIII. Ep. 185. Mansi: Conc. coll. XVII, 126. Farlati IV, 208. Cod. dipl. CSD. I, 61. Jaffè: Regesta rom. pont. ur. 2479.

7.

Anno 879, die 10 Junii. Romae.

Papa Joannes VIII episcopos, clerum et populum Dalmatiae ad Romanam ecclesiam revocat; quem elegerint archiepiscopum ad consecrationem palliumque accipiendum Romam venire vult; Joannem praesbyterum, legatum suum, commendat.

Reuerentissimis et sanctissimis episcopis, Vitali Jadrensi,[1] Dominico Absarensi, caeterisque episcopis Dalmatinis, seu Johanni archipraesbytero sanctae sedis salonitanae, omnibusque sacerdotibus et senioribus populi, habitatoribus spalatensis ciuitatis atque zadarensis caeterorumque ciuitatum. Pastorali solicitudine moti uos, quasi oues dominicas nobis in beato Petro apostolorum principe commissas, dicente domino: „si diligis me, Simon Petre, pasce oues meas", licet pro assidua gentium persecutione nunc usque impediti, his modo apostolatus nostri litteris uisitare curauimus, admonentes fraternitatem uestram, ut more praecessorum uestrorum ad sedem beati Petri apostoli, quae caput et magistra est omnium ecclesiarum dei, et ad nos, qui ei diuinitus praesidemus, toto animo libentique uoluntate reuerti studeatis; quatenus inde summi honorem sacerdotii et totius institutionis ecclesiasticae formam summatis, unde parentes ac praecessores uestros melliflua sanctae praedicationis et doctrinae apostolicae potasse fluenta recolitis. Reminisci namque debetis,

quanta eosdem praecessores uestros prospera euidentissime comitabantur, quando ad limina Petri, coelestis regni clauigeri, deuoto pectore quasi proprii filii confluebant; et quanta postmodum nunc usque sustinueritis aduersa, cum ab ea vos quasi alienos separare non dubitastis. Quapropter uos plurimum diligentes, non ea quae uestra (sunt) sed uos quaerentes, paterna benignitate monemus atque hortamur, ut, sicut diximus, ad gremium sanctae romanae matris uestrae redire ouanter attendatis, ut electus a uobis canonice archiepiscopus, una cum uestro omnium consensu et uoluntate, ad nos ueniens, gratiam episcopalis consecrationis sanctumque pallium a nobis more pristino incunctanter percipiat, ut gratiam et benedictionem sancti Petri ac nostram habentes a malis omnibus liberi et bonis uniuersis repleti et hic in praesenti saeculo gaudeatis et in futuro coram domino sine fine procul dubio exultetis. Porro si aliquid de parte Graecorum uel Sclauorum super uestra ad nos reuersione uel consecratione aut de pallii perceptione dubitatis: scitote pro certo, quoniam nos secundum sanctorum patrum decessorumque nostrorum pontificum statuta uos adiuuare auctoritate curabimus. Quod si forte hanc nostram apostolicam admonitionem, immo canonicam praeceptionem, pro nichilo ducentes ad sedem apostolicam romanae ecclesiae redire et inde secundum antiquam normam consecrationem episcopalem sacrumque pallium recipere contempseritis: omni ecclesiastica uos communione scitote penitus excommunicandos. Interim tamen auctoritate dei et sancti Petri uobis praecipimus, ut non habeatis licentiam aliunde consecrationem palliumque recipere; nam si feceritis, quasi transgressores et inobedientes uos sine dubio iudicabimus. Hanc autem nostri apostolatus epistolam fraternitati uestrae per hunc praesentem Johannem, uenerabilem praesbyterum, fidelem familiarem nostrum direximus,[2] cui scilicet aliqua iniunximus uobis uerbotenus referenda; et ideo illi omnia, quae de parte nostra dixerit uobis, credere nullatenus dubitetis; ipsamque epistolam, ut ad omnium uestrum notitiam ferat, bulla nostra iussimus in calce signari. Data X die mensis Junii, indictione XII.

Registrum Joannis VIII saec. XI in tabulario vaticano. Epist. 197 p. 75—6. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II. c. 14. p 92. Mansi: Conc. coll. XVII, 129. Farlati III, 77. V. 39. Cod. dipl. CSD. I, 62. Jaffè: regesta rom. pont. nr. 2481.

[1] Jadransi. [2] Quem eadem occasione ad Michaelem „Bulgarorum regem" legatum mittit et per epistolam, scriptam 8 iunii (Mansi XVII, 128) commendat.

8.

Anno 879, die 17 Junii. Romae.

Papa Joannes VIII Theodosii, diaconi et ecclesiae nonensis electi, erga se pietatem laudat; ne consecrationem nisi ab ipso accipiat, hortatur.

Theodosio, uenerabili diacono[1] et dilecto[2] sanctae ecclesiae nonensis. Dilectionis tuae litteris receptis atque perlectis deuotionis et fidei tuae sinceritatem, quam circa ecclesiam beati Petri apostoli et circa nostrum pontificium habes, luce clarius agnouimus. Et quia nostram gratiam et benedictionem humili prorsus affectu expetere studuisti, ualde sumus gauisi. Nam et Johannes, uenerabilis praesbyter, de uestra parte ueniens multa nobis tuae bonitatis et patientiae uiua uoce praeconia retulit, quae in sacerdote Christi magnopere sunt habenda. Unde te, quasi dilectum corporis Christi membrum et spiritalem filium, nostri apostolatus ulnis extensis amplectimur, paternoque amore diligimus atque apostolica semper uolumus benignitate fouere. Ideo monemus sagacitatem tuam, ne in quam libet partem aliam declines, et contra sacra uenerabilium patrum instituta episcopatus gratiam recipere quaeras, audiens illam desiderabilem summi iudicis uocem dicentis: „euge serue bone et fidelis, quia super pauca fuisti fidelis, supra multa te constituam; intra in gaudium domini tui". Sed toto corde totaque uoluntate ad gremium sedis apostolicae, unde antecessores tui diuinae legis dogmata melliflua cum sacrae institutionis forma summique sacerdotii honore sumpserunt, redeas; quatenus et ipse ab apostolica sede, quae caput et magistra est omnium ecclesiarum dei, episcopalem consecrationem per nostrae manus impositionem, Christo annuente, percipias; quatenus secundum pristinum morem sancti Petri et nostra semper auctoritate atque tuitione munitus populum domini tibi commissum strenue ac securiter regas, et in conspectum altissimi ueniens uenias cum exultatione, portans manipulos tuos, dicereque domino possis ouanter: „ecce ego et pueri, quos mihi dedisti"; et ob hoc cum deo ualeas sine fine gaudere. Data XVII die mensis Junii, indictione XII.

Registrum Joannis VIII saec. XI in tabulario vaticano, epist. 192. p. 74. Mansi: Conc. coll. XVII, 124. Farlati IV, 207. Cod. dipl. CSD. I, 60. Jaffé: regesta rom. pont. nr. 2474.

Epistolam hanc non IV sed XVII Junii „datam" fuisse, animadverti iam in „Viek i djelovanje sv. Cirila i Metoda". p. 323.

[1] diac. [2] i. e. electo.

9.

Circa a. 880.

Joannes VIII Branimiro Chroatiae duci, sacerdotibus, iudicibus et populo scribit, se magna cum voluptate a Theodosio, nonensi episcopo, de eorum fide audivisse; legatos ad se mitti vult, ut et ipse suos missos, quibus fidelitatem promittant, ad eos dirigat.

Excellentissimo uiro Branimiro,[1] glorioso comiti et dilecto filio nostro, atque omnibus religiosis sacerdotibus et honorabilibus iudicibus cunctoque populo pax et gratia a domino Jesu Christo. Audita per Theodosium, uenerabilem episcopum uestrum, fide et deuotione, quam circa sedem beati Petri apostoli et nostri pontificii uos habere cognoscimus, immensas deo gratias referentes magno gaudio sumus repleti, qui uos nunc ad tantam gratiam perducere et inter oues suas connumerare dignatus est, secundum quod dominus ipsi principi apostolorum commisit dicens: „si diligis me, Simon Petre, pasce oues meas. Unde uestram fidelitatem et christianissimam deuotionem his nostris apostolicis litteris ammonemus et exhortamur, ut sicut diuina inspiratione agere coepistis, usque ad finem perficere et obseruare non praetermittatis; quatenus qui sub ala et regimine atque defensione beati Petri apostoli et nostra toto conamine uos subdere atque in eius seruitio perseuerare, quasi dilecti filii, procurastis, apertius hoc ostendatis atque impleatis, ut dominus in euangelio dicit: „sic luceant opera uestra coram hominibus, ut uideant bona opera uestra et glorificent patrem uestrum, qui in caelis est"; et ut ita hoc per orbem terrarum uestrae sponsionis (opus) diffametur, ut auxiliante domino et sanctorum apostolorum suffragantibus meritis ea, quae saluti et utilitati omnium uestrum proficua sunt, possimus ad honorem et exultationem sanctae sedis apostolicae incunctanter perficere; sicut nomine uestro scripta nobis mandastis, ita in libro caelesti scripta uobis permaneant. Quapropter mandamus, ut reuertente ad uos dilecto episcopo uestro idoneos legatos uestros praesentialiter ad nos dirigere non praetermittatis, qui pro parte omnium uestrum nos et sedem apostolicam certificent de his, quae mandastis; ut et nos missum nostrum dirigamus ad uos, quibus secundum morem et consuetudinem ecclesiae nostrae uniuersus populus uester fidelitatem promittat. Interim monemus, ut constanter permaneatis, quoniam scriptum est: „melius est uotum non uouere, quam post uotum promissa non implere".

Spiritus domini, qui orbem terrae repleuit, repleat uestrum cor omni pace et gaudio in Christo Jesu domino nostro.

Registrum Joannis VIII saec. XI in tabulario vaticano epist. 297, p. 116. Mansi: Conc. coll. XVII, 209. Farlati IV, 208. Cod. dipl. CSD. I, 65. Jaffè: regesta rom. pont. nr. 2554.

Quoad „data" vide observationem meam in „Viek i djelovanje sv. Cirila i Metoda" p. 327.

[1] „Barnimero". V. nr. 5—6.

10.

Circa a. 880.

Joannes PP VIII regem Bulgarorum Michaelem una cum Theodosio episcopo Nonensi suos non misisse legatos, miratur; quod ut faciat, monet.

Miramur, quod tanto iam tempore transacto missos uestros ad sanctam romanam ecclesiam, matrem uestram, et ad nos non transmisistis. Modo uero, sicut nobis retulit Theodosius uenerabilis episcopus, missos tuos cum eo dirigere promiseras; sed pro qua causa eos dirigere pretermiseris, ignoramus. *(Caeteris ommissis).*

Registri Joannis VIII saec. XI in tabulario vaticano epist. 300. p. 117. Mansi: Conc. coll. XVII, 211. Cod. dipl. CSD. I, 199. Jaffè: regesta rom. pontif. nr. 2555. Nos solummodo fragmentum epistolae, ad Chroatiae historiam spectans, referimus.

11.

A. 879—888.

Branimir, dux Chroatorum, ecclesiae sancti Domnii „terras et possessiones donat".

Charta deperdita, sed eiusdem fit memoria in privilegialibus regis Geyzae II anni 1158. Farlati III, 178. Cod. dipl. CSD. II, 60.

12.

A. 892, die 28 septembris. Biaći.

Muntimirus, Chroatorum dux, litteras privilegiales praedecessoris sui Trpimiri spalatensi ecclesiae datas confirmat.

In nomine patris et filii et spiritus sancti. Anno utique sacram postquam Christus carnem ex uirgine sumpsit DCCCXCII, indictione XI, sub die IV kalendas octobrium. Cum magnae inter salonitanum et nonensem praesulibus uerterentur de quadam facta

donatione a Tirpimiro piissimo duce, in iuris sanctae matris ecclesiae Domnii et Anastasii beatorum martyrum quandam mancipando ecclesiam sancti Georgii, quae sita esse in Putalo uidetur,[1] contentiones dicente Petro spalatensium archiepiscopo: „hanc, quam dicitis ecclesiam donatam a praefato duce et priuilegii statuto roboratam, in nostrae iuris ecclesiae sub testimoniorum notitia mancipatam habemus". Respondens Aldefreda nonensis ecclesiae praesul dicebat: „non ita habetur, sed nostrae potius ecclesiae dominio detinetur; quoniam non in ecclesia sanctorum Domnii et Anasthasii, ut dicitis, possidenda; sed ipsius praesuli fruenda ad tempus tradita est". His ita habentibus comperto placuit mihi Muncimir,[2] diuino munere iuvatus Chroatorum[3] dux, residente paterno solio, diuino spiramine communi consilio cum meis cunctis fidelibus et primatibus populi omni composita et praetermissa contentione dictam iam sancti Georgii ecclesiam in sanctorum martyrum Domnii et Anasthasii cum omni suo introitu et exitu subiugare priuilegio: cum seruis et ancillis, campis et uineis, pratis et siluis, cuncta mobilia et immobilia omnia. Quam ecclesiam teste et auctore deo uolo, ut nullus deinceps de successoribus meis de potestate spalatensium ecclesiae subtrahere audeat, uel quomodo libet diripere; sed iuxta priscam consuetudinem ut donatam a patre meo recolimus et mox per praesens priuilegium denuo mancipamus, ut omnino subiaceat dictae ecclesiae iuri. Qui uero postmodum auaritiae facibus accensus atque in superbiae cornibus eleuatus statuta nostra parui pendens super fatam[4] ecclesiam a dominio sanctorum martyrum Domnii atque Anasthasii subtrahere uoluerit, uel quo libet modullo donationem dictam nocere temptauerit: iram omnipotentis dei coelorum arbitri, saluatoris mundi, incurrat; et sanctorum omnium maledictionis uinculo, CCCXVIII patrum, insolubiliter denodetur; descendantque super eum et domo sua sibique consententibus decem, quae[5] in Egypto habitae sunt, plagae; et lepra Naaman Syri ab iis nunquam recedat; deglutiat eos terra, sicut Datan et Abyron; et in nouissimo maranatha, litigantibus cum iis sanctorum constantia, cum diabolo et eius horribilibus angelis et Juda Iscariotae in gehennae barathro munerentur, ubi ignis non extinguitur et uermes non moriuntur. Actum est in Biaci ante fores ecclesiae sanctae Marthae martyris, tempore et die, super ut fatum est[6], his coram[7] testibus, consentientibus atque subscribentibus. Dein ne aboleatur in posterum, anulo nostro iussimus in calce signari. Signum (†) manu mei qui sum Muncimiro,[8] auctore huius

donationis cartulae. Signum (†) manus[9] Budimiro iupano palatino (testis). Signum (†) manus Zelimiro[10] iupano Cleunae[11] (testis). Signum (†) manus Petro iupano (testis). Signum (†) manus Prisna[12] maccechario iupano (testis). Signum (†) manus Piruana[13] iupano cauallario (testis). Signum († manus) Zelisto[14] iupano camerario (testis). Signum (†) manus Zelidedo[15] iupano pincernario (testis). Signum (†) manus Boledrago iupano camerario (testis). Signum (†) manus Budimiro iupano comitissae (testis). Signum (†) manus Cresamustlo[16] camerario secundo, (testis). Signum (†) manus Stephano, filio Budimiri, camerario tertio, (testis). Signum (†) manus Zelidrago, maccechario comitissae (testis). Signum (†) manus Prybitecho,[17] filio Petri iupani, (testis). Signum (†) manus Dragasai,[18] filii Semicasai[19] (testis). Signum (†) manus Tugina iupano armigero[20] (testis). Signum (†) manus Zitalio,[21] superposito monasteriis, (testis). Signum (†) manus Leledrago, iupano Clissae (testis). Signum (†) manus Paualio[22] linicena.

Sequenti autem die, qui est tertio calendis octobris, ueniens ego, saepe fatus dux, in ciuitate Spalati, ante sanctorum[23] dictorum altaria et priuilegii paginulam manu propria inter caetera munuscula, quae manus nostrae inuenire ualuerunt,[24] super sacro sancti Domnii altario obieci, et donatione praedicta mancipata (ecclesiae) sancti Domnii abii.

Ego Firminus diaconus et capellanus dicti ducis, praecipiente mihi domino meo Muncimiro glorioso duce, coram dictis testibus audita scripsi et post tradita feliciter compleui.

„Antiquissimum illud montaneum" sive registrum (nr. 2) desumpsit exemplum „ex authentico in membrana cum duobus sigillis pendentibus, apparentibus tamen signis aliorum duorum sigillorum, existente in archivo quondam archiepiscopali spalatensi". Ex hoc registro etiam documentum istud desumptum est in alterum illud a. 1333. Habetur quoque in recentiori eiusdem archivi codice msc. Donationes principum ecclesiae spalat. p. 6. Confirmatur litteris regis Svinimiri a. 1076 (vide nr. 88).

Ex altero registro (a. 1333) descripsit et edidit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 2 p. 65. Farlati III, 82. Jura regni CDS. I, 6. Cod. dipl. CSD. I, 72.

Apographum pluribus mendis scatet.

[1] est in Petalio videntur. [2] Potius „Muntimir". Cf. МѪТИМИРЪ. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 241. Vide: „Mutimir" nr. 61. [3] Croatorum. [4] nuper factam. [5] quas. [6] „tempore et dimidium nuper ut fuimus". Apertum mendum apographi. [7] hoc palam. [8] i. e. Muntimiro. [9] „mei". Orig. charta procul dubio habebat m̃. i. e. manus. [10] Zelliuero. Cf. Zelo-drag nr. 61. Vide Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen

nr. 221. 341. Selimêr, Selimir. [11] Cleoniae. Vide nr. 88. item Cod. diplom. II, 8. 131. [12] V. Miklošić ib. nr. 290. Lucius (De regno Dalm. Croat. lib. II c. 2) habet: Prusna. [13] Pruadra. V. Miklošić op. cit. nr. 306. Пръвань. Piruana = Пьрвана. [14] Zeli-stъ. Cf. ib. p. 12. Selistъ. [15] Zeli-dêdъ, Selidêdъ. [16] Krêsamyslь. Ibid. nr. 232. [17] Loco „Pribitech. Cf. Miklošić ibid. nr. 297. [18] Dragasa. Ibid. nr. 118. Dragaš, Drogoš, Dragošan. [19] „Semicasui“. Nomen compositum ex „Sêm, Sêmko“ et casa, kaza, unde nomina: Kazi, Kazan etc. Cf Semivit, Semidrag; ita etiam „Semikaza“. Ibid. nr. 158. 388. [20] „armigeri“. [21] Zitallo, Žitalj. Cf. Žitêje a жить. Miklošić ibid. nr. 137. [22] Cf. Pvalь (пва confidere). Miklo-šić ib. nr. 280. Пвальни. Novaković: Srpski pomenici, str. 88. [23] sanctissimorum. [24] uoluerunt.

13.

Anno 918 mense decembri. Jaderae.

Testamentum Andreae, prioris Jadertini.

In nomine domini nostri Jesu Christi,[1] et eiusdem incarnationis anno DCCCCXVIII,[2] indictione VII, mense decembris. Imperante domino nostro Constantino piissimo ac perpetuo augusto. In ciuitate Jadera. Maturo namque et salubri consilio a maioribus peruisum[3] est, ut omnis homo ante dispensare[4] et deliberare suas facultates debeat, prius quam, repentine calamitatis casu periculo ingruente, mortis metu urgeat(ur),[5] ne differente (de)liberatio aut articulum lingue loquendi careat usu, aut distributor in ultima corporis angustia positus sub celeri transitu optata sibimet testatione explicare non queat. Idcirco ego tantillus peccator Andreas prior, diuino iuuamine fretus, positus in infirmitate corporis pre meum decumbens lectulo, licet uiribus corporis inualidus, tamen mente, domino auxiliante, tutus, uolo et iubeo, domino auctore et omnibus sanctis eius: In primum, ut domum, in qua iussus sum uiuere, cum introitu et exitu suo habeat filio meo Andrea; et domum, que fuit de Theodosio tribuno, sit Agapi filie mee et matre eorum cum ipsis. Domum noua et alia domum iuxta sancto Laurentio, cum eius orto ibidem, et alio orto que iuxta est, que emi de Johanne filio Teudore, uolo ut habeant filii mei Niceforus, Petrus et Dobrosia; et tamen ut insimul ambo fratres et Dobrosia edificent ipsa domo iuxta sancto Laurentio et recipiat eam Dobrosia filia mea. Ista domo noua cum introitu suo abeant ambo fratres, Niceforus et Petrus; et domum, que uenit michi de socero meo Niceforus trib(unus) cum introitu et exitu suo uolo ut habeat filia mea Anna; et pro eo, quod non est ipsa domo sicut hee alie, adiungo ei uinea, quę emi de coniux Auluci. Uineam namque da Pultago[6] et aliam uineam

de sancto Johanne uolo ut habeant filii mei et filie mee, que abeo de prima uxore. Et uinea de Uculo[7] et alia uinea in Comareto uolo ut habeant filius meus Andreas et filia mea Agapi cum matre sua Maria. Et si custodierit lectum meum, sit particeps cum eis; et si non custodierit, cedente ea, quis de meis tunc prefuerit, priuet eam. Et subtracte uinee ac terre, que uidentur fuisse de prima uxore mea Agapi, cetere uinee, que sunt, diuidant omnes filii mei et filie mee, et de prima uxore et de subsequens uxore, et coniux mea Maria diuidat cum ipsis. Terre uero, que comparaui in Cabrona et ibidem alie terre, que michi euenerit de matre mea, et in a Brauicio,[8] que euenerit michi de matre mea, uolo ut habeant filii et filie mee, que sunt de prima uxore. Terre quoque, que comparaui in Sicirani, et alie terre ibidem, que michi euenerit de matre mea, uolo ut abeant filius meus Andreas et filia mea Agapis cum matre sua Maria. De peculio autem trecenta capita uolo ut abent filii mei et filie mee, que sunt de prima uxore; et alia trecenta capita de peculio habeant filius meus et filia mea cum matre sua Maria; de pastore quidem Petro et alio Petro et Desiderio abeant filius meus cum filia mea (et) cum matre sua Maria; (de) Ominico cum filio et filia Desidana abeant alii[9] filii et filie mee. Armenta namque diuidant omnes filii et filie mee et uxor mea cum ipsis. Cetera namque, que sunt infra domo mobilia omnia que uidentur esse, diuidant omnes filii mei et filie mee et uxor mea Maria cum ipsis. Et in sancto Chrisogono dimitto uinea, que emi de Mezulo,[10] et terre a Duculo que comparaui, et seruum et ancillam, et centum capita de pecora, et uno panno de sirico, et uno sauano; in sancta Maria uno panno de sirico; in sancto Petro uno panno (de) sirico; in sancto Thoma uno sauano; in sancta Anastasia una coppa de argento et uno panno (de) sirico. Firmino episcopo dimitto cauallum meum; Petro diacono, fratri meo, una coppa argentea et sella argentea; Odolberto abbatis uestimentum de quirino[11] inuestito cum panno uario et una lena caprina et una butte de uino et uno cauallo; Johanni diacono coopertorio de lecto (de) quirino, inuestito cum sirico, et uno feltro parato cum sirico. Ad sacerdotes detur pro anima mea centum capita de peculio et centum modia de grano et una butte de uino; et cetere oues atque capre, que remanserint, dentur pro anima mea. Et in captiuis dentur solidi centum. Et naue uenundetur et detur pro anima mea. Et pro anima mea dimitto liberos Maruno[12] cum uxore et filia; et do ei uinea, que comparaui de Constantino magistro.

Ominico Caltaroso cum uxore sint liberi; lib(e)ri Casano, filio Butirani Justo, cum uxore sua et quatuor filii; filio Prisinacco,[13] filio Pribina, Techamila, Milica de Sicirane cum duo filii; uxor Racinacco[14] cum filio Strietecho, Semissima, Zremilo. Omnes isti sint liberi. Ad Zanello dimitto uinea, que comparaui de Maria uenetica, et alia fossa de uinea ibidem, que emi de Barbano de Cresconi. Et si uult uxor mea Maria portionem suam possidere, obseruet lectum; et si duxerit uirum alium, omnia auferte ab ea. Et, quod absit, si unum de filiis meis aut filias obierint, omnes fratres eius et sorores parte defuncti diuidant. Hec quidem cuncta prelibata deo auctore uolo ut firma et stabilis permaneat, et nullus unquam audeat uiolare. Quod si quis proteruus, deum non metuens, nostre deffinitioni, parui pendens, contraire uoluerit, iram dei omnipotentis patris et filii et spiritus sancti incurrat; et maledictionem c. c. c. et octodecim sanctorum patres; et lepra Naaman Syri plexus irremediabilis crucietur; et in nouissimo maledictionis cum diabolo et eius tetres ministros ac Judas Scariothes in gehenne baratri muneretur. Actum hoc tempore, die, loco ac consule ut supra. Palam his testibus: signum (†) manus[15] Formini sanctissimi episcopi, (signum † manus) Odolberti abbatis, (signum † manus) Petri diaconi commissari(i) fide huius descriptionis, signum (†) manus[16] Prestantii tribuni, (signum † manus) Constantino trib(uni), (signum † manus) Vitalis tribuni, (signum † manus) Georgi tribuni, (signum † manus) Dabro trib(uni), (signum † manus) Anastasius tribunus, (signum † manus) Paulo tribuno.

Et ego Johannes diaconus iussu(s) a supra memorato Andrea priore manu mea propria scripsi atque feliciter post traditam compleui. Amen.

Apographum in veteri archivo c. r. consilii locumten. Jaderae (acta monasterii s. Chrysogoni cass. XXIII nr. 35) cum adnotatione sequenti: „La carta pecora è nella presente capsula, mazzo P." Verum haec charta membr. ibidem non adest amplius. Partem testamenti ediderunt: J. Lucius, de regno Dalmatiae et Croatiae lib. VI, c. 4 (ed. Amstelodam. 1666. p. 279) et Farlati, Illyr. sacr. tom. V, p. 39—40, integrum vero idem Lucius: Memorie storiche di Tragurio. Venezia 1674. 192. uti videtur e vetustiori membrana. Cod. diplom. Croat. Slav. et Dalm. I, 75—6.

Constantinus porphyrogenitus imperabat solus a die 7 iunii 913 usque ad 17 decembris 920, quo caesarem Romanum socium imperii accepit. Cum documentum nostrum indictione VII mense decembri scriptum sit, in apographo numerum X post DCCCC excidisse patet. Anno DCCCCXVIII die 1 septembris iam indictio VII inchoaverat.

[1] ihu xpi. [2] DCCCCVIII. [3] Luc. „proditum". [4] dispensante. [5]

urgeat. [6] dapultago. [7] deuculo. [8] „abrauicio“, italismus: „a Bravicio“. [9] alio. [10] Luc. Mazulo, forsitan „Marulo“. [11] „squirinev“. Luc. „quirino“ uti infra. [12] Luc. Marusco. [13] i. e. Prisъnak. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 299. [14] Luc. Rasinaco. [15] sigil. m. [16] sigil. m.

14.

Circa a. 940—946.

Cresimir, Chroatorum rex, proauus regis Petri Cresimiri et pater regis Držislavi, ecclesiae sancti Chrysogoni Jaderae, quum in eam „ad oracionem“ veniret, donat „territorium aliquod in fundo, qui dicitur Yculus, a quercu, qui stat supra uallem rabiosam, usque ad Sablatam, qui situs est in triuio, quod est contra Sablata“.

Carta deperdita, cuius memoria fit in membrana Petri Cresimiri, quam sub nro 45. adducimus.

Tempus, quo Cresimir regnavit deducitur e Constantino porphyr. de adm. imp. c. 31. ed. Bonn. p. 151, item e cathalogo archiepiscoporum spalat. ap. Farlati: Illyr. sacr. I, 329. M. S. Drinov: Južnye Slavjane i Vizantija v X věkě. p. 121—130.

15.

Circa a. 940—46.

Cresimir rex „cognato suo Madio et filio eius Dabrone“ donat terram in Tochinia.

Charta deperdita, cuius fit mentio in litteris donationalibus Petri Cresimiri. Vide nr. 52.

16.

Circa a. 978.

Držislav Chroatorum rex nobili Bulgaro Pincio, Bulgarorum imperatoris Šišmani ex fratre nepoti et „consanguineo“ Stephani Samuelis imperatoris, nec non fratribus et nepotibus illius, quos patria exules „benigne recepit et in suburbio Clisii collocauit“, concedit terram Salonae in circuitu antiqui theatri eiusdemque saxa ad exstruendam ibi s. Michaelis ecclesiam nec non duo molendina.

Donationis huius memoria fit in acto sub nro 22.

Quo circiter tempore haec donatio facta sit, suspicari licet ex eo, quod Samuel post Šišmanum (963—7) et fratrem David (968—976) primum occidentalis dein totius Bulgariae imperium nactus sit. Drinov: Južnye Slavjane i Vizantija v X věkě. p. 88—117.

17.

Anno 986, „sub die fere" 19 decembris. Jaderae.

„Cartula traditionis" Maii prioris, nobilium et populi civitatis Jadertinae reaedificato monasterio sancti Chrysogoni Jaderae, ordinis s. Benedicti, eiusque abbati Madio, prius monacho congregationis Cassinensis.

(In Christi nomine, et) eiusdem incarnationis anno DCCCCLXXXVI indictione xiiij, sub die fere xviiij mensis decembris. Imperantibus dominis piissimis (et perpetu)is augustis: Basilio et Constantino a deo coronati magni imperatores, apud ciuitatem Jadera pontificali sub regimine Anasta(sii episcopi. Igitur) ego quidem Maius, prior supra dicte ciuitatis atque proconsul Dalmatiarum, una cum consensu omnium nobilium ciuitati Jadere, seu et here(dibus domini F)usculi atque Andree prioris, masculorum seu feminarum, atque uniuersi populi, maiorum et minorum omnium, in unum conglobati uno consilio et pa(ri uolunta)te cogitantes de dei timore et eterna retributione, eo quod ille bene possideret res in seculo, qui sibi de terrenis atque caducis comparat premia sempiterna. Id circo ecclesiam beati Chrisogoni martyris, que sita est intra muros ciuitatis, ubi et sacratissimum eius corpus requiescit, quod est edificata a predictis uiris domno Fusculo et Andrea priore, ubi dicitur quod aliquando monasterium fuisset, set per negligentiam defecisset, nunc adiuuante domino rehedificamus secundum omnem monasterii ordinem; atque ordinamus domnum Madium, dei sacerdotem et monachum, nostrum esse abbatem, qui fuit ex monasterio sancti Benedicti, quod situm est in monte Casino, una cum consensu nostre congregationis beati Chrisogoni. Et tradimus ei predicte ecclesie omnia ibidem pertinentia: domus, uineas, et terras cultas uel incultas, mobilia seu immobilia, ut in ipsius sit potestate et suorum fratrum ad solatium ibidem seruientium utendum, possidendum, perfruendum, ordinandum, sine contradictione ullius, tibi domino Madio, abbati predicto, tuisque successoribus, qui post te uenturi sunt secundum monasticum ordinem. Unum tamen nobis reprehensibile esse uidetur, quod ecclesia extra antiquam claustram sit possita, quod precepta sancti patri(s) Benedicti prohibent fieri, eo quod omnia necessaria monachis intra monasterium debeant haberi, ut nulla necessitas sit eis uagandi. Ideoque uiam publicam, que inter ecclesiam et antiquam claustram fuit, claudere fecimus, alia autem uia publica, que ab oriente ecclesie posita fuit, similiter claudere

fecimus; sed in uicem eiusdem uie de territorio eiusdem ecclesie uiam fecimus publicam secus murum ciuitatis. Hec omnia non speciali nostro consilio sed omnibus consentientibus ciuibus ad saluationem predicte ciuitatis et populi ordinauimus et constituimus, atque firmamus: ut si aliquis[1] diabolico spiritu impletus, quod non optamus, contra uos uestrosque successores molestia de rebus aut substantiis fecerit de supra dicta ecclesia, habeatis licentiam cum hac cartula traditionis in iudicium uenire atque monstrare ante imperatorem aut regem, ante comitem siue iudices, qui pro tempore fuerint, ut nichil aliquid de supra dicta causa subrahere possunt. Quod si aliquis[2] quocumque tempore, diabolico spiritu repletus, tam de nostris quam de extraneis, contra nostram diffinitionem aliqua aduersa facere presumpserit, iratum habeat patrem et filium et spiritum sanctum; et maledictionem a ccc et xviii-us sancti patres; et in nouissimo maranathe cum diabolo et eius tethros angelos a(c) Juda Scariothe in inferno muneretur.[3] Et hec cartula uolumus ut in sua maneat firmitate. Actum hoc tempore a(c) consulibus supra scriptis et loco coram his testibus. Et insuper firmamus et constituimus, ut quisquis contradictor extiterit, sicut superius diximus, non solum his supra dictis maledictionibus subiceat, sed etiam penam persoluat auri libras XX et confusus sileat mutus. Et hanc cartulam firmam ac roboratam semper persistat. Anno pontificatus domni Anastasio octauo. Indictione xiiij.

Signamus:[4] Ego Anastasius, episcopus supra dicte ciuitatis, testis.[5] Ego Petrus, episcopus Arbense ciuitatis, testis. Ego Maio, prior predicte ciuitatis (Jad)re, testis. Ego Amatus[6] archidiaconus, testis. Ego Petrus archipresbiter, testis. Ego Dommio tribunus, testis, Ego Lampridio tribunus, testis. Ego Petrus tribunus, socer prioris, testis. Ego Maio tribunus, testis. (Ego) Cerneche tribunus, testis.[7] Ego Dabro, frater eius, testis. Ego Ursana tribunus, testis. Ego Petrus, tribunus spalatinus, testis. Ego Barba tribunus, testis. (Ego) Nychiphorus tribunus, testis. Ego Johannes tribunus arbesano, testis. Ego Plato, tribunus, frater eius, testis.

Ego quidem Anastasius, episcopus supra dicte ciuitatis, manu propria (scri)psi et roboraui.

Apographum membr. saeculi, uti videtur, XII exeuntis vel XIII ineuntis, quondam in monasterio s. Chrysogoni Jaderae, nunc ibidem in archivo c. r. locumt. consilii: Acta monasterii s. Chrysogoni, cass. I, mass. A, nr. 1.

J. Lucius adducit initium in opere: De regn. Dalm. et Croat. lib. II,

c. 9. p. 81. totum in opere: Memorie di Traù. p. 194. Farlati V, 41. Cod. dipl. CSD. I, 94—5.

[1] aliquo. [2] aliquid. [3] Ita Farlati — „uideretur". [4] Forsitan: „signum manus". [5] episcopus testis supra dicte ciuitatis. [6] Annatus. [7] Ego maio tribunus cerneche testis.

18.

Circa a. 990.

Maius prior una cum nobilibus Jaderae ecclesiam s. Michaelis „cum adiacentibus territoriis", sitam in insula Postimana, concedit monasterio s. Chrysogoni „in opus fratrum ibidem famulancium".

Charta deperdita, cuius memoria fit in „chirographo" Petri abbatis a. 1069 (vide nr. 53).

Maius hicce pater erat Maii II similiter prioris et avus protospatharii Gregorii, qui a. 1033—4 prioris munus aeque gessit (v. nr. 32 et 33).

19.

A. 994, die 9 februarii.

(Charta retractata.)

Pincius cum fratribus et nepotibus suis cumque filio suo Pleso aedificat et providet ecclesiam s. Michaelis Salonae.

In Christi nomine, amen. Ab incarnatione domini nostri Jesu Christi anno noningentesimo nonagesimo quarto, die uero nona mensis februarii. Tempore, quo regnabat sacrilegus et profanus imperator Stephanus[1] in terra Bulgarorum in caeterisque regionibus. En ego uir Pincius[2] notaui et scripsi ad memoriam posterorum nostrorum. Quatenus nos, cum essemus consanguinei Stephani imperatoris, saepius ipsum propter eius delictum redarguimus; excaecauerat enim patrem suum, patruum autem nostrum, probum dominum, christicolam iustum, Sismanum imperatorem. Quapropter nos, fratres ac propinquos suos, ex patria nostra fugauit et expulit de terra uidelicet Bulgarorum ex urbe Tarnoua; exaltauit uero mendaces ac rebelles. Pater autem eius, caecus existens, increpauit ipsum de expulsione nostra; at ipse strangulauit eum, et remansit in patris maledictione. Nos autem uenimus Missiam, et inde recedentes peruenimus (in) Chroaciam ad illustrissimum et probum regem Dirzislaum[3]. At ille nos benigne recepit et adiuuit, tanquam bonus ac benignus dominus; et collocauit in suburbio Clysii. Illic igitur remansimus et recepimus ueram fidem catholicam secundum institucionem romanae ecclesiae. Et ego Pincius una cum fratribus

meis, uidelicet Armonio, Polemio, Johanne, Celestino et sorore nostra Murca,[4] et cum nepotibus nostris Tetralo, Martino, Alexandro, Johanne, Paulino, Georgio, Pancracio, et cum filio meo Pleso sermonem fecimus et ita ordinauimus: uidelicet collegimus inter nos pecuniam, dedimusque eam Pleso, ut obsequium deo faciat, ut aedificet ecclesiam in honorem beati Michaelis archangeli et sancti Petri apostoli et beati Martini episcopi. Et sic ordinauimus, ut quicunque postea fuerit de tribu nostra, ut aliquid dictae largiatur ecclesiae, substanciae scilicet stabilis, ut agrum uel domum. Fecimus enim, ut ecclesia ista sit memoriale domus ac familiae nostrae: ut nullus sit possessor seu ordinator ecclesiae huiusmodi eiusque bonorum, nisi posteri siue haeredes nostri ex linea masculorum siue feminarum procreati,[5] semper (et) perpetualiter. Si uero fuerit sacerdos de tribu nostra, praesbyter siue monachus, ut possideat dictam ecclesiam, unus post alium. Si autem non fuerit de tribu nostra praesbyter aut monachus, ut tribus nostra saecularium hominum eligat capellanum quemlibet. Et fecimus hoc cum consilio et consensu reuerendissimi et dignissimi Martini archiepiscopi spalatensis. Et si aliquis uoluerit facere contra istam ordinationem siue uoluntatem nostram, iram dei super se habeat et cadat in sanctorum patrum maledictionem et cum Juda Scharioth iugiter crucietur.

E tabula fundationis ecclesiae s. Michaelis Salonae prope amphiteatrum, quae in archivo domus Cindrianae Spalati asservabatur, descripsit et suis collectaneis inseruit J. Lucius, unde desumpsit Farlati: Illyr. sacr. III, 111. Cod. dipl. CSD. I, 96.

Tabulam hanc ex autographo tardius, haud ante saeculum XIII, confectam retractatamque fuisse, non absque ratione suspicatur M. S. Drinov: Южные Славяне и Византія въ X вѣкѣ. Москва 1876. p. 89.

[1] Rectius „Samuel". Orig. membrana forsitan habuit initialem tantum litteram S. quam librarius complevit legens: „S(tephanus). In reliquo potuit etiam Samuel, quemadmodum eiusdem fratruelis Joannes Vladislavus, duo nomina habere. [2] Cf. Панко, Понко, Пенчо. Miladinov: Бѫлгарски народни пѣсни. p. 529. Starine V, 81. [3] Dircislaus, error librarii legentis *z* ut *c*: Dirzislaus, Dьržislav. Cf. nr. 44. [4] Cf. Mrkaja, Mrъče. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 231. [5] procreatarum.

20.

Circa a. 995. Jaderae.

Chartula donationis, qua nobiles Jaderenses monasterio s. Chrysogoni suum piscationis ius in insula Silago concedunt.

Tempore domni Magii iaderensis prioris pro necessitatibus puplicis fuerunt uenditę piscaciones: una in insula Melata,[1] altera in Silago[2] in ualle maiori sancti Uictoris ex parte altana, quę continet a loco, ubi Megarus[3] dicitur, usque ad casas, quę suę piscacionis quartam porcionem se habentibus dare solebant; quas non pauci Jaderensium nobiles emerant propter quartam piscium porcionem. Sed quia sepe in diuisione piscium litigabant, et se inuicem scindentes et cedentes lacerabant: dictus prior cum suis nobilibus inihit consilium, quo ipsa piscacio daretur monasterio beati Chrisogoni Christi[4] martiris. Quod et factum est; nam statim uenerat ad ecclesiam prephati martiris cum cartula, in qua illorum nobilium nomina scripta habebantur; quam presente domino Trasone abbate suisque fratribus posuerunt super sanctum altare dicentes: offerimus tibi, beatissime Chrisogone martir, pro remedio animarum nostrarum nostrę hemptę piscacionis munus. Et si illud quis nostrorum uel aliorum, superbię spiritu inflatus, a tuo sacro cenobio uel ab eorum potestate, qui tibi in ipso deseruierint, subtrahere temptauerit, iram omnipotentis dei incurrat et trecentorum decem et octo patrum malediccionem habeat et in nouissimo die cum Juda traditore omnibusque iniquis infernum possideat.

Actum est hoc tempore supra dicto ab his subscriptis nobilibus ac testibus, inprimis uidelicet Maius Jaderę prior, actor et testis. Domnius tribunus, Theodosius tribunus, actores et testes. Lampridius tribunus, actor et testis. Petrus tribunus, testis. Maius tribunus, testis. Dabro frater eius, testis. Ursana tribunus, testis. Petrus tribunus. Barba tribunus. Nikyforus tribunus. Johannes tribunus. Plato tribunus. Hi supra scripti et nonnulli alii Jaderensium nobiles huius rei actores et testes sunt.

Membrana litteris longob. seculi, uti videtur, XI vel XII, in veteri archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: acta monasterii s. Chrysogoni, caps. XIV, masso A. nr. 34. Apographum aliud ibid. caps. I, mass. H. nr. 7, p. 5. Cod. dipl. CSD. I, 95.

In hoc documento eadem fere quae in priori sub nro. 17 testium nomina signata reperiuntur. Sed tardius illud editum fuisse patet ex eo, quia a. 986 abbas s. Chrysogoni Madius fuit, nostro vero in acto Traso commemoratur. Huius quidem nominis abbas in aliis etiam actis a. 1029,

1033 et 1036 (nr. 29, 32, 34) adducitur; sed eo usque documentum nostrum diferre testium nomina non sinunt.

[1] i. e. insula Melada, slav. Mulat, in districtu Jaderensi. [2] Nunc scoglio Silo, slav. Šilo in districtu Jaderensi. [3] Cf. mager vet. slov. coquus, Magera, Magjerovo. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 330. V. Megjare, pagus in Dalmatia, in districtu scardonensi. L. Mašek: Repertorio p. 26. [4] i X

21.

A. 999, 15 Julii. Jaderae.

(Charta suspecta).

Testamentum Agape, filiae tribuni Dabronis.

In Christi nomine et eiusdem anno incarnationis DCCCCXCVIIII[1] indictione XII, sub die fere quinto decimo mense Julii, in ciuitate Jadera. Imperantibus piissimis et perpetuis augustis Constantino et Basilio, cathedra pontificali regente Basilio episcopo et domino Maio priore. Maturiori namque et salubri consilio a maioribus prouisum est, ut omnis homo ante[2] dispensare et deliberare suas facultates debeat, priusquam repentine calamitatis casu periculo (ingru)ente mortis metu urgueat, ne differente deliberatio aut articulum (lingue loquendi car)eat usu aut distributor in ultima corporis angustia (positus sub celeri transi)tu optata sibimet testatione explicare non queat. (Idcirco ego tantilla A g a p e)[3] peccatrix, filia Dabro tribuni, diuino iubamine (freta, posita in infirmita)te super proprium meum decumbens lectulum, licet uiribus (corporis inualida, tamen) mente, deo auxiliante, tuta, integro autem consilio hunc . . . . is de heredidate nostra scribere rogauimus, ita demum . . . . ut post obitum meum ita maneat deo auctore firmum et stabilem . . . . ac si quidem pagina subscripta uidentur. In primis uolo et iubeo, (ut) cenaculo cum corte et quoquina et orto, quę est post ipsa quoqina, sit in ęcclesia sancti Chrisogoni; domum, ubi fornax fuit, cum orticello, quę est ante ipsam, similiter; orticello, quę est ante ecclesiam sancti Chrisogoni, similiter; porciones de terras, que habeo in Uculo, similiter; portiones de salinas, que habeo inter meos parentes, similiter; artatikio serico I, inuestitura de serico I, panno serico I, lisica I, pennulas II, pirestres XX, mappas IIII, antelectulos III, capilectulo I, mappula ad calicem operiendum I . . . s II, racinas II, culcitras II, culcitrino I, capitales III, capitale de serico (I) . . . . a de serico I, caldarias maiores II, frixorias maiores II, cucuma . . . . . . ortario hereo I, sella ferrea I, urceo hereo cum aquimi-

nile, casnastras II, deuteras II, archiscamno I, arcella I, buttes II, tina I, bussedo I, macinaspario I, turabulo hereo I, stagniolo I. Hec omnia sit in ecclesia sancti Chrisogoni; et sicut prelibata est, ita deo auctore permaneat. Nullus umquam ea audeat uiolare. Quicumque uero nostre deliberationi contraire uoluerit, iratum habeat patrem et filium et spiritum sanctum, et maledictionem a CCCX et VIII sancti patres, et in inferno cum diabolo et angeli eius ac Juda Scariothen muneretur. Actum tempore, die et loco ac consulibus, ut supra dictum est. His palam testibus: († Signum) manus Basilio supra dicto episcopo. († Signum) manus Maius prior supra dicto. † Signum manus Dabro tribunus frater eius. † Signum † manus Andreas presbiter. † Signum † manus Drago tribunus de Spalato. † Signum † manus Uiato[4] tribunus de Apsaro. † Signum † manus[5] Maius tribunus marrę insaco. † Signum † manus Maius tribunus sclimaula.

Membrana pluribus in locis manca, lit. lat. saeculi, uti videtur, XI in regnicolari archivo Zagrabiae inter documenta antiquissima nro. I.

Ex adnotatis iadertini archidiaconi Valerii a Ponte commemorat Farlati: Illyr. sacr. V, 40. Cod. dipl. CSD. I, 90—91.

Quum Basilius II et Constantinus VIII, quibus imperantibus testamentum hoc confectum esse dicitur, imperii habenas ab 11 Januarii 976 usque ad 15 decembris 1025 qua socii tenerent: non potuit anno DCCCCLXVIIII scriptum esse. Si indictionis ratio habeatur, cum indictio XII predictorum imperatorum tempore in a. 984, 999 et 1014 incidat, documentum nostrum potuit vel a. 984 vel a. 999, nam a. MXIV ad librarii errorem deduci non posset, confectum esse. Ast anno 984 obversatur, quod, teste charta sub nr. 17, eotum iaderensis episcopus non Basilius sed Anastasius fuerit, qui illam cathedram iam a. 978 conscenderat. Haec ratio reddit nos cautos anxiosve, an hoc documentum chartam dubiae fidei aut plane spuriam non exhibeat. Dubium hoc augetur vel eo, quod exordium documenti nostri desumptum sit omnino ex testamento Andreae prioris (nr. 13), e quo etiam eiusdem lacunas facile restituere potuimus. Episcopus Basilius in nullo secus documento adducitur, nec huius nominis antistes inter iaderenses, verum omnino inter absorenses a. 1076, reperitur. Nos interim documentum hocce ad a. DCCCCXCVIIII referendum esse censemus.

[1] DCCCCLXVIIII. [2] ommissum: „dies mortis sue". [3] Nomen hoc legibile fuisse hicce loci apparet ex inscriptione, recentiori manu in exteriori membranae parte exarata: „969 imperantibus Constantino et Basilio imperatoribus, testamentum Agapeti filii (!) Dabra Jadrae, in quo reliquit ecclesiae s. Chrisogoni cenaculum cum curte et coquina et horto post ipsam coquinam, domum ibi firmare fecit cum horticello ante ipsam domum, et horticellum ante ipsam ecclesiam, et alia bona stabilia et mobilia". Item: „Testamentum Agapi, filie Dabro, tribuni Jadrensis, quae legauit sua bona ecclesiae s. Chrisogoni, anno

domini 969". [4] Cf. Vojat, Vojtan. Die Bildung der slav. Personennamen nr. 44. „Vjato" forsitan pro „Vojato", Vojat. [5] Atramentum scripturae, quae sequitur, adeo pallidum est, ut quaedam nomina difficulter legantur.

22.

A. 1000, die 1 augusti.

(Charta retractata).

Pincius cum fratribus, nepotibus et filio Pleso donat ecclesiae s. Michaelis Salonae terras et possessiones.

In Christi nomine, amen. Anno natiuitatis eiusdem domini nostri Jesu Christi millesimo, indictione (decima) tercia. Regnantibus dominis nostris Basilio et Constantino magnis imperatoribus, in regno Chroaciae gubernante autem Dirzislauo, inclyto rege, residente etiam in sede beati Domnii Martino, reuerendissimo archiepiscopo, una cum domino Florino principe[1] Spalati et Clisii.[2] Ex quo ab exordio mundi primi parentes in peccatum inciderunt, eiectique fuerunt de paradiso deliciarum et expulsi sunt in regionem mortis, cui[3] omnis status hominum ex tunc sit subiectus; et ob id omnis mortalis homo repentinam formidet mortem et accidentalem, ne imparatus existens morti(s) perpetuae in aeternam incideret poenam. Hanc ob causam ruminantes et considerantes cogitauimus nos supra[4] dicti simul et concorditer, inspirante nos spiritu sancto, pro redemptione animarum nostrarum nostrorumque parentum ac haeredum nostrorum usque ad finem mundi, fecimus aedificare domum dei ad honorem sanctorum dei supra[5] scriptorum in loco prope litus maris siue prope arenam. Primum prece obtinuimus a rege saxa theatri, ex quibus ecclesiam fabricaremus; et ille dedit nobis et saxa et omnem circuitum terrae theatri ad honorem dei et ecclesiae beati Michaelis archangeli. Ego Plesus imprimis emi terrenum, super quod aedificauimus ecclesiam, a quodam homine slauonico nomine Sidica,[6] qui fuit de loco nuncupato Chosiça,[7] et a fratre suo Ziro,[8] octo denariis; quod habere, quo gaudere, frui, usufructuare et facere de ipso quidquid nobis placuerit. Aliud etiam emi terrenum iuxta ecclesiam ab occidente a Firmarisco Chirini, trium wretenorum, denariis decem; uolo et iubeo, ut sit dictae ecclesiae. Et iuxta dictum terrenum emi aliud terrenum a quodam Stroiza,[9] filio Zemici,[10] denariis quinque; uolo, ut sit istius ecclesiae. Item emi terrenum prope litus maris sub sabulo a Zubinico[11] denariis X, quod est iuxta flumen in loco uocato Poddupglane;[12] uolo, ut sit huius ecclesiae. Post haec Theodorus, filius eius, accepit

a me dictum precium et firmam quietationem. Item emi hortum[13] illum post ecclesiam contra portam theatri a mari usque ad uiam publicam terreni Prodani, ubi est murus in medio uetustus infra terrenum eius et meum, quod emi a dicto Prodano denariis XXXV; uolo ut sit in hac ecclesia. Emi etiam terrenum a superiori parte terreni arenae, wreteni unius, a dicto Sidica denariis decem; uolo, ut sit dictae ecclesiae. Item ibidem emi iuxta illud terrenum aliud a Tripico[14] denariis tribus; uolo, ut sit eiusdem ecclesiae. Emi quoque aliud terrenum in ualle, quae dicitur Tribiset,[15] a Michaele filio Tribisete,[16] denariis uiginti; uolo, ut sit in dicta ecclesia. Item in eodem loco emi tres funiculos terrae a Trimonio et fratre suo Peciazito[17] denariis VIII; uolo, ut sit dicte ecclesiae. Item similiter emi unum terrenum a Bericino[18] Ciruica,[19] (filio) Dobri,[20] denariis VIII; uolo, ut sit huius ecclesiae. Emi etiam terrenum in loco, qui dicitur Lichina,[21] a Chiso,[22] qui est de loco dicto Repusina, denariis XX; (uolo ut) sit dictae ecclesiae. Emi terrenum in loco dicto Burda[23] apud salinas usque supra uiam; uolo, ut sit istius ecclesiae. Emi itidem terrenum in loco dicto Billa[24] a Petralo,[25] qui fuit a Repusina, denariis quinque; uolo, ut sit in hac ecclesia. Etiam emi ibidem terrenum iuxta Stiniza[26] sub rupem, ab una parte rupis usque ad alteram, a Pazina[27] denariis XX; uolo ut sit dictae ecclesiae. Item in eodem loco emi terrenum trans torrentem, qui labitur a Billa ab oriente, a Ciuitico[28] Bozzicho,[29] denariis XX; uolo ut sit huius ecclesiae. Emi etiam terrenum in loco dicto Slano in ualle,[30] incipiens a mari usque ad uiam publicam, et a costa, quae usque ad mare protenditur, totam uallem illam a diacono Dabro et a filio eius Dominico denariis XXX; uolo, ut sit in eadem ecclesia. Ibi eciam iuxta dictam uallem emi similiter terrenum alterum, a parte orientali mei terreni usque ad torrentem et uiam publicam, a Dazina[31] VIII denariis; uolo, ut sit in eadem ecclesia. Emi eciam terrenum in loco, qui dicitur Socholcha,[32] iuxta terrenum domni Prestancii a Gliubaz[33] denariis V; uolo ut sit istius ecclesiae. Item ego Pincius cum fratribus meis et nepotibus, superius nominatis, omnes unanimiter simul facto consilio dedimus duos molendinos, quos maiestas regia dederat nobis in perpetuum et posteris nostris, hos dedimus ecclesiae sancti Michaelis, et cum insula, quae super illos est, prope quam uoluitur rota molendini, ab oriente et iuxta quam decurit aqua ad fullas et molendinum regium, a parte autem occidentis ad molendina sancti Michaelis Haec facta sunt anno domini millesimo, indiccione (XIII), mense

augusti die prima,[34] coram iudicibus et testibus: Johanne Podcupica[35] et fratre eius Zulico[36] Negusio[37] Podcupica, Ciuitico[38] Dabisclauico[39] et Johanne Curino,[40] Maiano brauaro.[41]

Ista autem pecunia supra dicta terrenorum fuit ultimum precium siue superadicio precii.

Ex eadem tabula, quae in archivo spalatensium quondam comitum de Cindris servabatur, descripsit J. Lucius, qui in suo opere: de regn. Dalm et Croat. lib. II, c. 8. ed. cit. p. 79 initium tantum, totam vero tabulam e Lucianis collectaneis edidit Farlati III, 112. Cod dipl. CSD. I, 97.

In nostro exemplari retractatum tantum autographum exhiberi, vel ex stylo et forma suspicari licet.

[1] priore? [2] Quod sequitur: „in pactis quidem superius dictis principibus tempore", quodve legendum erit: „in pactis quidem sub dictis principibus (et) tempore", a librario adiunctum esse videtur. [3] et. [4] Quorum nomina leguntur in fundationali cartula nro. 19. [5] i. e. beati Michaelis archangeli, s. Petri apostoli et beati Martini episcopi. [6] Sьdica, **Сѣдика.** Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 380. [7] Chesica. Chosica, cf. Kozica. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 253. [8] cero, ciro; autographum indubie habuit çiro, ziro i. e. Žiro, Žir. Die Bild. der slav. Personennamen nr. 136. [9] Strioza. V. Stroje, Strojek etc. Ibid. 374. [10] Zenici. Semьko. Ibid. nr. 388. [11] Cf. Zubъc. ibid. nr. 148. [12] Phrodrupglane. Pod-dupljane. [13] „portum". [14] Trapico. **Трипько.** ibid. nr. 406. [15] Tribižet. Cf. Trebižet, Tribiž Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 692. [16] Cf. Trebiš, Trebša. Die Bildung der slav Personennamen. nr. 409. [17] Peča-žit. Cf. Pęko-slav. Ib. nr. 137, 313. [18] Berьkin. Cf. Berъko, Berihna, Berina. Ibid. nr. 6. [19] Cьrvika. Cf. Črъvenko Ibid. nr. 445. [20] Tobri. V. ibid. nr. 114. [21] I. e. Likina. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 324. [22] Kiš Cf. Kyj, Kičić. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 189. [23] Bъrda. Die slav. Ortsnamen. nr. 34. [24] i. e. Bêla. Ibid. nr. 12. [25] Cf. Petrilo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 283. [26] i. e. Stinica, Stênica. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 619. [27] Cf. Peze, Pešan, Pechan. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 284. [28] Ita emendo apographi: Ciuicito. Ciuitico, Cьvitьko. Vide **цвѣтько.** Novaković: srpski pomenici. str. 112. Cf. Miklošić op. cit. nr. 438. [29] Buzaicho. Vide Miklošić op. cit. nr. 11. Božьko, Božik. [30] „vallem". [31] Cf. **Дахвина.** Novaković op cit. p. 59. Nisi forte orig. habuerat Desina, Dezina. [32] Ita emendo apographi: „Schulcka". Lege: Sokolka. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 600. [33] I. e. Ljubac. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 207. [34] Ita restituendus est verborum ordo apographi: „mense augusti indictione die prima". [35] Lege: Podkupica, Pod-kup-ica. Cf Pod-boj nomen piscatoris nr. 39 item Miklošić op. cit. nr. 187. [36] Zъlьko. Ibid. nr. 147. [37] Nêgušь Ibid. nr. 256. [38] Ciuico. V. supra nr. 28. [39] Tabiscauico. Lege Dabislavьko, Dabi-slavьko, Dobislavъko. Miklošić op. cit. nr. 100, 113, 346. item p. 26. [40] Lege Kurino. Ibid. nr. 188. [41] Brauara. Vide nr. 82: „uilcane brauaro".

23.

Initio saeculi XI.

(Charta retractata.)

Plesus, filius Pincii, donat ecclesiae sancti Michaelis Salonae terras et possessiones.

Post haec ego Plesus post mortem parentum meorum ueni habitatum Spalati cum familia mea. Et fecimus colloquium et consultum cum Maria uxore mea et filiis meis: cum primogenito meo Dabruco,[1] Orbasio,[2] Petrono,[3] Johanne et cum sorore eorum Nouata.[4] Cum omnibus istis ante dictis emimus ex nostra substancia propria terrena inferius dicta; et pro redemptione animae meae ac Mariae uxoris meae dedimus ea dictae ecclesiae (sancti Michaelis) secundum ordinem supra dictum, uti continetur et ut ordinauerunt parentes nostri. Emi tres pecias terrae a Johanne cognomento Muralo[5] in loco uocato Burda usque ad terrenum Paganelli denariis VIII sine terratico; ad hoc testis est Murca amita mea. Emi a Siruo[6] filio Lastari[7] possessiunculam uocatam Cassan[8] denariis XI; testis fuit Basilius archidiaconus et Petrus Gatta cum duobus suis generibus et Puppino[9] praesbytero. Emi a sororio meo Daniele partem domus suae denariis X; testes Messana Gattina, Bacharinus praesbyter et Andreas filius Caste. In communi habeo cum ipso unam peciam terrae apud sanctum Maximum, pro qua dedi illi III denarios. Emi uallem unam in loco uocato Stinica supra terrenum sancti Domnii denariis XIII ab Abrico Taco et fratre suo; testes Simon Chruchola[10] et (Maiano) brauaro. Uolo, omnia ista sint dictae ecclesiae.

Ex eadem tabula et Lucianis collectaneis Farlati III, 114. Cod. dipl. CSD. I, 98.

[1] Dabrъc, Dobrъc, Dobric. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [2] Cf. Vrban. ib. nr. 48. [3] Petronja, Petrana. ib. nr. 283. [4] Norata. Cf. Nov-ka. ibid. nr. 254; item p. 14 nomina cum suffixo ата: Mileta, Mladata etc. [5] Cf. Marula, Radula. ibid. p. 9. item nr. 215. Vide моуръ, моуринъ aethiops, niger. Miklošić: Lexicon palaeoslov. ad h. v. [6] Cf. fem. Širava, Široslav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 453. Nisi forte orig. „Zirno“, Čьrno habuerat. [7] Lьstak. ibid. nr. 203. [8] Forsitan Cossan, Kosan. Cf. Die slav. Ortsnamen aus Personennamen. nr. 146. item die slav. Ortsnamen aus Appellat I, 23. [9] Cf. Pupic. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 314. [10] Cf. thema Krak -- ibid. nr. 175. unde nomen Krok; nostrum legendum est: Krukola. Cf. Vukola.

24.

A. 1018, mense Julio. Arbe.

Arbe supremum Venetorum dominium agnoscit.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem nostri redemptoris millesimo octauodecimo, mense Julio, indictione prima. In ciuitate Arbes. Spondentes spondemus, promittentes promittimus nos quidem Maius, episcopus dicte ciuitatis Arbes, simul[1] cum Bellata,[2] priore nostro, una pariter cum clero et populo habitante in ciuitate supra scripta, cum successoribus seu heredibus ac proheredibus nostris, uobis domno Ottoni seniori nostro, duci Veneticorum et Da(l)maticorum, et successoribus uestris tributum dare omni anno libras de seta serica decem per nostrum missum in natiuitate domini nostri Jesu Christi. Et si uobis uestrum missum transmittere placuerit, nequaquam supra dictum tributum contradicere debeamus per nullum ingenium. Hec autem, ut supra legitur, omnia adimplere promittimus sine omni intermissione aut aliquo interposito capitulo. Si autem per quoduis ingenium non adimpleuerimus omnia, sicut superius legitur, in constituto tempore: tunc componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et uestris successoribus auri obrizi libras quinque. Et hec promissionis cartula perpetualiter maneat in sua firmitate. Ego Maius episcopus manu mea scripsi. Ego Johannes archipresbiter manu mea scripsi. Ego Petrus leuita manu mea scripsi. Ego Dominicus[3] diaconus manu mea scripsi. Ego Niciforus hec rogaui fieri. Ego Lampredius hec rogaui fieri. Ego Fuscus hec rogaui fieri. Ego Bonus hec rogaui fieri. Ego Martinus hec rogaui fieri.[4] Ego Bellata prior hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Sergius hec rogaui fieri. Ego Johannes hec rogaui fieri. Ego Dabro hec rogaui fieri. Ego Mazo hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Andriacus hec[5] rogaui fieri. Ego Petrus diaconus, rogatus a clero et populo, scripsi atque compleui.

Apographum membr. saeculi, uti videtur, XII ad finem vergentis, Arbe apud d. Galzigna, qui membranam usui meo cessit.

E tabula, quae in sanctuario arbensis ecclesiae asservabatur, descripsit et edidit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II c. 8. p. 80. Farlati: Illyr. sacr. V, 226. Cod. diplom. CSD. I, 99.

[1] simul simul. [2] trumbellata. Cf. Bêlota, Bêletin. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 27. [3] nnicus, dnicus. [4] Quae sequuntur nomina in altera columna subscripta sunt. [5] Apographum scribit e = ae, ę.

25.

A. 1018, mense Julio. Veglae.

Vegla supremum Venetorum dominium agnoscit.

In nomine domini dei eterni. (Anno ab incarnacione nostri redemptoris millesimo octauodecimo),[1] in mense Julio, indiccione prima. In ciuitate Vegla. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc uinculum repromissionis ego Uitalis, episcopus huius ciuitatis, cum toto clero, simul cum Andrea priore, ita et omnes habitatores in ciuitate ista, cum nostris successoribus et heredibus ac proheredibus nostris: uobis domino Ottoni seniori nostro, duci Ueneticorum ac Dalmaticorum, et uestris successoribus tributum uobis dare promittimus et uestro pallacio, omnique anno in natiuitate domini nostri Jesu Christi pelles uulpinas numero triginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obsequauerimus: componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et successoribus uestris auri libras quinque. Et hec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. Ego Uitalis episcopus (manu mea scripsi). Ego Petrus diaconus (manu mea scripsi). Ego Maio presbyter (manu mea scripsi). Ego Cando presbyter (manu mea scripsi). Ego Leo presbyter (manu mea scripsi). Ego Dominicus diaconus (manu mea scripsi). Ego Petrus presbyter (manu mea scripsi).[2] Signum (†) manus Andree prioris. Signum (†) manus Barba. Signum (†) manus Ualentini. Signum (†) manus Justi. Signum (†) manus Johannis. Signum (†) manus alterius Johannis. Signum (†) manus Dominici. Signum (†) manus Gregorii. Signum (†) manus Bassi. Signum manus (†) Leonis. Signum (†) manus alterius Leonis. Signum (†) manus Petri. Signum (†) manus Johannis. Signum (†) manus Dabro. Signum (†) manus Voiato.[3] Signum (†) manus Berzana.[4] Signum (†) manus Laurentii. Signum (†) manus Bocio;[5] et aliorum.

Ego Marinus presbyter hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

Codex Trevisanus saec XV, fol. 145. Viennae in c. r. archivo aulico. Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1868. vol. I, p. 1. Cod. dipl. CSD. I. 99.

[1] Vide nro praecedenti. [2] In apographo verba: „manu mea scripsi" ommissa esse patet ex eo, quod illa in priori etiam chartula ad testium ex clero nomina adposita sint; et quia testes, qui sequuntur, signum tantum adposuerunt. [3] Voneto. Vide Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 47. Vojat, Vojata. [4] Cf. ibid. nr. 19. Brъz, Brъzej, Brzon, Brzava (fem.) [5] Ibid. nr. 13. Bokъ, Bocek, Bocko.

26.

A. 1018, mense Augusto. Absari.

Absarenses supremum Venetorum dominium agnoscunt.

In nomine dei eterni. (Anno ab incarnacione nostri redemptoris millesimo octauodecimo), in mense Augusto, indiccione prima, in ciuitate Absaro. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc uinculum repromissionis ego quidem Martinus, huius ciuitatis episcopus, simul et Johannes prior ita et omnes habitantes in iam supra scripta ciuitate, tam clerus et populus, cum successoribus et heredibus ac proheredibus nostris: uobis quidem domino Ottoni seniori nostro, duci Ueneticorum et Dalmaticorum, et successoribus uestris tributum dare promittimus, uobis et uestro palatio;[1] omnique anno in natiuitate domini nostri Jesu Christi pelles marturinas numero quadraginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obseruauerimus: componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et successoribus uestris auri libras quinque. Et hec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. Ego Maius diaconus manu mea subscripsi. Ego Ursus diaconus manu mea subscripsi. Ego presbyter Petrus manu mea subscripsi. Ego Candussus presbyter manu mea subscripsi. Ego Petrus presbyter manu mea subscripsi. Ego Marcus presbyter manu mea subscripsi. Ego Odelianus diaconus manu mea subscripsi. Signum (†) manus (Johannis) prioris, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Viaçco,[2] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Danulo,[3] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Viaçco,[4] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Dabro, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Petri, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Martini, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Adami, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Viaçco,[5] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Damiro,[6] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Barba, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Georgii, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Petri, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Leonis, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Andree, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus omnium habitancium in supra scripta ciuitate.

Ego Martinus episcopus hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

Cod. Trevisanus saec. XV in c. archivo aulico Vindobonae p. 143. Monumenta spectantia historiam Slav. merid. I, 1—2. Cod. dipl. CSD. I, 101.

[1] solatio. [2] Viatro. V. Miklošič: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 57. Vjačko, Věcko etc. Thema: каште plus. [3] Ibid. nr. 102. Dan, Danko, Dančulo. [4] Viatro. [5] Viatro. [6] Damir, vide ibid. nr. 99.

27.

A. 1018, mense Augusto. Veglae.

Incolae ciuitatis Cha Fisole Venetis tributum spondent.

(Charta spuria.)

In nomine dei et saluatoris Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris nostri millesimo octauo decimo, indictione prima, mense augusti. In ciuitate, quae uocatur Vegla. Spondentes spondemus et promittentes promittimus nos quidem Godostro,[1] qui modo uocatur Serenico, habitans in Cha-Fisole, una pariter cum Dabro praesbytero atque omnibus habitatoribus praedictae nostrae ciuitatis Cha-Fisole, cum nostris haeredibus, prohaeredibus ac successoribus urbis, domno Ottoni, duci Venetiarum atque Dalmatiarum, seniori nostro, et eius haeredibus ac prohaeredibus et successoribus, uidelicet: a modo in antea dare uobis debeamus pro tributo usque in sempiternum per omnem annum pelles marturinas bonas quindecim in natiuitate domini nostri Jesu Christi per nostrum proprium missum; ac fideles esse debeamus nos cum haeredibus ac prohaeredibus nostris uobis et successoribus uestris; et nullam contrarietatem nec damnitatem uestris fidelibus facere debeamus, quod plus citius poterimus tam in die quam in nocte et adiutores et defensores eis esse debeamus. Haec autem omnia, ut supra legitur, obseruare et adimplere promittimus sine omni intermissione atque alio interposito capitulo. Si autem per quoduis (ingenium) predictum tributum uobis non dederimus omni anno in constituto tempore, et non obseruauerimus omnia, sicut superius legitur, tunc componere promittimus cum nostris haeredibus et prohaeredibus uobis et uestris successoribus auri obrizi libras quinque. Et haec promissio usque in perpetuum maneat in sua firmitate. Signum (†) manus Serenico, qui hoc fieri rogauit. Ego praesbyter Dabro manu mea scripsi. Signum (†) manus Petri Scamini, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) Marini Stredrago, m(anu) s(ua). Signum (†) Resinico, s(ua) m(anu). (Signum † manus) Vecinto. Ego Vitalis episcopus de ciuitate Vegla testis subscripsi. Ego Marinus praesbyter testis subscripsi. Ego Johannes testis subscripsi.

*

Ego Andreas prior de ciuitate Veglensi. Ego Dominicus Frutanis Maydiati testis subscripsi.

Ego Marinus praesbyter et notarius scripsi et post[2] tradita compleui et roboraui.

Farlati: Illyr. sacr. V, 639; sed unde has tabulas descripserat, non adducit. Cod. dipl. CSD. I, 100.

Documentum hocce suppositum atque ad normam praecedentium (nr. 24—26) confectum esse liquet vel ex eo, quod incolae loci „Cha-Fisole", in venetico stagno atque in Venetiarum territorio iacentis, rationem non habuerint promittendi una cum Arbensibus, Veglensibus et Absarensibus, qui pridie Chroatorum subditi erant, Venetiarum duci sive fidem sive tributum.

[1] Cf. Goden, Godeč, Godomir. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 73.
[2] per.

28.

Circa a. 1020. Spalati.

„Breve donationis" Petri diaconi monasterio s. Stephani in promontorio Spalati.

Nel nome di nostro Signor Gesù Christo. Io Pietro diacono facio breve (di) donatione nel monasterio di san Stefano protomartire, nel quale piacendo a dio m'offero di servire al Signore; però per inspiratione di Dio (et) permissione di mia moglie, la madre et il reverendissimo mio fratello don Martino così consigliadomi, sono entrato nel predetto monasterio, nel quale non doppo molto tempo oppresso da grave infermità fui, come desideravo, consegrato dal venerabile don Orso abbate, alla cui presenza et di tutti li frati hò fatto la presente donatione. Prima lascio che della mia portione faccino un calice d'argento con la patena per il culto divino. Et similmente gli lascio la terra alla valle, la

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Petrus diaconus facio breue donationis in monasterio sancti Stephani protomartiris, in quo, deo sic uolente, offero me domini seruicio; nam dei inspiratione et permissione uxoris mee, de consilio uero matris et fratris mei reuerendissimi domni Martini, predictum monasterium intraui, in quo non post multum tempus, graui infirmitate oppressus, uti desiderabam, consecratus fui a uenerabili abbate domno Ursone, in cuius et omnium fratrum presentia feci presentem donationem. Primum ordino, ut e portione mea faciant calicem argenteum cum patena ad cultum diuinum. Et similiter relinquo ei terram in ualle, quam mihi mater mea pro clericali ordine donauit. Cetera

quale mì donò mia madre per l'ordine clericale. Gli altri ueramente miei beni che sono, così mobili come stabili, lascio a mio figliolo se sopraviverà, ma se piacerà a Dio che l'muora, tutto vadi al monasterio. Et se alcuno s'opponerà a questa donatione, che a Dio non piaccia, caschi nell'ira di Dio · et nella maleditione dei cccxviii santi padri et santi apostoli, e vadi con Giuda traditore all'inferno. Furono fatte queste cose nel tempo di Paulo arcivescovo et Nicodemo priore; alla presenza di questi testimoni: don Ursone abbate et Giovanni Ta(l)ina[1] et don Pietro Malica[2] et don Fuscone, Ursone Tortori (?) e di tutta la congregazione, et prete don Stefano et Perna[3] diacono et Theodoro prete et Ursone diacono et Grando[4] figliuolo.

Et io Stefano monaco et prete ho scritto e fui testimonio.

bona, que vere sunt mea, tam mobilia quam immobilia, relinquo filio meo, si superstes mihi fuerit; quod si, deo uolente, mortuus fuerit, omnia sint monasterii. Si quis autem huic donationi se opposuerit, quod deus avertat, incurrat iram dei et maledictionem cco et xviii sanctorum patrum ac apostolorum sanctorum, et cum Juda traditore vadat in infernum. Facta sunt hec tempore Pauli archiepiscopi et Nicodemi prioris, in presentia horum testium: domni Ursonis abbatis et Johannis Ta(l)ina[1] et domni Petri Malica[2] et domni Fusconis, Ursonis Tortori (?) et uniuerse congregationis, et presbiteri domni Stephani et Perne[3] diaconi et Theodori presbiteri et Ursonis diaconi et filii Grando.[4]

Et ego Stephanus monachus et presbiter scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum (Scritture del Monastero di s. Stefano di Spalato). Cod. num. LI, Class. V msc. ital. bibliothecae s. Marci Venetiis. Transsumptum in biblioth. academ. Zagrab. nr. CCXVII, fol. 13. Farlati III, 118 et Cod. dipl. CSD. I, 105 habent tantum lat. textum et quidem mancum.

Documentum hocce ad annum circiter 1020 referimus, scriptum quippe fuerat „tempore Pauli archiepiscopi", qui teste archidiacono Thoma (Historia salon. c. XIV), a. 1015—30 in cathedra s. Domnii sedebat; nullumque alium eo tempore episcopum nomine Martinum, qui frater esset diaconi Petri, in Dalmatia reperimus praeter absarensem (v. nr. 26). Quodsi Martinus hicce, ut Farlati putat, fuisset archiepiscopus ille, qui anno. M. ecclesiae spalatensi praefuerat (v. nr. 22), eotum etiam instrumentum nostrum ad hos circiter annos referendum esset.

[1] Talin. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 393. [2] Macica. V. Malica ibid. nr. 213. item in alio acto nr. 35. [3] Ferna. Cf. ibid. nr. 281. Perun. [4] Cf. „Gronda, filius Prestancii". Cod dipl. CSD. II, 22.

augusti die prima,[34] coram iudicibus et testibus: Johanne Podcupica[35] et fratre eius Zulico[36] Negusio[37] Podcupica, Ciuitico[38] Dabisclauico[39] et Johanne Curino,[40] Maiano brauaro.[41]

Ista autem pecunia supra dicta terrenorum fuit ultimum precium siue superadicio precii.

Ex eadem tabula, quae in archivo spalatensium quondam comitum de Cindris servabatur, descripsit J. Lucius, qui in suo opere: de regn. Dalm et Croat. lib. II, c. 8. ed. cit. p. 79 initium tantum, totam vero tabulam e Lucianis collectaneis edidit Farlati III, 112. Cod dipl. CSD. I, 97.

In nostro exemplari retractatum tantum autographum exhiberi, vel ex stylo et forma suspicari licet.

[1] priore? [2] Quod sequitur: „in pactis quidem superius dictis principibus tempore", quodve legendum erit: „in pactis quidem sub dictis principibus (et) tempore", a librario adiunctum esse videtur. [3] et. [4] Quorum nomina leguntur in fundationali cartula nro. 19. [5] i. e. beati Michaelis archangeli, s. Petri apostoli et beati Martini episcopi. [6] Sьdica, Съдика. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 380. [7] Chesica. Chosica, cf. Kozica. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 253. [8] cero, ciro; autographum indubie habuit çiro, ziro i. e. Žiro, Žir. Die Bild. der slav. Personennamen nr. 136. [9] Strioza. V. Stroje, Strojek etc. Ibid. 374. [10] Zenici. Semьko. Ibid. nr. 388. [11] Cf. Zubъc. ibid. nr. 148. [12] Phrodrupglane. Pod-dupljane. [13] „portum". [14] Trapico. Трипько. ibid. nr. 406. [15] Tribižet. Cf. Trebižet, Tribiž Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 692. [16] Cf. Trebiš, Trebša. Die Bildung der slav Personennamen. nr. 409. [17] Peča-žit. Cf. Pęko-slav. Ib. nr. 137, 313. [18] Berьkin. Cf. Berъko, Berihna, Berina. Ibid. nr. 6. [19] Cьrvika. Cf. Črъvenko Ibid. nr. 445. [20] Tobri. V. ibid. nr. 114. [21] I. e. Likina. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 324. [22] Kiš Cf. Kyj, Kičić. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 189. [23] Bъrda. Die slav. Ortsnamen. nr. 34. [24] i. e. Běla. Ibid. nr. 12. [25] Cf. Petrilo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 283. [26] i. e. Stinica, Stěnica. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 619. [27] Cf. Peze, Pešan, Pechan. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 284. [28] Ita emendo apographi: Ciuicito. Ciuitico, Cьvitьko. Vide цвѣтько. Novaković: srpski pomenici. str. 112. Cf. Miklošić op. cit. nr. 438. [29] Buzaicho. Vide Miklošić op. cit. nr. 11. Božьko, Božik. [30] „vallem". [31] Cf. Дахвина. Novaković op cit. p 59. Nisi forte orig. habuerat Desina, Dezina. [32] Ita emendo apographi: „Schulcka". Lege: Sokolka. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 600. [33] I. e. Ljubac. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 207. [34] Ita restituendus est verborum ordo apographi: „mense augusti indictione die prima". [35] Lege: Podkupica, Pod-kup-ica. Cf Pod-boj nomen piscatoris nr. 39 item Miklošić op. cit. nr. 187. [36] Zъlьko. Ibid. nr. 147. [37] Něgušь Ibid. nr. 256. [38] Ciuico. V. supra nr. 28. [39] Tabiscauico. Lege Dabislavьko, Dabi-slavьko, Dobislavъko. Miklošić op. cit. nr. 100, 113, 346. item p. 26. [40] Lege Kurino. Ibid. nr. 188. [41] Brauara. Vide nr. 82: „uilcane brauaro".

23.

Initio saeculi XI.

(Charta retractata.)

Plesus, filius Pincii, donat ecclesiae sancti Michaelis Salonae terras et possessiones.

Post haec ego Plesus post mortem parentum meorum ueni habitatum Spalati cum familia mea. Et fecimus colloquium et consultum cum Maria uxore mea et filiis meis: cum primogenito meo Dabruco,[1] Orbasio,[2] Petrono,[3] Johanne et cum sorore eorum Nouata.[4] Cum omnibus istis ante dictis emimus ex nostra substancia propria terrena inferius dicta; et pro redemptione animae meae ac Mariae uxoris meae dedimus ea dictae ecclesiae (sancti Michaelis) secundum ordinem supra dictum, uti continetur et ut ordinauerunt parentes nostri. Emi tres pecias terrae a Johanne cognomento Muralo[5] in loco uocato Burda usque ad terrenum Paganelli denariis VIII sine terratico; ad hoc testis est Murca amita mea. Emi a Siruo[6] filio Lastari[7] possessiunculam uocatam Cassan[8] denariis XI; testis fuit Basilius archidiaconus et Petrus Gatta cum duobus suis generibus et Puppino[9] praesbytero. Emi a sororio meo Daniele partem domus suae denariis X; testes Messana Gattina, Bacharinus praesbyter et Andreas filius Caste. In communi habeo cum ipso unam peciam terrae apud sanctum Maximum, pro qua dedi illi III denarios. Emi uallem unam in loco uocato Stinica supra terrenum sancti Domnii denariis XIII ab Abrico Taco et fratre suo; testes Simon Chruchola[10] et (Maiano) brauaro. Uolo, omnia ista sint dictae ecclesiae.

Ex eadem tabula et Lucianis collectaneis Farlati III, 114. Cod. dipl. CSD. I, 98.

[1] Dabrъc, Dobrъc, Dobric. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [2] Cf. Vrban. ib. nr. 48. [3] Petronja, Petrana. ib. nr. 283. [4] Norata. Cf. Nov-ka. ibid. nr. 254; item p. 14 nomina cum suffixo ата: Mileta, Mladata etc. [5] Cf. Marula, Radula. ibid. p. 9. item nr. 215. Vide моуръ, моуринъ aethiops, niger. Miklošić: Lexicon palaeoslov. ad h. v. [6] Cf. fem. Širava, Široslav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 453. Nisi forte orig. „Zirno“, Čьrno habuerat. [7] Lьstak. ibid. nr. 203. [8] Forsitan Cossan, Kosan. Cf. Die slav. Ortsnamen aus Personennamen. nr. 146. item die slav. Ortsnamen aus Appellat I, 23. [9] Cf. Pupic. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 314. [10] Cf. thema Krak -- ibid. nr. 175. unde nomen Krok; nostrum legendum est: Krukola. Cf. Vukola.

24.

A. 1018, mense Julio. Arbe.

Arbe supremum Venetorum dominium agnoscit.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem nostri redemptoris millesimo octauodecimo, mense Julio, indictione prima. In ciuitate Arbes. Spondentes spondemus, promittentes promittimus nos quidem Maius, episcopus dicte ciuitatis Arbes, simul[1] cum Bellata,[2] priore nostro, una pariter cum clero et populo habitante in ciuitate supra scripta, cum successoribus seu heredibus ac proheredibus nostris, uobis domno Ottoni seniori nostro, duci Veneticorum et Da(l)maticorum, et successoribus uestris tributum dare omni anno libras de seta serica decem per nostrum missum in natiuitate domini nostri Jesu Christi. Et si uobis uestrum missum transmittere placuerit, nequaquam supra dictum tributum contradicere debeamus per nullum ingenium. Hec autem, ut supra legitur, omnia adimplere promittimus sine omni intermissione aut aliquo interposito capitulo. Si autem per quoduis ingenium non adimpleuerimus omnia, sicut superius legitur, in constituto tempore: tunc componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et uestris successoribus auri obrizi libras quinque. Et hec promissionis cartula perpetualiter maneat in sua firmitate. Ego Maius episcopus manu mea scripsi. Ego Johannes archipresbiter manu mea scripsi. Ego Petrus leuita manu mea scripsi. Ego Dominicus[3] diaconus manu mea scripsi. Ego Niciforus hec rogaui fieri. Ego Lampredius hec rogaui fieri. Ego Fuscus hec rogaui fieri. Ego Bonus hec rogaui fieri. Ego Martinus hec rogaui fieri.[4] Ego Bellata prior hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Sergius hec rogaui fieri. Ego Johannes hec rogaui fieri. Ego Dabro hec rogaui fieri. Ego Mazo hec rogaui fieri. Ego Petrus hec rogaui fieri. Ego Andriacus hec[5] rogaui fieri. Ego Petrus diaconus, rogatus a clero et populo, scripsi atque compleui.

Apographum membr. saeculi, uti videtur, XII ad finem vergentis, Arbe apud d. Galzigna, qui membranam usui meo cessit.

E tabula, quae in sanctuario arbensis ecclesiae asservabatur, descripsit et edidit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II c. 8. p. 80. Farlati: Illyr. sacr. V, 226. Cod. diplom. CSD. I, 99.

[1] simul simul. [2] trumbellata. Cf. Bêlota, Bêletin. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 27. [3] d̄nicus, dn̄icus. [4] Quae sequuntur nomina in altera columna subscripta sunt. [5] Apographum scribit e = ae, ę.

25.

A. 1018, mense Julio. Veglae.

Vegla supremum Venetorum dominium agnoscit.

In nomine domini dei eterni. (Anno ab incarnacione nostri redemptoris millesimo octauodecimo),[1] in mense Julio, indiccione prima. In ciuitate Vegla. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc uinculum repromissionis ego Uitalis, episcopus huius ciuitatis, cum toto clero, simul cum Andrea priore, ita et omnes habitatores in ciuitate ista, cum nostris successoribus et heredibus ac proheredibus nostris: uobis domino Ottoni seniori nostro, duci Ueneticorum ac Dalmaticorum, et uestris successoribus tributum uobis dare promittimus et uestro pallacio, omnique anno in natiuitate domini nostri Jesu Christi pelles uulpinas numero triginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obsequauerimus: componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et successoribus uestris auri libras quinque. Et hec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. Ego Uitalis episcopus (manu mea scripsi). Ego Petrus diaconus (manu mea scripsi). Ego Maio presbyter (manu mea scripsi). Ego Cando presbyter (manu mea scripsi). Ego Leo presbyter (manu mea scripsi). Ego Dominicus diaconus (manu mea scripsi). Ego Petrus presbyter (manu mea scripsi).[2] Signum (†) manus Andree prioris. Signum (†) manus Barba. Signum (†) manus Ualentini. Signum (†) manus Justi. Signum (†) manus Johannis. Signum (†) manus alterius Johannis. Signum (†) manus Dominici. Signum (†) manus Gregorii. Signum (†) manus Bassi. Signum manus (†) Leonis. Signum (†) manus alterius Leonis. Signum (†) manus Petri. Signum (†) manus Johannis. Signum (†) manus Dabro. Signum (†) manus Voiato.[3] Signum (†) manus Berzana.[4] Signum (†) manus Laurentii. Signum (†) manus Bocio;[5] et aliorum.

Ego Marinus presbyter hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

Codex Trevisanus saec XV, fol. 145. Viennae in c. r. archivo aulico. Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1868. vol. I, p. 1. Cod. dipl. CSD. I. 99.

[1] Vide nro praecedenti. [2] In apographo verba: „manu mea scripsi“ ommissa esse patet ex eo, quod illa in priori etiam chartula ad testium ex clero nomina adposita sint; et quia testes, qui sequuntur, signum tantum adposuerunt. [3] Voneto. Vide Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 47. Vojat, Vojata. [4] Cf. ibid. nr. 19. Brъz, Brъzej, Brzon, Brzava (fem.) [5] Ibid. nr. 13. Bokъ, Bocek, Bocko.

26.

A. 1018, mense Augusto. Absari.

Absarenses supremum Venetorum dominium agnoscunt.

In nomine dei eterni. (Anno ab incarnacione nostri redemptoris millesimo octauodecimo), in mense Augusto, indiccione prima, in ciuitate Absaro. Promittentes promittimus, spondentes spondemus per hoc uinculum repromissionis ego quidem Martinus, huius ciuitatis episcopus, simul et Johannes prior ita et omnes habitantes in iam supra scripta ciuitate, tam clerus et populus, cum successoribus et heredibus ac proheredibus nostris: uobis quidem domino Ottoni seniori nostro, duci Ueneticorum et Dalmaticorum, et successoribus uestris tributum dare promittimus, uobis et uestro palatio;[1] omnique anno in natiuitate domini nostri Jesu Christi pelles marturinas numero quadraginta. Quod si hoc recte in prestituto tempore, ut superius legitur, non obseruauerimus: componere promittimus cum successoribus et heredibus nostris uobis et successoribus uestris auri libras quinque. Et hec promissionis cartula plenissime maneat in sua firmitate. Ego Maius diaconus manu mea subscripsi. Ego Ursus diaconus manu mea subscripsi. Ego presbyter Petrus manu mea subscripsi. Ego Candussus presbyter manu mea subscripsi. Ego Petrus presbyter manu mea subscripsi. Ego Marcus presbyter manu mea subscripsi. Ego Odelianus diaconus manu mea subscripsi. Signum (†) manus (Johannis) prioris, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Viaçco,[2] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Danulo,[3] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Viaçco,[4] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Dabro, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Petri, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Martini, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Adami, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Viaçco,[5] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Damiro,[6] qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Barba, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Georgii, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus alterius Petri, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Leonis, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus Andree, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) manus omnium habitancium in supra scripta ciuitate.

Ego Martinus episcopus hanc cartulam scripsi, firmaui atque compleui.

Cod. Trevisanus saec. XV in c. archivo aulico Vindobonae p. 143. Monumenta spectantia historiam Slav. merid. I, 1—2. Cod. dipl. CSD. I, 101.

[1] solatio. [2] Viatro. V. Miklošič: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 57. Vjačko, Věcko etc. Thema: ваште plus. [3] Ibid. nr. 102. Dan, Danko, Dančulo. [4] Viatro. [5] Viatro. [6] Damir, vide ibid. nr. 99.

27.

A. 1018, mense Augusto. Veglae.

Incolae ciuitatis Cha Fisole Venetis tributum spondent.

(Charta spuria.)

In nomine dei et saluatoris Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem redemptoris nostri millesimo octauo decimo, indictione prima, mense augusti. In ciuitate, quae uocatur Vegla. Spondentes spondemus et promittentes promittimus nos quidem Godostro,[1] qui modo uocatur Serenico, habitans in Cha-Fisole, una pariter cum Dabro praesbytero atque omnibus habitatoribus praedictae nostrae ciuitatis Cha-Fisole, cum nostris haeredibus, prohaeredibus ac successoribus urbis, domno Ottoni, duci Venetiarum atque Dalmatiarum, seniori nostro, et eius haeredibus ac prohaeredibus et successoribus, uidelicet: a modo in antea dare uobis debeamus pro tributo usque in sempiternum per omnem annum pelles marturinas bonas quindecim in natiuitate domini nostri Jesu Christi per nostrum proprium missum; ac fideles esse debeamus nos cum haeredibus ac prohaeredibus nostris uobis et successoribus uestris; et nullam contrarietatem nec damnitatem uestris fidelibus facere debeamus, quod plus citius poterimus tam in die quam in nocte et adiutores et defensores eis esse debeamus. Haec autem omnia, ut supra legitur, obseruare et adimplere promittimus sine omni intermissione atque alio interposito capitulo. Si autem per quoduis (ingenium) predictum tributum uobis non dederimus omni anno in constituto tempore, et non obseruauerimus omnia, sicut superius legitur, tunc componere promittimus cum nostris haeredibus et prohaeredibus uobis et uestris successoribus auri obrizi libras quinque. Et haec promissio usque in perpetuum maneat in sua firmitate. Signum (†) manus Serenico, qui hoc fieri rogauit. Ego praesbyter Dabro manu mea scripsi. Signum (†) manus Petri Scamini, qui hoc fieri rogauit. Signum (†) Marini Stredrago, m(anu) s(ua). Signum (†) Resinico, s(ua) m(anu). (Signum † manus) Vecinto. Ego Vitalis episcopus de ciuitate Vegla testis subscripsi. Ego Marinus praesbyter testis subscripsi. Ego Johannes testis subscripsi.

Ego Andreas prior de ciuitate Veglensi. Ego Dominicus Frutanis Maydiati testis subscripsi.

Ego Marinus praesbyter et notarius scripsi et post[2] tradita compleui et roboraui.

Farlati: Illyr. sacr. V, 639; sed unde has tabulas descripserat, non adducit. Cod. dipl. CSD. I, 100.

Documentum hocce suppositum atque ad normam praecedentium (nr. 24—26) confectum esse liquet vel ex eo, quod incolae loci „Cha-Fisole", in venetico stagno atque in Venetiarum territorio iacentis, rationem non habuerint promittendi una cum Arbensibus, Veglensibus et Absarensibus, qui pridie Chroatorum subditi erant, Venetiarum duci sive fidem sive tributum.

[1] Cf. Goden, Godeč, Godomir. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 73.
[2] per.

28.

Circa a. 1020. Spalati.

„Breve donationis" Petri diaconi monasterio s. Stephani in promontorio Spalati.

Nel nome di nostro Signor Gesù Christo. Io Pietro diacono facio breve (di) donatione nel monasterio di san Stefano protomartire, nel quale piacendo a dio m'offero di servire al Signore; però per inspiratione di Dio (et) permissione di mia moglie, la madre et il reverendissimo mio fratello don Martino così consigliadomi, sono entrato nel predetto monasterio, nel quale non doppo molto tempo oppresso da grave infermità fui, come desideravo, consegrato dal venerabile don Orso abbate, alla cui presenza et di tutti li frati ho fatto la presente donatione. Prima lascio che della mia portione faccino un calice d'argento con la patena per il culto divino. Et similmente gli lascio la terra alla valle, la

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Petrus diaconus facio breue donationis in monasterio sancti Stephani protomartiris, in quo, deo sic uolente, offero me domini seruicio; nam dei inspiratione et permissione uxoris mee, de consilio uero matris et fratris mei reuerendissimi domni Martini, predictum monasterium intraui, in quo non post multum tempus, graui infirmitate oppressus, uti desiderabam, consecratus fui a uenerabili abbate domno Ursone, in cuius et omnium fratrum presentia feci presentem donationem. Primum ordino, ut e portione mea faciant calicem argenteum cum patena ad cultum diuinum. Et similiter relinquo ei terram in ualle, quam mihi mater mea pro clericali ordine donauit. Cetera

quale mì donò mia madre per l'ordine clericale. Gli altri ueramente miei beni che sono, così mobili come stabili, lascio a mio figliolo se sopraviverà, ma se piacerà a Dio che l'muora, tutto vadi al monasterio. Et se alcuno s'opponerà a questa donatione, che a Dio non piaccia, caschi nell'ira di Dio · et nella maleditione dei cccxviii santi padri et santi apostoli, e vadi con Giuda traditore all'inferno. Furono fatte queste cose nel tempo di Paulo arcivescovo et Nicodemo priore; alla presenza di questi testimoni: don Ursone abbate et Giovanni Ta(l)ina[1] et don Pietro Malica[2] et don Fuscone, Ursone Tortori (?) e di tutta la congregazione, et prete don Stefano et Perna[3] diacono et Theodoro prete et Ursone diacono et Grando[4] figliuolo.

Et io Stefano monaco et prete ho scritto e fui testimonio.

bona, que vere sunt mea, tam mobilia quam immobilia, relinquo filio meo, si superstes mihi fuerit; quod si, deo uolente, mortuus fuerit, omnia sint monasterii. Si quis autem huic donationi se opposuerit, quod deus avertat, incurrat iram dei et maledictionem ccc et xviii sanctorum patrum ac apostolorum sanctorum, et cum Juda traditore vadat in infernum. Facta sunt hec tempore Pauli archiepiscopi et Nicodemi prioris, in presentia horum testium: domni Ursonis abbatis et Johannis Ta(l)ina[1] et domni Petri Malica[2] et domni Fusconis, Ursonis Tortori (?) et uniuerse congregationis, et presbiteri domni Stephani et Perne[3] diaconi et Theodori presbiteri et Ursonis diaconi et filii Grando.[4]

Et ego Stephanus monachus et presbiter scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum (Scritture del Monastero di s. Stefano di Spalato). Cod. num. LI, Class. V msc. ital. bibliothecae s. Marci Venetiis. Transsumptum in biblioth. academ. Zagrab. nr. CCXVII, fol. 13. Farlati III, 118 et Cod. dipl. CSD. I, 105 habent tantum lat. textum et quidem mancum.

Documentum hocce ad annum circiter 1020 referimus, scriptum quippe fuerat „tempore Pauli archiepiscopi", qui teste archidiacono Thoma (Historia salon. c. XIV), a. 1015—30 in cathedra s. Domnii sedebat; nullumque alium eo tempore episcopum nomine Martinum, qui frater esset diaconi Petri, in Dalmatia reperimus praeter absarensem (v. nr. 26). Quodsi Martinus hicce, ut Farlati putat, fuisset archiepiscopus ille, qui anno. M. ecclesiae spalatensi praefuerat (v. nr. 22), eotum etiam instrumentum nostrum ad hos circiter annos referendum esset.

[1] Talin. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 393. [2] Macica. V. Malica ibid. nr. 213. item in alio acto nr. 35. [3] Ferna. Cf. ibid. nr. 281. Perun. [4] Cf. „Gronda, filius Prestancii". Cod dipl. CSD. II, 22.

29.

Anno 1029. In loco Obrovizo.

„Cartula recordationis“ data monasterio s. Chrysogoni Jaderae a Heleniza, sorore Godemiri bani, de territorio in Obrovizo.

In nomine sanctę et unicę trinitatis. Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi[1] MXXVIIII, indiccione XII, regnante domino Romano piissimo et potentissimo augusto, cathedram uero episcopalem presidente Andrea uenerabili episcopo in Jadera ciuitate. Ego Heleniza, soror Godemiri bani, cartulam hanc recordacionis de quadam mea oblacione, quam offere cupio in cenobio beati Chrisogoni martiris, iubeo fieri. Habeo enim territorium dimissum michi a matre mea in loco, qui dicitur Obrouizo,[2] ubi et construxi ecclesiam ad honorem supra dicti beati Christi[3] martiris Chrisogoni, iuxta ecclesiam, quę ibidem sita est in honore beati Petri apostoli. Et sicut olim commendaueram spirituali patri, scilicet Traso abbati, ita eciam ex nunc, in infirmitate posita quamuis, sana tamen mente, per manum spiritalis prefati patris mei offero me ipsam beato prenotato Christi martiri; offero eidem eciam mecum, quam ibidem construxi, ecclesiam; offero quidem cuncta, quę in eodem loco mea sunt, territoria; offero eciam gregem ouium cum pastore nomine Uilcona, duo paria boum cum duobus seruulis ad opus fratrum, qui ipsa colerent territoria. Hęc et alia de mea possessiuncula offero in prefato cęnobio pro remedio animę meę, ad opus uidelicet fratrum ac dominorum meorum ibidem[4] in Christi seruicio manencium. Si quis uero hanc meam oblacionem a loco, in quo hęc oblata sunt, subtrahere temptauerit, iram omnipotentis dei incurrat, et malediccionem ccc-torum x et octo sanctorum patrum habeat, et cum Juda Christi traditore in inferno muneretur. Acta sunt hęc[5] in loco predicto Obrouizo coram nonnullis testibus: Andreas iaderensis episcopus testis. Trasus abbas cenobii prefati testis, cum suis fratribus. Bolemir, iupanus nonensis, testis. Radoniza testis. Ueljaco, testis. Stephanizo, testis Desinna, iupanus, testis. Zouinna, centurio, testis. Et nonnulli nonensium testes.

Ego Trasus, predicti cęnobii beati Christi martiris Chrisogoni abbas, iussione supranominatę spiritalis filię meę Helenizę, huius cartulę auctor et cum fratribus meis testis sum. Amen.

Autographum membr. vel apographum éiusdem saeculi lit. longob. in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: acta monasterii s. Chrysogoni, cassa XVIII. nr. 453.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II. c. 8. ed. cit. p. 81 item lib. VI. c. 3. p. 279, et Farlati: Illyr. sacr. V, 42 mentionem tantum faciunt. Cod. dipl. CSD. I, 106.

[1] ihu xpi. [2] i. e. Obrovic, obrov = fovea. cf. Obrovac. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 383. [3] xpi. [4] „ibidem" supra lineam adscriptum. [5] „hęc" supra lineam adscriptum.

30.

A. 1030. Spalati.

Testamentum Pauli archiepiscopi spalatensis, quo priori Praestancio ecclesiam s. Mariae de Paludo cum terris donat.

Nel nome di Christo. L'anno della sua incarnazione millesimo xxx,[1] indictione (x)III,[2] resedendo nella sede del beato Doimo don Paolo arcivescovo et essendo primate don Prestanzio, suo padre. Io sopra detto arcivescovo, benchè infermo del corpo, sano però di mente e spirito, ritrovandomi in letto aggravato d'anni, et non havendo facultà o denari non si è ritrovato chi avesse cura di me se non Prestanzio priore; che però per mia spontanea volontà m'è parso di donargli la chiesa, la quale ho edificato ad honore di santa Maria de Paludo, e tutto quell'orto con tutti i pomi; et un altra pezza di terra dal Paludo, et la terra del monticello et la terra da Laureto et la terra da Panisano[3] et la terra dal Bello et la terra da santa Maria de Mesabra et da Calbarola et dalla Toretta[4] et dall'Adrina.[5] Et se alcuno de miei parenti dopo la mia morte vorrà contrafare e tagliare questa mia deliberazione,

In nomine Christi. Anno eiusdem incarnationis millesimo xxx, indictione (x)III, residente in sede beati Domnii domno Paulo archiepiscopo et priore domno Prestantio, eiusdem patre. Ego supra dictus archiepiscopus, infirmus quidem corpore, sanus tamen mente et spiritu, cum lecto affixus essem annis aggrauatus et non habendo facultates aut pecunias ita ut nemo inueniretur, qui mei curam susciperet preter Prestantium priorem: quare uisum mihi est, ut illi donarem ecclesiam, quam ad honorem sancte Marie de Paludo edificaui, hortum quoque illum cum omnibus arboribus pomiferis, et aliam particulam terre de Paludo, et terram in monticello, et terram de Laureto et terram de Panisano[3] et terram de Bello et terram ad sanctam Mariam de Mesabra et de Calbarola et de Torretta[4] et Adrina.[5] Si quis autem e consanguineis meis post obitum meum hanc donationem nostram

incorrerà nell' ira dell' onnipotente Dio e la biastemina dei CCCXVIII santi padri, et andrà all' inferno da Giuda traditor del Signore.. Testimoni a ciò furono: Domenico giudicator, Dabro prete, Giovanni Succo, Dabro Graualana, Fusco Grizina,[6] diacono Farisano.

Io Stefano diacono ho scritto. Doimo Caputa(c) testimonio.

corrumpere uel abrogare attemptauerit, incurret iram dei omnipotentis et maledictionem CCCXVIII sanctorum patrum, et ibit in infernum ad Judam traditorem domini. Huic interfuerunt testes: Dominicus iudex, Dabro presbiter, Johannes Succo, Dabro Grauolana, Fuscus Griçina,[6] diaconus Farisano.

Ego Stephanus diaconus scripsi. Duimus Caputa(c) testis (adfui).

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum (v. nr. 28) p. 13. Farlati III, 117 et Cod. dipl. CSD. I. 102 textum tantum latinum ediderunt.

Nos testamentum hocce ad a. 1030, utpote paulo ante mortem archiepiscopi Pauli (Thomae archid. hist. salon. c. 14), referimus annique numeros male descriptos, in indictione vero X excidisse putamus. Quare documentum istud illo sub nro. 28 adducto posterius esse, Nicodemumque ibi nominatum ante Praestantium prioratum Spalati gessisse censemus. In nostro praeterea documento adducuntur Dabro praesbyter, Fuscus Gricine et Duimus Caputac, qui aeque in alio anni 1040 (v. nr. 36) nominantur, quo etiam confirmatur, illud primum non multum ante hoc alterum scriptum fuisse.

[1] MSC. habet 1002. [2] ind. 3. [3] etiam „Pansano". V. docum. a. 1216. registr. s. Stephani. MSC. p. 31. [4] Torezza. [5] Cf. Adrianici Sclaui; „Plasco Adrianico". Cod. dipl. CSD. II, 96. 104. [6] Cf. Grъčin, Grečin. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 92.

31.

Circa a. 1032.

Praestantius, spalatensis prior, tradit suo filio Črne ecclesiam sanctae Mariae in Paludo.

Io Prestanzio priore facio nota della chiesa di santa Maria, come la ho data a mio figliolo Zirno;[1] acciò serva in quella, come deve servire alla chiesa, acciò sia bene officiata; e doppo la sua morte la dia a chi debba servire in quella. Testimoni: l' abbate di san

Ego Prestantius prior breue recordationis facio de ecclesia sancte Marie, quomodo dedi eam filio meo Zirno,[1] ut obseruet in illa, quemadmodum in ecclesia seruire oportet ut cultus diuinus rite peragatur; post mortem uero suam relinquat illam alteri, qu

Stephano . . . . mia sorella don Anna, Dabriza[2] mia consobrina.	in eadem seruiat. Testes: . . . . abbas sancti Stephani, soror mea Domnanna, Dabriza[2] mea consobrina.

Ex eodem registr s. Stephani p. 13. Farlati III, 117. Cod. dipl. CSD. I, 162.

Annus, quo circiter „nota" haec scripta fuit, deducitur e documentis sub nro. 30 et 36 editis, e quorum altero patet. anno 1040. Nikiforum prioratus spalatensis munus iam gessisse. Haec itaque nota intra a. 1030 et 1040 edita fuit.

[1] Zirno i. e. Cьrno (Črъno) Cf. Crna, Crne, Crnoje. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 446. [2] Cf. Dobrica. ibid. nr. 114.

32.

Anno 1033, 5 Julii.

Trasii abbatis s. Chrysogoni charta permutationis de domo Jaderae cum filiis Constantini.

† In Christi[1] nomine. Anno ab incarnacione domini millesimo tricesimo ııȷ, indictione ıııȷ,[2] mense iulius die v. Regnante piissimo ac perpetuo augusto Romano, ciuitati Jadere regente cathedra pontificatus domino Andrea uenerabili episcopus; nec non et ibidem prior dominus Gregorius et proconsul. Nos denique Trasius abbas, deo auctore et sacra scriptura perscrutando, bona etenim nostram uoluntatem et pro firmam stabilitatem hoc testamentum fecimus de ipsa domum, que habuerunt ipsi filii Constantini cum omni pertinencia sua non longe ab ipso monasterio beati Chrisogoni martiris. Dederunt nobis ipsa domo, et pro ipsa domo dedimus aliam domus, quę fuit Saniueni, cum pertinencia sua et quattuordeci solidi setirici ex auro mundo. Per iussione domini Gregorii priori et proconsuli de ipsa ciuitate Jadere, et per manu Martini tragurini, missus ab ipso priore domino Gregorio, prior et proconsul, seu et a nobis, et cum aliis bonis hominibus in ciuitate traguriensis; et ibi confirmauerunt cum notarius et cum aliis bonis hominibus; ut si aliquando tempore mutare uel remouere uoluerint, centum solidi componant, et taceant per inuitis. Nam de ista conueniencia, qui fuit, sicut supradictum, est Martinus de ciuitate Jadera, filius Maurencii, iudicator, una cum Johannes tragurino, filius Piruo,[3] presbiter; quorum illorum noticia testium: Andree filius testis et tribunus Uitali testis; tribunus Drago testis; archi-

diaconus testis; Draze tribunus testis; Drunuzanni, Paruacca[4] filio, testis.

Et ego Maius, diaconus atque notarius, rogatus ab ipso Martinus iudicator hec pagina scribere procuraui, et post traditam feliciter compleui. Amen.

Charta membr. literis longob. uti videtur saec. XI quondam in monasterio s. Chrysogoni, nunc in veteri archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: acta monasterii s. Chrysogoni caps. IX nr. 120.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, cap. 9. p. 82 initium, Farlati III, 42 argumentum tantum adducit. Cod. dipl. CSD. I, 107.

[1] xpi. [2] a. 1033 fuit indictio I. Imperante Romano III a 12 nov. 1028 usque ad. 11 aprilis 1034 (Muralt: Essai de Chronographie byzantine. I, 603—10) indictio IV neque occurrit. [3] i. e. Pirvo, Pьrvo alias Prъvo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 306. [4] Cf. Prъvančo, Prъvênьc, Prъvunjka. ibid.

33.

Initio anni 1034, Jaderae.

Donatio Savinae monasterio s. Chrysogoni Jaderae.

In nomine domini dei ęterni Anno ab incarnatione eiusdem millesimo xxx°iiii. Regnante piissimo imperatore Romano; in ciuitate autem Jadera presidente domino Andrea episcopo; prioratus autem eiusdem ciuitatis regente Gregorio decentessimo uiro. Qualiter ego Sauina, uxor Gimmai, cogitaui diuina inspirante clementia meo animo pro remedium animę meę octaua pars de domus, quę uisa sum habere et que me tangere uidetur, in monasterio sancti Grisogoni offerre pro animę meę remedio,[1] quatinus ea pars, uidelicet octaua, monasterium possideat in perpetuum; et ab eodem rectore, qui in eodem monasterio in die obitus mei uisus fuerit fore,[2] infelici corpori meo sepulturam tribuatur. Si quis autem post meum decessum in aliquo contrarius eiusdem octavę partiunculę esse uoluerit, habeat mecum una cum meis heredibus; habeatque maledictionem dei et sanctorum omnium; sitque cum apostata dampnatus in die aduentus domini. † Ego Andreas episcopus, testis. † Ego Gregorius prior, testis. Ego Prestantius tribunus testis. Ego Dabro tribunus, testis. Ego diaconus Petrus, testis.

Ego Anfredus presbiter scripsi et roboraui.

Membrana, uti videtur, originalis litt. lat. in regnicolari archivo Zagrabiae. Doc. II. Cod. dipl. CSD. I, 107.

Quum imp. Romanus III die 11 aprilis 1034 mortuus sit: litterae hae primis eiusdem anni mensibus editae sunt.

[1] r$^{e}_{o}$medio. [2] „fore“ modice supra lineam.

34.

A. 1036, 13 februarii. Jaderae.

Charta „securitatis“ civium iadertinorum de horto ante ecclesiam s. Thomae monasterio s. Chrysogoni concesso.

☧ In nomine sanctissime et unice trinitatis. Ab incarnatione filii, qui est coaequalis patri, anno millesimo xxxvi. indictione iiii. mense februario die xiii. romani uero imperii dignitas gubernante sanctissimo Michahelo. Hęc securitas iussus sum exarare a prudentissimo Gregorio protospatario et stratico uniuersę Dalmatię. Nunc itaque, qualiter iam prędictus senior cum uenerabili Andrea episcopo uniuersisque magnatibus nec non et minimis eorum in episcopii domum sanctę Anastasię conuenerunt, fari incipiam. Extitit enim conuentus eorum huius rei. Qua inspirante sum(m)a diuinitas, ut famulatum dignum deo exhibeant, qui in sancti Chrisogoni cęnobio milita(n)t, et (quie)s[1] eorum, cum ad opus diuinum conueniunt, solida firmaque persistat, quod dominus Transo abbas reuerentissimus petiit, ei concedere magnificus quoque protospatarius et stratico, et uenerandus Andreas episcopus cum omnibus magnatibus studuerunt. Est namque ante ecclesiam sancti Thome apostoli hortus iuxta positus inchoatus et habens edificium; nosque cum consilio domini episcopi et uoluntate cunctorum ciuium nostrorum in monasterio sancti Chrisogoni, ut dominus petiuit Transo, deuotissime ei concedimus, ut sit in eius, quiue post eum futuris, potestatem faciendi quicquid illis uoluntas ministrauerit sua, cum consilio fratrum ibi degentium ad utillimam rem monasterii. Si quis autem hęc nostrę securitatis corruptor pręsumptuosus, suggerente iniquo, inuentus fuerit: persoluat iij. auri libras ad predictum cęnobium. Et hęc securitas firma permaneat et incorrupta. Gregorius prospatarius stratico, testis. Andreas episcopus, testis. Prestantius tribunus, testis. Dobro tribunus, testis. Cerneca tribunus, testis. Gregorius de ep̄o,[2] testis. Petrus de Belatta, testis. Basilius de Pola, testis.

Membrana, uti videtur, originalis, litt. lat. quondam in monasterio s. Chrysogoni, nunc in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: Acta s. Chrysogoni, caps. I. mass. B. nr. 2.

J.Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 9, p. 82 et Farlati V, 43 e notis Valerii a Ponte initium tantum adducunt. Cod. dipl. CSD. I, 110.

[1] Membrana hicce corrosa; legi potest: milita.t. et . . . . s. [2] Abbreviatura „ep̄o“ ordinarie „episcopo“ resolvitur.

35.

A. 1036. Jaderae.

Charta „securitatis" Sergii, filii Petri, data monasterio s. Chrysogoni de medietate suae domus eidem „per incambium" concessae.

† In nomine summę et indiuidue trinitatis. Millesimo xxxvi anno a Christi[1] incarnatione, indictione uero iiij. Michahel gloriosissimo imperante, in finibus uero Dalmatiarum honor prospatarii et stratico Gregorio uiro illustrissimo procurante; in sanctę Anastasie autem ecclesia episcopalem apicem Andreas uenerandus gerebat. Sub istorum temporibus ego Sergius filius Petri hanc securitatem scribere feci de medietate meę domus cum curte, pertinente per ad ea, ad monasterium sancti Chrisogoni. Pro qua medietate per incambium dedit michi et heredibus meis domnus Transus, uenerabilis abbas, domum de Malic, que est ad portum. Et ideo ego Sergius cunctis scientibus hanc securitatem concedo et trado ipsi domino abbati de medietate meę domus cum curte pertinente ad ea, ut sit in monasterio sancti Chrisogoni per cuncta secula seculorum. Si autem ego aut ullus heredum meorum uel aliqua quelibet persona hanc securitatem corrumpere temptauerit: componat x. libras auri. Et hec securitas firma permaneat. Gregorius prior et prospatarius testis. Andreas episcopus, testis.[2] Prestantius tribunus, testis. Dobro tribunus, testis. Cerneca tribunus, testis. Petrus de Belata, testis.

Ego Anffredus sacerdos et notarius scripsi et roboraui.

Originalis, uti videtur, membrana vel apographum eiusdem saeculi, lit. lat. quondam in monasterio s. Chrysogoni nunc in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: Acta s. Chrysogoni caps. IX, nr. 22.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 9. p. 82 initium tantum adducit. Cod. dipl. CSD. I, 110.

[1] xpc. [2] Nomen supra lineam adscriptum.

36.

A. 1040. Spalati.

„Breve recordationis" Nicephori, prioris spalatensis, de terris et possessionibus a se comparatis.

In nomine sanctę et indiuidue trinitatis. Anni quoque dominice incarnacionis millesimo xl. per indiccione prima.[1] Regnante domino nostro perpetuo hac piissimo augusto Michahelo magno imperatore, residente uidelicet Lampredius archiepiscopus una cum Nikiforo priore. Sub illorum namque temporibus ego Niciforus prior hęc breue recordacio iubeo conscribere de comparacione

domorum (et) territoriis. In primis comparaui ipsa parte de turro[2] et paratineas de Petrana Casilina per XIIII solidos per finem tenendi, donandi cui michi placuerit; quorum noticia testium; Fusci Gricine teste, Tiueri teste, diacono Sema[3] teste. Ideoque comparaui de Danielu partem illius de ipsa turro per XX solidos per finem, et a cognatu eius Zune presbiter, dedi illi casa asularu, qui comparaui de Zalaca, et dedit michi in scamparaccione per se per XX solidos: Gricine testis, diaconus Platumissa testis, Zuuerana testis, Petrana Traguri testis. Similiter comparaui quartam partem de ipsa turro de filia Toduru, Audocu uxore, Ueranizza[4] per XXX solidos per finem, in presencia horum testium: episcopus Lampredius, Dominicus iudicator testis, archidiaconus Fusco testis, Crebesoy testis, Kassanagu testis, Platumissa testis, Duimo Caputa testis, Zuuerana testis; et in presencia Ursana de Petrana Masitulo et Dominicus Pundrulo et Graulu fratres illius mulieri. Omnes hi testes et omnes illos inquisiuimus et per illorum iussione comparauimus. Ideoque comparaui partem illius biata de ipsa turro et de paratinea per VII solidos per finem: Zorgi Poludusa testis, Platumissa testis. In super comparaui partem de presbiter Carauia per VIII solidos: Platuchlebu testis, Petrana Tragurinus testis, Kassanagu testis. Attamen comparaui partem de ipsa turro de filia Bona Lampata de intus et foras per XII solidos per finem: Kassanagu testis, Zuuerana testis, Semma testis. In super emi partem de turro de uxor presbiteri, filio Sassu, de intus et foras per X et IIII solidos per finem; et hęc noticia testium: Fusci Grizzine testis, Duimu Grassa testis, Zuuerana testis. Ideoque comparaui partem de ipsa turro de mulier Cilda Lagana de intus et foras per finem finita per XII solidos in presencia Fusci Gricine testis, Kassanagu testis, Platumissa testis, Zuuerana testis. (Et ego) Dabrus scriptor, diaconus Domnio . . . . diaconus Dabro et presbiter Fusco sicut in sceda uetera scripta repperimus, ita scribere curauimus

Membrana saeculi, uti videtur, XII lit. longob. quondam in archivo monialium s. Benedicti (s. Raynerii) Spalati, nunc in archivo monialium s. Mariae Jaderae. Charta pluribus in locis corrosa; loca, quae modo legi non possunt, punctis signavimus.

Initium huius membranae adducit J. Lucius: Inscriptiones dalmaticae. Venetiis 1673. item Farlati III, 126. Cod. dipl. CSD. I, 111.

[1] Error sive scriptoris sive transscriptoris; nam a. 1040 fuit indictio VIII, indictio vero I toto Michaelis IV imperii tempore (1034—1041) non occurit. [2] terra? [3] Cf. Sêm-ko. Die Bild. der slav. Personennamen nr. 388. [4] i. e. Vêranica. Ibid. nr. 55.

37.

A. 1042.

Stephanus banus et imperialis protospatarius donat monasterio s. Chrysogoni Jaderae ecclesiam a se aedificatam cum suppelectili, tribus curtibus et aliis rebus.

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Stephanus banus fabricaui istam ecclesiam ad honorem sancti Nicolai confessoris Christi et sancti Petri apostoli et sancti Stephani pontificis et beati Dimitri martiris et magni Chrisogoni[1] martiris nec non et beate dei genitricis Marie atque omnium sanctorum Christi; cum coniuge mea Maria fabricaui eam sub temporibus domini Constantini monomaci. Ego denique S(tephanus) banus, imperialis protospatarius, compleui hec omnia[2] intra annum domini millesimum (XLII), indictione X, epacta autem XXVI. De propria mea facultate laboraui eam, et dedi in eam quindecim panno(s) de serico et una cortena de serico, quinque planetas de serico et quatuor paria de bracilo et quatuor manipulos, quatuor stolas, sex camisas, quatuor amictos, quatuor cigulos, unam cupam, unum cocleare, unam fistulam de argento, iconas quinque: unam de argento, tres cruces: unam de argento, filacteria quatuor: unum de auro et tria de argento, unam capsam et unum turibulum, et duos calices de argento, tres libros missales, unum passionario, tres omelie, smaragdum unum, duo antiphonaria, duo manicale, psalteria tria, imnaria duo, brebiarium unum, duo cerostata, unam sellam, unum pario de bracili, tria facistergia.[3] Dedi etiam unam curtem, que nominatur uitula,[4] cum ecclesia sancti Petri et cum sex seruos et quatuor ancillas, et alia curte, que uocatur noua sella, cum duodecim familie, et tercia curte, que dicitur batina[5] ues, cum octo familias. Dedi uiginti iumenta cum duos equos et triginta uaccas et CCCC pecora et triginta duos porcos. Posui tres campanas, que sunt appreciate unam libram de auro. Hec omnia, et cum ipsa ecclesia, trado in potestate domino meo patri spirituali Trasoni abbati, ut sit in perpetuum (in) cella sancti Chrisogoni, cuius sacratissima membra Jadere retinentur. Et si quis, quod absit, ausus fuerit subtrahere, ex meis uel extraneis, moriat(ur) de Ramato et habeat semen super terram, et persoluat auri libras XXX; insuper iratum habeat patrem et filium et spiritum sanctum et maledictionem CCCX eo octo patres et in nouissimo maranatha cum diabolo et eius tetris angelis ac Juda Scariothe in inferno muneretur. Et hec cartula, uolumus, ut in sua maneat firmitate.

Et ego Marco indignus episcopus chroatensis collaudo, confirmo, corroboro atque concedo.

Transsumptum quondam in archivo monasterii s. Chrysogoni Jaderae, quod, „quamvis mendosum", descripsit et edidit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 8. p. 80. Farlati V, 43. Cod. dipl. CSD. I, 111—112.

[1] Grisogoni. [2] Tali modo ordinanda et corrigenda esse puto confusa et disiecta transsumpti verba: „intrante anno domini millesimo octabo decimo, indictione XXII, incipiente anno X". Tria numerorum genera triplicem computandi rationem indicare videntur; usum vero epactarum in actis croaticis incognitum plane non fuisse, testantur litterae Petri Kresimiri et Stephani regum (nr. 55 et 124). Quod in apographo litteris designatum est, videlicet „octabo decimo", in originali procul dubio, prout plerumque fieri solet, numeris designatum fuit, nempe XLII, quod librarius L uti VI legens, reddidit XVIII pro XLII. apographi. Numerus XXII loco XXVI ad epactam (incipiente?) referendus est. „Intrante" mendum est librarii, quum Constantinus IX monomachus non „intrante a. MXLII" sed die 12 Junii imperator proclamatus sit. Quoniam literae fundationales Stephani bani gubernante s. Chrysogoni monasterium abbate Trasone, cuius memoria in tabulis quoque Jaderensibus anni 1036 (nr. 34) fit, editae sunt, secundum alias vero tabulas (nr. 38) aeque Jaderenses die 1 septembris a. 1044 iam alter abbas, Vitalis, eidem monasterio praefuerat, litteras bani Stephani inter 12 Junii 1042 et 1 Sept. 1044 omnino editas fuisse oportet. V. Rad jugoslav. akad. XXXVI, 156. [3] Apographum male habet „facinegia". [4] Transsumptum habet „infula", quod apertum librarii mendum est. Nos putamus in orig. membrana extitisse „uitula", prioresque tres litteras a librario erronee „inf. loco uit" redditas fuisse. Est vero nominis huius thema vit, a quo orta sunt locorum nomina: vitulin, vitalina (in Dalmacia) etc. nostrumque „vitula". Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 49. [5] „butina". V. ibid. nr. 6: Batin, Batići, Batinac, Batuša.

38.

A. 1044, die 1 septembris. Jaderae.

„Chartula" testamenti Dausetae, qua hortum suum iuxta monasterium s. Chrysogoni Jaderae eidem legat.

(Charta suspecta.)

† In Christi nomine et eiusdem incarnacionis anno millesimo quatricesimo quarto, indiccione tercia decima, sub die fere prima mensis septembris. Imperantibus piissimis et perpetuis augustis (Basilio et) Constantino imperatoribus, cathedra pontificali regente Petrus uenerabili episcopo et domino Andrea priori. Maturiori namque et salubri consilio a maioribus prouisum est, ut omnis omo ante dies mortis sue dispensare facultatulas, prius quam mortis periculo urgeat, cuiusque successus incertus, nesciat utrumque eam repentina inueniat mors

aut officia lingue priuata non queat, quod cupit, testari. Quamquam ego Dauseta[1] pecatrix sana mente integroque consilio cartula testamenti scribere rogauimus. Uolo namque et iubeo, ut ortus, qui est iuxta monasterium, cos emi ex meo proprio precio, fiat in potestate sancti Chrisogoni martiris pro redemcione anime mee ac de functi viri mei, ut ipse abbas Vitalus, in cuius manus ortum tradidimus, cum sua congregacione orent omnipotenti deo pro redempcione anime nostre. Quicumque uero nostra dimissione contra ire uoluerit, iratum abeat trinum et unum deum; et malediccione a tricenti decem et octo sancti patres, et in inferno cum diabolo et angeli eius ac Judas Scariothen muneretur. Actum tempore, die et loco ac consulibis[2] ut supra dictum est. Iis palam testibus: Signum (†) manus tribunus Paulus testis. Maius comerzari testis.[3] Petrus leuita testis. Martinus leuita testis. Johannes testis.
Ego Crisana[4] diaconus rogatus scripsit et compleui. Amen.

Membrana saec. XI lit. longob. in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni. caps. I, masso B. nr. 3.

Farlati V, 43 argumentum acti tantum adducit. Cod. dipl. I, 114.

Charta suspecta ex inscriptione: „imperantibus piissimis et perpetuis augustis Constantino imperatoribus", ubi nomen alterum desideratur. Id vero annuere videtur, librarium prae manibus habuisse testamentum Andreae prioris (nr. 17) et „cartulam traditionis" Maii prioris (nr. 17), quorum actorum prius in exordio etiam imitatus est, nomenque imperatoris „Basilii" lapsu oculi ommisisse.

[1] Forsitan loco „Duseta". Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 124. p. 14. [2] ācsuljibus. [3] Hicce in medio magna crux, qua nomina testium biarie dividuntur. [4] Križana. Miklošič. op. cit. nr. 179.

39.

A. 1056. Jaderae.

Breve „commemoracionis" de dono piscatorum iadertinorom concesso monasterio s. Chrysogoni.

1.

Anno dominice incarnacionis millesimo L sexto,[1] per indictionem nonam. Regnante domina Theodora gloriosa imperatrice, tempore Grubise prioris. Andreas uenerabilis iaderensis episcopus cum anxius quereret beati C(h)risogoni martiris corpus, quod misericors deus ad tuicionem Jaderensium olim concesserat, tandem in ecclesia et sub altare ipsius martiris illud inuenit. At cum audisset populus, quod beati martiris corpus esset inuentum: cucurrerunt ad eum

omnes uiri et mulieres, nobiles et ignobiles, laudantes et glorificantes deum; et ruentes proni in terra(m) unusquisque horum, quod ualebat, ante sacrum corpus offerebant. Affuerunt inter eos et piscatores, qui eciam gripatores nominantur, scilicet Supana,[2] Petulel,[3] Podboi[4] et college eorum ceteri, qui beato martiri sub iureiurando promiserunt, se suosque posteros unam porcionem sue piscacionis omni tempore esse daturos, adicientes et dicentes: ut qui hanc nostram offercionem aliquo tempore subtraere uoluerit, iratum habeat trinum et unum deum et beatum martirem, et potestate loci coactus persoluat martiri hanc porcionem inuitus. Que promissio a suis promissoribus usque nunc uoluntarie est peracta et erit, putamus, peragenda semper.

Transsumptum saec. XVI, quondam in monasterio s. Chrysogoni Jaderae, nunc in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni. Caps. I, mass. H. nr. 7.

Farlati V, 44. Cod. dipl. CSD. I, 116.

[1] Loco XL sexto, nam Theodora imperabat a 12 ianuarii 1055 usque ad 30 augusti 1056. Muralt op. cit. I, 642—3. [2] Forsitan Županъ. [3] Nomen compositum, cuius altera pars est: lel, lělja, prima vero videtur esse: petъ (патый). Cf. Petislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 215, 312. [4] Pod-boj. cf. Priboj. ibid. nr. 12.

2.

Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LVI,[1] indiccione nona. Regnante domina Theodora imperatrice, et cathedra ecclesie ciuitatis Jadere regente domino Andrea episcopo, sub tempore Grubisse[2] prioris et domini Gisi abbatis. Facimus recordacionem atque commemoracionem nos omnes monachi cum ciuibus Jaderensibus de porciuncula, quam omnes cripatores[3] huius ciuitatis dederunt pro salute anime sue in ecclesia beati C(h)risogoni martiris: unam talem partem, qualem unusquisque haberet; ut si quis contra hec, superbia tumidus erectaque ceruice, noluerit dare supra dictam porciunculam, iram dei et ecclesiasticam censuram se nouerit incurere. Nos hec recordamur et testificamus, quia quando beatissimus C(h)risogonus, auxiliante deo, reconditus est a nobis atque colocatus in sarcofago nouo, supra dictus Andreas episcopus fecit amonicionem atque sermonem in plebe: ut si quis aliquod beneficium ad promerendum anime sue remedium dare tali patrono et intercessori pro nobis ad deum uoluerit, utique cum magna caritate atque alacri corde deberet offerre; quia satis uituperabile esse uidetur, ille dicebat, ut in die tante festiuitatis sueque consecracionis ex hoc, quod nobis

dominus contulit, munusculum aliquod non daremus; quia quis quid pro amore suo et sancta eius festiuitate, quam modo nos in terris ueneramur, ei contulerit, sciat pro certo, quia magnam retribucionem apud iustum iudicem promerebit in die iudicii cum sanctis et electis suis in regno celorum. Cumque coram omni populo hec amonicio prolata esset, episcopus subiunxit et dixit: „Audite, fratres et filii, omnia monasteria libera debent habere iura sua; et sub nullius dominio uel subieccione atque oppressione malorum hominum debet dimittere episcopus, qui preest, nisi omnipotentis dei seruicio et beati Benedicti regula". Cumque intenti essent omnes ad huius amonicionis uerba, episcopus iterum dixit: „omnes (uos)[4] a maiori usque ad minorem scitis, quia sanctus Chrisogonus abuit unum beneficium ab antecessoribus nostris in ista ciuitate, id est ut omnes cripatores unam partem darent ei, qualem haberet[5] unusquisque eorum, qui piscarent. Propter quod ego, pro amore huius consecracionis beati martiris Chrisogoni, concedo et confirmo coram priore uestro Grubissa et coram uobismet ipsis, ut ipsam partem, quam supra diximus, sub nostris temporibus in posterum integram dent piscatores atque confertam beati Chrisogoni monasterio eiusque sancte congregationi. Unde eciam precipimus, ut ipsi, qui hoc beneficium dederint, si pro aliqua causa se subtraere uoluerint et non impleuerint uotum, quod promissum est, non permittantur ab illis, qui presunt, prevaricari, eo quod ipsi promte et uoluntarie delegatum esse dinoscitur. Et ut apercius uobis insinuem, quod homo deo dederit, retraere non debet, sancti euangelii textum requiramus, ubi Zacheus dixit ad dominum: domine, ecce dimidium bonorum meorum do pauperibus; et si quid aliquid defraudauero, reddo quadruplum. Unde et ego, quamuis indignus episcopus, precepta domini nostri Jesu Christi imitari precipio: ut si quis transgressus hoc fuerit, componat xii aureos; si autem tam fuerit improbus, quod stare in hoc contempserit, tam diu ab ecclesia separetur, quamdiu peniteat usque ad satisfaccionem congruam."

Transsumptum saec. XIII in regnicolari archivo Zagrabiae: Vet. doc. nr. III.

Utrumque exemplar tardius retractatum fuisse videtur.

Cod. dipl. CSD. I, 115.

[1] Apographum habet MXLVI. [2] Apographum habet: Gorbine. Legi quidem posset etiam „Gorbune" a гърбъ, гръбъ (Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 90); sed tabula prior, edita eadem cum hacce occasione, eiusdem iaderensis prioris nomen scribit „Grubisa", quod eo tempore in Dalmatia et Croatia frequens fuerat. Quam ob rem lectio „Gorbina" negligentiae librari

potius adscribenda est; nisi malueris dicere utrumque nomen (Gorbun et Gruban, Gorbuša et Grubeša. cf. ibid. nr. 94) ob similitudinem uni eidemque personae adtributum fuisse. [3] Potius „grippatores", grippa, grippus = navis genus. [4] omnis . . . [5] haberent.

40.

A. 1059, mense februario. Belgradi.

„Cartula absolutionis et libertatis" data a rege Petro Cresimiro monasterio s. Joannis evang. sito Belgradi.

(Charta interpolata.)

a.

† Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi[1] millesim ʟ mo vIIII°, indictione xª.[2] Regnante Cresimiro[3] rege Chroatorum et Dalmatiarum, mense februario. In ciuitate Belgrado.[4] Dragaslao[5] priore et Theodosio episcopo absolutionis et libertatis kartula facta est monasterio sancti Johannis euangeliste, nuper sito in eodem loco, presente Andrea abbate eiusque fratribus, ipso rege iubente hoc modo: Ego Cresimir rex tibi uenerabili abbati Andrę, tuisque fratribus, tuoque monasterii, quod mea iussione et solatio, immo magis uestro labore inchoatur et perficitur, tribuo et concedo ita, ut pręmisso ęcclesiastico iure nulli homini subiugemini, nisi deo summo, cui uestram militiam deuouistis; uesterque monasterii sit absolutus ab omni fiscali tributo, excepto quod gratia karitatis in sollempnitatem eiusdem ęcclesię episcopo loci ipsius agnus

b.

Priuilegium regis Cresimiri de libertate huius monasterii.[12]

In nomine sancte et iudiuidue trinitatis (Amen). Anno incarnationis Jesu Christi omnium dominantis millesimo quinquagesimo nono abeunte, indictione decima elabente, beatissimo papa Nicolao uniuersaliter mundo apostolicante, in orientis partibus, Constantinopoleos scilicet, Cumneno imperante, ac Belgradi Theodosio presulante, ibidemque Dragoslao priorante, mense quidem februario. Ego Cresimir[13] Stephani regis filius, diuina fauente clementia rex Dalmatie Chroatieque, Andream uirum religiosum, deo et hominibus dilectum, monendo, rogando ab insula, quę Zuri nuncupatur, aduocaui prefate urbis pontifice, priore, clero, ac populo uolente, cogente et collaudante. Quo aduocato suisque fratribus, hiis predictis presentibus episcopo, priore ac belgradinis ciuibus, in pręsentia etiam domini Mainardi reuerentissimi uiri et

*

unus et ampulla uini largiens tribuatur. Et his largitis non episcopo non priori uobis illicite ausu temerario liceat dominari. Et ne hęc nostrę diffinitionis paginula solubilis per labentia tempora uideatur: coram apocrisario sancte romane[6] ęcclesię uenerabili abbatę Mainardo, misso a Nicolao sanctissimo papa, roboramus perpetuo permanenda. Cui et ut iure perpetuo adhereat tradita a nobis insula, quę uocatur iuris[7], et curte in loco contiguo ciuitatis, quod Rogoua dicitur, cum omnibus possessionibus ipsius monasterii constantissime confirmamus. Si quis autem hanc iuxtam nostram diffinitionem temptauerit soluere: maiestatis iram incurrat superne et nostris sit legibus reus, aurea componens pondera centum. Et hęc nostrę diffinitionis cartula in sua firmitate permaneat. Goyzo[8] bano, testes. Boleslao tepizo,[9] testes. Piruanego,[10] iuppanno de Luca, testes. Episcopus Theodosius belgradensis, testes. Dragoslao prior, testes. Jurana iuppano de Sydraga, testes. Prior Drago, testes. Drago de Castriza, testes. Georgius uratario,[11] testes.

ecclesię romanę apochrisarij legati (missi) a supra dicto apostolico Nicolao, regali auctoritate, magnatumque meorum fauorabili uoluntate, scribi mandaui stabile priuilegium libertatis, tali usus eloquio: „Quia, deitatis opitulante gratia, tu abbas Andreas tuique fratres meis precibus optemperastis; ecclesiam, super qua uobis nuperne supplicaueram, edificastis et Christi coadiuuante misserericordia uestri laboris studio, mearumque rerum solatio ad effectum perduxistis, concedo, faueo, annuo tibi Andreę abbati, et tibi regulariter succedentibus, hanc auctoritatem et huius potentię libertatem: ut, preter debitam ecclesiasticę disciplinę reuerenciam, nulli mortalium potestati mundanę siue spirituali subiecti habeamini; sed usque adeo liberum sit et plenarie absolutum monasterium sancti[14] Johannis apostoli et euangelistę, ut neque tributum, neque uectigal fisco regali soluat; donaria sęcularia debita banis, iuppanis uel reliquis potentiolis prorsus nesciat. Ut autem hoc affirmatiue stabiliatur, illud in audientia et in adentia prelibatorum astantium regaliter auctoriço, dominaliter corroboro, potentialiter confirmo, ut ita diffinitum itaque determinatum habeatur, ne unquam alicui pręsumptuosi temeritate, uel sacrilego ausu profani cuiusuis corrumpatur, sed ut assignatum et descriptum est eternaliter fixum teneatur. Uolo etiam et affectuose concedo ac concessiue affirmo eadem regali auctoritate, ut tota insula Zuri sit propria et specialis pretaxati monasterii cum uniuersis illic consistentibus tam ex ipsa natura quam manuali positura, cum ter-

ris arabilibus siue non, siluis, saltibus, puteis, fontibus, pascuis in ualle aut montibus, pratis siccis aut uirentibus et loci eius locis omnibus. Quin et cella, quę in ea est tempore, in termino catholica fidelitate huic sublacteralis obice sine ullo efficiatur. Quia uero non inceptor operis dignus laude habetur, immo uoti compos et efficax pro meritis glorificatur, omnis enim laus in fine canitur et ibi necessario deuote orantium cessabit oratio, ubi spes aufugit humanę uitę si careat uitali suffragio: eadem regali auctoritate una cum Goyzone[15] bano meisque primatibus concedo, faueo, annuo tibi Andreę abbati, omnibus quoque beatissimi Johannis monasterium iuxta patrum instituta regentibus, Rogoua curtem, in condescensione collis proximi et imminentis Belgradinę ciuitati positam ab aquilone, cum omnibus suis pertinenciis.

De regalibus terris iuxta curtem Rogoua. Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo huic sacratissimo sancti Johannis monasterio eas similiter terras, cum hac eadem curte sibi continguas ab aquilonis latere, ab australi uero a loco arboris, quę p(h)agana[16] dicitur ad usque Blattam[17] et crucem in ea; et a termino Blatte ad usque puteum in Draçani,[18] et a loco Draçani per transuersum occidentis ad usque Strasiuiça,[19] et a Strasiuiça ortha linea per longum ad usque iterum p(h)agane arboris locum.

De terris regalibus in Dollani.[20] Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio terras in Dollani,[21] a Chrupina[22] loco incipientes, porrectasque ad usque Blattam; a uia quoque publica et a fontana protensas ad usque iterum Blattam eo, ubi duo fontes sunt.

De regali terra quam uillani coluerunt: Nosimir, Vitiço, Bil de Cucia, Jadareùs. Eadem auctoritate regali dono, concedo, annuo eidem monasterio eas terras, quas coluerunt, dum uixerunt, ad suum opus isti, uidelicet Nosimir[23] et Vitiço[24] et Bil[25] de Cucia[26] et Jadareus, in Chrastani[27] in loco qui dicitur Suchikham.[28]

De regali terra ad muros.[29] Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que ad muros dicitur.

De regali terra id Seruiça.[30] Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eas terras, que sunt in Seruiça,[31] incipientes a lacu, qui est ab oriente.

De regali terra in Bassano. Eadem auctoritate regali[32] dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que est in Bassano[33] iuxta maris littora illic ubi est quedam uetus ecclesia.

De regali terra in Sydraga.[34] Eadem regali auctoritate dono,

concedo, annuo eidem monasterio eas terras in Sydraga,[35] que (pro his terris donarunt fratres illi regi bonum equum[36] ualentem xx solidos) incipiunt a terris episcopatus chroatensis usque ad Lenam.[37]

De regali terra in Sichova. Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que est in Sichoua,[38] quam Belsçicho[39] ad suum opus coluit, dum uixit.

De terra in Nabrese.[40] Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que est in Nabrese,[41] ab aquilone a uia publica ad usque aliam uiam publicam sub ecclesia sancti Johannis in Sydraga,[42] ab australi uero latere ad usque uiam publicam, ac de parte occidentis ad usque terraneum terminum.

De uinea ad Muraçulum. Eadem regali auctoritati concedo eidem monasterio uineam ad Muraçulum.[43]

De regali terra in Elçani.[44] Eadem auctoritate regali[45] dono, concedo, annuo eam terram, que est in Elçani.[46]

Obtestatio pro corroboratione huius priuilegii. Si quis autem hęc regalia beneficia collata et regaliter auctoriçata monasterio sancti Johannis apostoli et euangelistę pro animabus meorum parentum tam preterritorum quam futurorum, mea quoque, nefario conatu uiolare aut minorare aut extrahere presumpserit: ira diuini furoris illi habundanter affluat, et sicut ille Judas proditor dispareat; insuper illorum tercentum decem et octo sanctorum patrum maledictionem habeat, lege christiana careat, regali fisco[47] Chroatię subiaceat, centum uidelicet auri pondera soluat ei, quicunque hoc in regno regnaverit. Ut autem sic auctoriçabile, ut dictum est, teneatur hoc legitimo astantium testimonio uerissimaque approbatione corroboratur, his omnibus presentibus collaudantibus et hec omnia dona pleniter confirmantibus: In primis domino Mainardo, supra dicto apochrisario, Laurentio archiepiscopo, Rainerio chroatino episcopo, Theodosio et Prestantio episcopis, Goyzone bano, Boleslauo tepizone,[48] Piruanego[49] iupano de Luca,[50] Dragoslauo priore, Jurana[51] iupano de Sydraga, Drago priore, Drago de Castriça, Dabrina[52] priore et Petro filio eius, Gregorio (filio) Petrana[53] armati, Druse[54] filio episcopi Prest(antii) et fratre suo Madio, Michaele et eius fratre Petro, Danico[55] et eius fratre Pesa[56] capellano eiusque filio Budiço,[57] Johanne eunucho scitonosa[58] et fratre suo postiuppo[59] Chruchonna[60] Drasen[61] postiuppo de Blatta, Sabathio et eius fratre cum pluribus aliis.

Diplomatis sub *a* adest orig. membrana in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae. fascic. VI. Transsumptum in registro s. Johannis ev. in

Rogova ad Belgradum: Policorion p. 45, cod. msc. membr. saec. XIV quondam monasterii ss. Cosmae et Damiani, nunc in eodem archivo Jaderae.

Hoc privilegium confirmavit Venetorum dux Ordilafus Faletrus. a. 1116. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. III, c. 4. p. 119. Monumenta spectantia historiam Slav. merid. Zagrabiae. III, 387.

Ex hoc registro descripsit et edidit hoc diploma J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 97. Farlati IV, 3. Cod. dipl. CSD. I, 120. Transsumptum cum autographo contuli in Rad XXXVI, 144. Adest etiam transsumptum in archivo veneto lib. pactorum vol. I, ch. 110. J. Šafarik: Monumenta historica serbica archivi veneti. Glasnik XV, 182.

Exemplaris sub *b*. adsunt in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae tria apographa: a) transsumptum in membrana[62] Stephani jaderensis notarii a. 1324. Abbazia di Rogovo fasc. III, nr. 129. b) transsumptum notarii Guidonis, filii mag. Jacobi de Bassis de Castro novo, a. 1325 die 15 febr. c) in registro: Polichorion. pag. 1—4.

Ex eodem registro descripsit et edidit Farlati IV, 2—3. Cod. dipl. CSD. I, 118—120.

Instrumentum sub *b*. e diplomate sub *a*. et aliis eiusdem monasterii donationalibus confectum esse, patet tam ex forma quam ex argumento eiusdem. Interpolator regis Cresimiri privilegiales quoad formam amplificavit, quoad rem vero alias eiusdem monasterii possessiones, quae in aliis quoque eiusdem registri actis adducuntur, ipsis addidit Simili ratione testium nomina, quorum nonnulla aliis subsequi temporis litteris subscripta reperiuntur, subnexuit; episcopo vero Prestantio, qui cum belgradensi Theodosio adducitur, nec vestigium eo tempore reperitur, iaderensis enim huius nominis praesul tempore prioris Maii (vide nr. 54), belgradensis vero primum ad a. 1075 commemoratur. Manifestum vero interpolationis indicium exhibent haec verba: „pro his terris donarunt fratres illi r e g i bonum equum, valentem XX solidos". Fusius de hac re disserui in Rad XXXVI, 159—162

[1] ihu xpi. [2] Loco „XII". [3] i. e. Krêsimir, Крѣсимиръ. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 183. [4] nunc in districtu iaderensi, locus ultra 700 incolas habens. Mašek: Repertorio p. 38. [5] i. e. Dragosla(u)o, Dragoslav. [6] Hic loci membrana corrosa est, inferiorque tantum vocis „apocrisario" pars, et alterius litterae „oma" legibiles sunt; ast utraque vox desuper altera manu adscripta est. [7] i. e. zuri, slav. Žir, Žirje, insula in districtu sibenicensi. [8] i. e. Goiizo, Gojico, Gojic. V. Miklošić op. cit. nr. 74: Gojić, Gojak, Gojica. [9] Daničić: Rječnik тепьчии, тепьчиıа [10] i. e. Pьrvanêg. [11] Miklošić: lexicon palaeoslov. вратарь ianitor. [12] Haec aliaeve rubricae adsunt tantum in MSC. Policorion. [13] Chresimyr. [14] sanctissimi. [15] guoizone. [16] pagana, fagus ital. faggio. [17] Blata. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 14. [18] i. e. Dračani. Cf.: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 84, 85. [19] Strašivica. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 299. [20] In margine cod. Polic. nota: „Hanc tenent templarij". [21] Dollani pro Doliani, Doljani. Miklošić: Die slav. Ortsnamen. nr. 83. [22] „chripino" pro chrupina, Krupina. Ibid. nr. 267. [23] „neimiuir" loco „nossimir". Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 255. [24] Vitić. ibid. nr. 39. [25]

„Bis“. Cf. Bil-za, Bьlša, Bel. ibid. nr. 27. [26] cucca, cucia, Kuća. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 204. [27] i. e. Hrastani. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 342. [28] suuiskhani, male pro suchikham, Suhi kam. Cf. Suvi brêg, Suhi dol etc. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 640. [29] In margine: „Hanc tenent templarii“. [30] In margine: Hanc tenet Miroslauus. [31] Servica, thema: сѣр- cf. сир- Sirouica, Sirnica. Miklošić: ibid. 576. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 274, 311. [32] regaliter. [33] Cf. Bašunje, pagus in Vinodol. [34] In margine: Hanc tenent templarij. [35] I. e. Sьdraga cf. nsl. Sodražava. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. I, 25 item nr. 85. [36] male „benedictionem“. V. nr. 48. [37] Forsitan Lьna cf. Lьništa in Serbia. Daničić: Rječnik a. h. v. Miklošić ibid. nr. 327. In Croatia item Lan-išće, Len-išće. Sabljar: Mjestopisni riečnik p. 219, 223. [38] Sikova, Sêkova: sêk. Miklošić. ibid. nr. 570. [39] Belščik. V. nr. 12. item Die Bildung der slav. Personennamen. p. 15. Bělik. [40] In margine: Hanc tenent templarij. [41] Nabreže, Nabrežje. [42] etiam Sidraga. [43] Cf. Mrzolj, pagus in Serbia in districtu Aleksinacensi. Murazul, Мѣразъль. [44] In margine: Hanc tenet Miroslauus. [45] regaliter. [46] Elčani, Jelčani. Cf. Jelьci: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 185. [47] male „typo“. [48] teuzone. [49] Priuanego, Pьrvanego. [50] lucha. [51] Jurainna. [52] Dabreina. Dobrina. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [53] Petrainna. [54] Cf. Drusec (Družec), Družoje ibid. nr. 120. [55] Daneico, Danico = Danьco, Danko. Ibid. nr. 102. [56] Pisa, vide nr. 133, 3. Peisa. Miklošić ibid. nr. 284: Peze = Peše, Pešan — thema: peh. Lege itaque: Peša. [57] Budьc, Budić. ibid. nr. 21. [58] „schytonossa“; ortographia recentior. [59] i. e. podiupo. [60] Cf. nr. 23. Chruch-ola. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 175. Krak-, Krok, Croconis castrum. [61] Dražin, Dražan. Miklošić ibid. nr. 118. [62] „Ego Stephanus Petri pictoris, imperiali auctoritate notarius Jaderensium iuratus, hoc exemplum priuilegii regalis de suo autentico fideliter exemplaui, nil addens uel minuens, quod sensum mutet uel uariet intellectum; et postmodum in presencia ipsius domini comitis et eius curie diligenter et fideliter cum ipso autentico auscultaui; et quia utrumque concordare inueni, de ipsius domini comitis et eius curie mandato ad eiusdem exempli plenariam fidem et testimonium me subscripsi et publicaui, meoque signo signaui. Currentibus annis incarnacionis Christi eiusdem millesimo trecentesimo uigesimo quarto, indictione septima, die uigesimo secundo mensis Julii, Jadere, temporibus equidem domini Johannis Superantii, incliti ducis Venetiarum, et domini Johannis de Butouan uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis“.

41.

A. 1059, ultimis mensibus. Arbe.

Litterae fundationales monasterii s. Petri in insula Arbe.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo LIX, indictione XIII.[1] Imperii moderante habenas domino Comneno, Croatie Dalmatieque regnum domino gubernante Petro. Diuina crescente religione plurimi Christianorum relinquentes seculum soli deo uixerunt;

alii uariis tormentis sua macerantes corpora spiritum exhalauerunt. Ex quorum numero non sumus licet, tamen de dei timore compuncti corde delictorum nostrorum reminiscentes reatum nos omnes accole Arbane ciuitatis ardenti dilectione et nimio unanimiter in insula nostra exoptamus fundare monasterium, portum uidelicet salutis animarum nostrarum. Igitur in principio ego episcopus Drago cum omni nostro clero et Maius prior cum omni populo predicte urbis, nobilibus et ignobilibus, maioribus minoribusque communi consensu: „ut in honorem domini nostri Jesu Christi et uere perfecteque trinitatis ac beate Marie genitricis dei semperque uirginis ac omnium sanctorum in nostra insula monasterium construas, tibi Fulconi abbati tuisque successoribus concedimus, stabilimus et perpetuo iure roboramus. Unam ecclesiam, que est hedificata in nomine beati Petri apostolorum principis, cum suis appenditiis per huiusmodi finem: primitus a capite macerie a monte usque ad riuum et descendendo per riuum usque ad mare et per mare ad molendinum et ascendendo per montis uerticem et eundo per illum montis uerticem usque in priora confinia, tibi Fulconi abbati et successoribus tuis perpetualiter impendimus. Aliam denique ecclesiam sancti Cypriani uocabulo conditam cum pertinenciis et appendiciis suis concedimus per huiusmodi finem: a uale obscura usque in uallem de Drasina,[1] alias tres partes mare circumdat, una cum marina omnibusque scopulis ad istud promontorium subiacentibus. Et ualles, que sunt aput sanctum Cyprianum, et alias, que sunt aput sanctum Petrum, hac conditione donamus, ut nullus sine uestre iussionis licentia eas piscari audeat; et quicunque cum uestra licentia piscaturus intrauerit, quartam partem piscium attribuat monasterio sancti Petri. Nunc autem nos Drago prescriptus episcopus de uoluntate totius nostri cleri et Maius prior et cunctus populus tibi Fulconi tuisque successoribus ita uobis concedimus, ut ubicunque de his duobus uenerandis locis complaceat uobis, domino cohoperante monasterium construatis uobis uestrisque successoribus, sicut sacra beatissimi Benedicti edocet regula. Integre illa ueneranda loca, ut superius constituimus, cum prefatis ecclesiis et omnibus inferioribus ac superioribus suis et cum uiis suis, ingrediendi et egrediendi, habendi, possidendi et omnem ordinem monasterialem ibi faciendi (facultatem) concedimus. Nullam namque reseruationem cuilibet parentum vel heredum aliquorum nostrorum facimus inde aut quamlibet portionem requirendi; sed eo modo constituimus et stabiliendo firmamus, ut si aliquo tempore uel nos uel aliquis nostrorum pa-

rentum seu extraneus uobis aut posteris uestris molestiam intulerit uolens inde aliquid ui auferre uel minuere, et non erimus uobis ab omnibus deffensores et adiutores, centum libras auri componamus in monasterio. Et hoc priuilegium et constitutio firma permaneat. Et si aliqua proterua causa contra hanc nostram constitutionem aduersus uos orta fuerit, iubemus ut coram episcopo et priore seu omni populo proclamationem semel faciatis; et si secunda uice nullam uobis emendationem inde fecerimus, licentiam liberam habetote discedendi a nobis et eundi ad regem; et sicut rex docuerit, ibi emendet. Hoc priuilegium tibi Fulconi et tuis successoribus taliter scribere iubemus".

Actum in urbe Arbensi.

Item supra dicta hereditas sancti Cypriani sit communis cum sancto Petro, affirmamus. Non a me solo episcopo uel a meis parentibus sed primo ab ipsa ecclesia et fratribus et omni clero omnique populo obtulimus deo omnipotenti. Ego Drago, immeritus omnium episcopus, cum omnibus nostris clericis confirmamus; et constituimus, ut quicumque homo, seu de nostra urbe uel alienus, aduersus hanc nostram constitutionem litigare temptauerit, anathematis uinculo perpetuo religetur, et omnipotentis dei omniumque prophetarum et duodecim apostolorum ac cccxviii sanctorum patrum incurrat maledictionem, et cum Juda proditore mancipetur in inferno, et illam terribilem ac horibilem uocem mereatur audire, quam Christus est dicturus iniquis: „ite maledicti;" et qui defensor et adiutor extiterit, suauissimam illam uocem mereatur audire cum iustis: „uenite benedicti". Ego Drago episcopus signum † feci. Ego Johannes archidiaconus signum † feci. Ego diaconus Georgius signum † feci. Ego Barba presbyter signum † feci. Ego Johannes archipresbyter signum † feci. Ego Lampredius prior signum † feci. Ego Maius prior signum † feci. Ego Martinus signum † feci. Ego Maius signum † feci. Ego Constantinus signum † feci. Ego Maius Gattus signum † feci. Ego Marinus signum † feci.

Apographa duo Arbe: unum in privilegiorum registro capituli ibidem, alterum a Petro Gozinić arbensi cancellario descriptum apud Joannem Gurato, qui utrumque communicavit cum Joanne Kukuljević: Cod. dipl. CSD. I, 121.

E sanctuarii arbensis ecclesiae exemplari descripsit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16, p. 103. Farlati V, 227—8.

[1] Apographa in designando tempore non concordant; transsumptum enim Lucii habuit a. MLXII et ind. XV. Nos putamus, librarium in describendo anno ommisisse I inter L et X, autographumve LIX habuisse, quod et cum

imperio Isaaci II Comneni, qui die 22 Novembris 1059 solio abdicavit, et cum indictione XIII, quae 1 septembris h. a. inchoavit, apprime convenit. Has itaque litteras a. 1059 post 1 sept. editas fuisse censemus. [2] Trasina, Trasinu, Trassina. Omnino Drasina, Dražina. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 85.

42.

Anno 1060.

Teuzo, apostolicae sedis apocrisarius, monasterio s. Chrysogoni Jaderae cellam s. Johannis in insula Silago adiudicat.

† In nomine dei ęterni. Futurę recordationis memorię litteris notificare satagimus, ut posteris pateat, quod si quis a ueritatis tramite exorbitare uoluerit, ipsa littera eundem arguat. Notum sit omnibus, quod Petrus uenerabilis abbas monasterii sancti Chrysogoni, astans ante conspectum domni Teuzonis,[1] apostolicę sedis apocrisarii, missi a domino Nicolao[2] romano pontifice, conquestus sit de quadam cella in honorem sancti Johannis fundata ac posita in insula, quę dicitur Silagus,[3] quam Grubina[4] optulit ecclesię sancti Chrisogoni, nunc autem instigante diabolo uult eam subtrahere cęnobio sancti Chrisogoni, ad quod prius deuota mente sua sponte contulerat. Tunc apocrisarius romanę sedis interogauit clericos et boni testimonii laicos: si res ita se haberet, quemadmodum abbas retulit; cuncti uero, qui aderant, uera assertione perhibent, abbatem uerum dixisse; et secundum predictam donationem Grubine sanctus Chrisogonus omni cum iustitia debet habere et in perpetuum possidere. Unde quia dominus apocrisarius per ministros dei, scilicet sacerdotes et clericos, et per ueridicos laicos cognouit, hoc fore uerum: protinus per uirgam, quam in manu sua tenebat, inuestiuit prefatum abbatem de ipsa ecclesia ac de omnibus rebus ad eam pertinentibus; tali uero modo, quod absit et auertat deus, si quis ex prefato monasterio ęcclesiam illam abstrahere uoluerit, maledictionem dei et sancti Petri, apostolorum principis, et nostram habeat, et cum Juda traditore domini nostri Jesu Christi[5] dampnetur, et cum diabolo et sociis eius in inferno concremetur. Hoc actum est in presentia Laurentii[6] apsarensis episcopi, a spalatinis et a cuncto consilio archiepiscopus electi,[7] et Reinerii nonensis episcopi ac Georgii[8] ueclensis[9] et Andree quondam episcopi, ac multorum bonorum hominum. Et tempore Nicolę[10] prioris et stratigo ciuitatis Jaderę, et indictione (decima) tertia.

Duo apographa in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: a) vetus,

litt. long. ut videtur, saeculi XII: acta s. Chrysogoni cassetta XVIII nr. 457. b) recentius mass. H. nr. 7, p. 5.

Farlati V, 45. Cod. dipl. CSD. I, 124.

Quum Nicolaus II, cuius legatus Teuzo fuerat, die 24 Januarii 1059 consecratus et 27 Julii 1061 mortuus sit (Jaffè: reg. pont. rom. p. 384—389), hocque tempore indic. XII—XV numerarentur: ad finem nostri apographi numerum X excidisse, adeoque indic. XIII legendum esse non dubito. Quum item altera ex parte Laurentius, nuper absarentis episcopus, „archiepiscopus electus" dicatur, hoc autem anno 1060 accidisse, etiam Thomas archidiaconus (Hist. salonit. c. XVI) testetur: id quoque cum indictione XIII apprime convenit.

[1] V. nr. 83. [2] Apographum b) habet: „Alexandro" loco „Nicolao". V. nr. 83. [3] Doc. a. scribit „Tilagus". „Insula Silagus" nunc „Silo" (Šilo) in districtu iaderensi. [4] Apograph. b) Gorbina. Cf. Gruba, Gruboje, Gruban, Grubc. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 94. [5] ihu xpi. [6] Nomen „Laurentii" ommittit exemplar a) [7] electus. [8] Apographum a) habet Sergii. [9] uechlensis. [10] Nikolę.

43.

Circa a. 1060.

Mojmir donat monasterio s. Joannis Belgradi partem sui alodii.

De territorio Moimir. Ego Moimir[1] pro eterna gloria dono totam partem alodii mei, uolente et consentiente et colaudante fratre meo Draselo,[2] quod incipit a ualle sanctorum Cosme et Damiani, usque ad territorium monacharum sancti Thome. Isti sunt testes, quorum nomina leguntur: Jurana iuppano de Sydraga, et Crucona[3] postsuppo, et Lisiçaio, et Vitodrago, et alijs quam plures.

Registrum membr. olim monasterii s. Johannis Belgradi: Policorion p. 14. in archivo c. r. loc. consilii Jadęrae.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 100. Cod. dipl. CSD. I, 159.

Jurana iupanus de Sidraga commemoratur in acto regis Cresimiri a. 1059. v. nr. 40.

[1] i. e. Mojmir. [2] Cf. Dražilo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 118. [3] Vide nr. 40, nota 60.

44.

Circa a. 1060.

Črne, filius Prestancii, prior spalatensis, monasterio s. Stephani prope Spalatum concedit ecclesiam s. Mariae de Paludo, quam a patre sua acceperat. (Vide nr. 31).

Nel nome di nostro Signor Gesù Christo. Io Zirno, al presente priore di Spalato, figliolo della bona memoria Prestanzio priore di Spalato. Essendosi degnato nostro Signor Dio di visitarmi, ho incominciato esser travagliato da indispositioni di corpo, et stimando vicino il fine della mia vita ho fatto chiamare mio figliolo don Dabrio abbate di san Stefano, quale essendo venuto con i suoi frati per visitarmi, anzi per esortarmi, incominciorno tutti parimente ad ammonirmi a pigliar l' habito della santa conversatione et fussi deputato suo fratello. Alle quali esortationi condescendendo ho tolto quell' habito, il quale prima havevo recusato di pigliare, ricercandolo le mie colpe; et ho havuto sommamente a caro d' esser inscritto nel numero dei servi e fratelli di san Stefano; et ivi ho pregato che sii sepolto il mio corpo. Concedo inoltre a questo nostro figliolo et abbate la chiesa di santa Maria de Paludo, che mi fù data da mio padre, et in quel modo che da esso mi fù consegnata, non in heredità de' parenti ma in possessione dei servi di Dio et del prenominato cenobio di san

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Zirno, nunc prior spalatensis, filius bone memorie Prestantii prioris spalatensis. Cum deus, dominus noster, dignaretur visitare me, cepi infirmitatibus corporis vexari, et finem vite mee uicinum esse putans aduocare feci filium meum domnum Dabronem abbatem sancti Stephani, qui cum uenisset cum suis monachis ut me inuiseret, immo ut me exhortaretur, omnes pariter admonere me ceperunt, ut sancte conuersationis habitum induerem et fierem eorundem frater. Quibus exhortationibus condescendens habitum illum sumpsi, quem antea suscipere recusaueram, exigentibus hoc peccatis meis; atque summum habui gaudium me inscriptum esse numero seruorum et fratrum sancti Stephani; et rogaui, ut ibi sepeliatur corpus meum. Porro concedo huic filio nostro et abbati ecclesiam sancte Marie de Paludo, que data fuit mihi a patre meo, eo quidem modo quo ab ipso tradita mihi fuit, non in consanguineorum hereditatem sed in possessionem seruorum dei et prenominati cenobii sancti Stephani. Hec facta sunt in presentia infrascriptorum

Stefano. Furono fatte queste cose alla presenza delli infrascritti testimoni: don Giovanni Ataima, don Pietro Coruo, don Benedetto Calmon.

Et io Theodoro prete ho scritto e fui testimonio.

testium: domni Johannis Ataima, domni Petri Corui, domni Benedicti Calmon.

Et ego Theodorus presbiter scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc in bibliotheca s. Marci Venetiis: Scritture del monasterio di s. Stephano di Spalato cod. num. LI class. V, msc. ital. Transsumptum recentius in bibliotheca scient. academiae Zagrab. nr. CCXVII. fol. 13—14.

Farlati: Illyr. sacr. III, 148. Cod. dipl. CSD. I, 122.

45.

Circa a. 1062. Nonae.

Cresimir rex territorium in Diculo, a proavo suo Cresimiro monasterio s. Chrysogoni Jaderae concessum, eidem confirmat.

Ego Cresimir, qui alio nomine uocitor Petrus, Chroatorum rex Dalmatinorumque, notifico omnibus, quod iustum uisum est michi, ut statuta parentum meorum antiquorum non cassarentur, maxime ea, quę ad salutem eorum pertinent animarum. Comperimus namque in gestis proaui nostri Cresimiri maioris, quod pro remedio animę suę tradidisse(t)[1] in monasterio sancti Chrisogoni territorium aliquod in fundo, qui dicitur Yculus,[2] a quercu, qui stat supra uallem rabiosam, usque ad stafilum, qui hac de causa situs est in treuio, quod est contra Sablata,[3] perpetuo possidendum. Quod tutum possessoribus suis mansit tempore ipsius, et filii eius Dirzislai,[4] et eorum potentibus banis Pribynę[5] et Godemiro,[6] et temporibus Suataslao[7] et fratrum eius Cresimir et Goyslao,[8] et filii eius Stephani, patris mei, fauentibus nobilibus banis, qui eorum fuere temporibus, hi sunt Guarda, Bosethech[9] et Stephanus Prasca. Unde nos sanccimus, eorum sancciones a nobis roboratas perpetuo permanere. Si quis autem post obitum nostrum ista uiolare temptauerit, supremi incurrat iudicis iram, et in orrendi examinis die sinistrum possidens locum audiat quę sinistris (m)inerentur. Actum est hoc in Nonense ciuitate his coram testibus: Boleslauo tepzi,[10] testis. Adamizo nonensis iupanus, testis. Uilkizo[11] iupanus de Luca, testis. Uolesa[12] dad, testis. Budiz[13] postelnic, testis. Johannes capellanus, testis. Zouiz uolar, testis. Dragona[14] scutobaiulus, Dadouit uinotoc, Grubona decanus, testes.

Et ego Adam monachus, Chroacię electus episcopus, iussu domini regis manu mea scripsi.

Diploma insertum „chirographo" Petri abbatis. Vide nr. 53. Editum esse post a. 1059 patet vel ex eo, quod hoc tempore iupanus Lucae Pirvanego fuerit; Vlkic autem tardius eidem successit. Cum autem anno 1066 Rainerius iam episcopus Chroatiae (v. nr. 51) fuisset, hoc autem diploma scriptum sit ab Adamo „Chroacię electo episcopo", editum illud fuisse ante a. 1066 oportet.

[1] „tradidisse", ultimum *t* vel abbreviationis signum negligentia librarii ommissum [2] Yculus, nunc Diklo in recinctu urbis Jaderae. [3] i. e. Zablata. [4] i. e. Dьrzislaui, Drъžislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 121. drъg — tenere, possidere, et slava. [5] Pribina. ibid. nr. 297. [6] Ibid nr. 73. [7] Svatoslav, Svetoslav, Svetislav. ibid. nr. 339. [8] Gojslav. ibid. nr. 74. [9] Božetêh. ibid. nr. 11. Bozetechus. [10] Daničić: rječnik ТЕШЬЧИН. [11] uakyzo loco uilkizo i. e. Vьlkьc. Miklošić op. cit. nr. 33. Cf. nr. 111. Vilcizo. [12] Voleša. Miklošić op. cit. nr. 45. [13] Bydiz. Cf. Budica. ibid. nr. 21. [14] Drugona, vide nr. 71. Ibid. nr. 118. Dragon, Dragonja.

46.

Anno 1064.

Litterae fundationales Traguriensium pro monasterio monialium s. Domnii in eadem civitate.

In nomine domini nostri saluatoris regis eterni. Anno dominice incarnationis millesimo LXIV, indictione II. Regnante domino nostro ac piissimo augusto Constantino Duce[1] et magno imperatore, ciuitatis uero traguriensis regente cathedram Johanne uenerabili episcopo rethorico,[2] una cum domno Dabrana inclito priore et cum fratre suo Andrea omnibusque nobilibus. Sub illorum namque temporibus hoc precepimus priuilegium conscribi nos omnes, uidelicet Staligato Georgius, Tridullo Dabro, Sepelato, Calafato nec non Vitaza,[3] et hoc spontanea nostra uoluntate, de hoc quod ipse iam dictus episcopus nos perplurimum rogauerat, ut ecclesiam, que nostra erat, scilicet domus beati Domnii, (in loco) ubi porta dominica uocatur, ibi monasterium ancillarum domini concederemus construere. Nos uero consulti omnes et quia noster rector ac protector permanserat, magisque pro remedio nostrarum animarum illum audiuimus, ibidemque domino annuente monasterium esse affirmauimus. Ubi et abbatissa non post longum temporis spatium, nomine Eufemia, introducta fuit ceteris cum sororibus. Post hec domine abbatisse similiter terras et uineas iudicauimus sueque potestati commisimus; insuper et litus iuxta eandem ecclesiam ad

concedo, annuo eidem monasterio eas terras in Sydraga,[35] que (pro his terris donarunt fratres illi regi bonum equum[36] ualentem xx solidos) incipiunt a terris episcopatus chroatensis usque ad Lenam.[37]

De regali terra in Sichova. Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que est in Sichoua,[38] quam Belsçicho[39] ad suum opus coluit, dum uixit.

De terra in Nabrese.[40] Eadem regali auctoritate dono, concedo, annuo eidem monasterio eam terram, que est in Nabrese,[41] ab aquilone a uia publica ad usque aliam uiam publicam sub ecclesia sancti Johannis in Sydraga,[42] ab australi uero latere ad usque uiam publicam, ac de parte occidentis ad usque terraneum terminum.

De uinea ad Muraçulum. Eadem regali auctoritati concedo eidem monasterio uineam ad Muraçulum.[43]

De regali terra in Elçani.[44] Eadem auctoritate regali[45] dono, concedo, annuo eam terram, que est in Elçani.[46]

Obtestatio pro corroboratione huius priuilegii. Si quis autem hęc regalia beneficia collata et regaliter auctoriçata monasterio sancti Johannis apostoli et euangelistę pro animabus meorum parentum tam preterritorum quam futurorum, mea quoque, nefario conatu uiolare aut minorare aut extrahere presumpserit: ira diuini furoris illi habundanter affluat, et sicut ille Judas proditor dispareat; insuper illorum tercentum decem et octo sanctorum patrum maledictionem habeat, lege christiana careat, regali fisco[47] Chroatię subiaceat, centum uidelicet auri pondera soluat ei, quicunque hoc in regno regnaverit. Ut autem sic auctoriçabile, ut dictum est, teneatur hoc legitimo astantium testimonio uerissimaque approbatione corroboratur, his omnibus presentibus collaudantibus et hec omnia dona pleniter confirmantibus: In primis domino Mainardo, supra dicto apochrisario, Laurentio archiepiscopo, Rainerio chroatino episcopo, Theodosio et Prestantio episcopis, Goyzone bano, Boleslauo tepizone,[48] Piruanego[49] iupano de Luca,[50] Dragoslauo priore, Jurana[51] iupano de Sydraga, Drago priore, Drago de Castriça, Dabrina[52] priore et Petro filio eius, Gregorio (filio) Petrana[53] armati, Druse[54] filio episcopi Prest(antii) et fratre suo Madio, Michaele et eius fratre Petro, Danico[55] et eius fratre Pesa[56] capellano eiusque filio Budiço,[57] Johanne eunucho scitonosa[58] et fratre suo postiuppo[59] Chruchonna[60] Drasen[61] postiuppo de Blatta, Sabathio et eius fratre cum pluribus aliis.

Diplomatis sub *a* adest orig. membrana in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae. fascic. VI. Transsumptum in registro s. Johannis ev. in

Rogova ad Belgradum: Policorion p. 45, cod. msc. membr. saec. XIV quondam monasterii ss. Cosmae et Damiani, nunc in eodem archivo Jaderae.

Hoc privilegium confirmavit Venetorum dux Ordilafus Faletrus. a. 1116. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. III, c. 4. p. 119. Monumenta spectantia historiam Slav. merid. Zagrabiae. III, 387.

Ex hoc registro descripsit et edidit hoc diploma J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 97. Farlati IV, 3. Cod. dipl. CSD. I, 120. Transsumptum cum autographo contuli in Rad XXXVI, 144. Adest etiam transsumptum in archivo veneto lib. pactorum vol. I, ch. 110. J. Šafarik: Monumenta historica serbica archivi veneti. Glasnik XV, 182.

Exemplaris sub *b*. adsunt in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae tria apographa: a) transsumptum in membrana[62] Stephani jaderensis notarii a. 1324. Abbazia di Rogovo fasc. III, nr. 129. b) transsumptum notarii Guidonis, filii mag. Jacobi de Bassis de Castro novo, a. 1325 die 15 febr. c) in registro: Polichorion. pag. 1—4.

Ex eodem registro descripsit et edidit Farlati IV, 2—3. Cod. dipl. CSD. I, 118—120.

Instrumentum sub *b*. e diplomate sub *a*. et aliis eiusdem monasterii donationalibus confectum esse, patet tam ex forma quam ex argumento eiusdem. Interpolator regis Cresimiri privilegiales quoad formam amplificavit, quoad rem vero alias eiusdem monasterii possessiones, quae in aliis quoque eiusdem registri actis adducuntur, ipsis addidit Simili ratione testium nomina, quorum nonnulla aliis subsequi temporis litteris subscripta reperiuntur, subnexuit; episcopo vero Prestantio, qui cum belgradensi Theodosio adducitur, nec vestigium eo tempore reperitur, iaderensis enim huius nominis praesul tempore prioris Maii (vide nr. 54), belgradensis vero primum ad a. 1075 commemoratur. Manifestum vero interpolationis indicium exhibent haec verba: „pro his terris donarunt fratres illi r e g i bonum equum, valentem XX solidos". Fusius de hac re disserui in Rad XXXVI, 159—162

[1] ihu xpi. [2] Loco „XII". [3] i. e. Krêsimir, Крѣсимиръ. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 183. [4] nunc in districtu iaderensi, locus ultra 700 incolas habens. Mašek: Repertorio p. 38. [5] i. e. Dragosla(u)o, Dragoslav. [6] Hic loci membrana corrosa est, inferiorque tantum vocis „apocrisario" pars, et alterius litterae „oma" legibiles sunt; ast utraque vox desuper altera manu adscripta est. [7] i. e. zuri, slav. Žir, Žirje, insula in districtu sibenicensi. [8] i. e. Goiizo, Gojico, Gojic. V. Miklošić op. cit. nr. 74: Gojić, Gojak, Gojica. [9] Daničić: Rječnik тепьчии, тепьчиꙗ [10] i. e. Pьrvanêg. [11] Miklošić: lexicon palaeoslov. вратарь ianitor. [12] Haec aliaeve rubricae adsunt tantum in MSC. Policorion. [13] Chresimyr. [14] sanctissimi. [15] guoizone. [16] pagana, fagus ital. faggio. [17] Blata. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 14. [18] i. e. Dračani. Cf.: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 84, 85. [19] Strašivica. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 299. [20] In margine cod. Polic. nota: „Hanc tenent templarij". [21] Dollani pro Doliani, Doljani. Miklošić: Die slav. Ortsnamen. nr. 83. [22] „chripino" pro chrupina, Krupina. Ibid. nr. 267. [23] „neimiuir" loco „nossimir". Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 255. [24] Vitić. ibid. nr. 39. [25]

„Bis". Cf. Bil-za, Bьlša, Bel. ibid. nr. 27. [26] cucca, cucia, Kuća. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 204. [27] i. e. Hrastani. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 342. [28] suuiskhani, male pro suchikham, Suhi kam. Cf. Suvi brĕg, Suhi dol etc. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 640. [29] In margine: „Hanc tenent templarii". [30] In margine: Hanc tenet Miroslauus. [31] Servica, thema: сѣр- cf. сир- Sirouica, Sirnica. Miklošić: ibid. 576. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 274, 311. [32] regaliter. [33] Cf. Bašunje, pagus in Vinodol. [34] In margine: Hanc tenent templarij. [35] I. e. Sьdraga cf. nsl. Sodražava. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. I, 25 item nr. 85. [36] male „benedictionem". V. nr. 48. [37] Forsitan Lьna cf. Lьništa in Serbia. Daničić: Rječnik a. h. v. Miklošić ibid. nr. 327. In Croatia item Lan-išće, Len-išće. Sabljar: Mjestopisni riečnik p. 219, 223. [38] Sikova, Sĕkova: sĕk. Miklošić. ibid. nr. 570. [39] Belščik. V. nr. 12. item Die Bildung der slav. Personennamen. p. 15. Bĕlik. [40] In margine: Hanc tenent templarij. [41] Nabreže, Nabrežje. [42] etiam Sidraga. [43] Cf. Mrzolj, pagus in Serbia in districtu Aleksinacensi. Murazul, Мързълъ. [44] In margine: Hanc tenet Miroslauus. [45] regaliter. [46] Elčani, Jelčani. Cf. Jelьci: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 185. [47] male „typo". [48] teuzone. [49] Priuanego, Pьrvanego. [50] lucha. [51] Jurainna. [52] Dabreina. Dobrina. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [53] Petrainna. [54] Cf. Drusec (Družec), Družoje ibid. nr. 120. [55] Daneico, Danico = Danьco, Danko. Ibid. nr. 102. [56] Pisa, vide nr. 133, 3. Peisa. Miklošić ibid. nr. 284: Peze = Peše, Pešan — thema: peh. Lege itaque: Peša. [57] Budьc, Budić. ibid. nr. 21. [58] „schytonossa"; ortographia recentior. [59] i. e. podiupo. [60] Cf. nr. 23. Chruch-ola. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 175. Krak-, Krok, Croconis castrum. [61] Dražin, Dražan. Miklošić ibid. nr. 118. [62] „Ego Stephanus Petri pictoris, imperiali auctoritate notarius Jaderensium iuratus, hoc exemplum priuilegii regalis de suo autentico fideliter exemplaui, nil addens uel minuens, quod sensum mutet uel uariet intellectum; et postmodum in presencia ipsius domini comitis et eius curie diligenter et fideliter cum ipso autentico auscultaui; et quia utrumque concordare inueni, de ipsius domini comitis et eius curie mandato ad eiusdem exempli plenariam fidem et testimonium me subscripsi et publicaui, meoque signo signaui. Currentibus annis incarnacionis Christi eiusdem millesimo trecentesimo uigesimo quarto, indictione septima, die uigesimo secundo mensis Julii, Jadere, temporibus equidem domini Johannis Superantii, incliti ducis Venetiarum, et domini Johannis de Butouan uenerabilis Jaderensis archiepiscopi, ac domini Marci Michaelis egregii comitis".

41.

A. 1059, ultimis mensibus. Arbe.

Litterae fundationales monasterii s. Petri in insula Arbe.

Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo LIX, indictione XIII.[1] Imperii moderante habenas domino Comneno, Croatie Dalmaticeque regnum domino gubernante Petro. Diuina crescente religione plurimi Christianorum relinquentes seculum soli deo uixerunt;

alii uariis tormentis sua macerantes corpora spiritum exhalauerunt. Ex quorum numero non sumus licet, tamen de dei timore compuncti corde delictorum nostrorum reminiscentes reatum nos omnes accole Arbane ciuitatis ardenti dilectione et nimio unanimiter in insula nostra exoptamus fundare monasterium, portum uidelicet salutis animarum nostrarum. Igitur in principio ego episcopus Drago cum omni nostro clero et Maius prior cum omni populo predicte urbis, nobilibus et ignobilibus, maioribus minoribusque communi consensu: „ut in honorem domini nostri Jesu Christi et uere perfecteque trinitatis ac beate Marie genitricis dei semperque uirginis ac omnium sanctorum in nostra insula monasterium construas, tibi Fulconi abbati tuisque successoribus concedimus, stabilimus et perpetuo iure roboramus. Unam ecclesiam, que est hedificata in nomine beati Petri apostolorum principis, cum suis appenditiis per huiusmodi finem: primitus a capite macerie a monte usque ad riuum et descendendo per riuum usque ad mare et per mare ad molendinum et ascendendo per montis uerticem et eundo per illum montis uerticem usque in priora confinia, tibi Fulconi abbati et successoribus tuis perpetualiter impendimus. Aliam denique ecclesiam sancti Cypriani uocabulo conditam cum pertinenciis et appendiciis suis concedimus per huiusmodi finem: a uale obscura usque in uallem de Drasina,[1] alias tres partes mare circumdat, una cum marina omnibusque scopulis ad istud promontorium subiacentibus. Et ualles, que sunt aput sanctum Cyprianum, et alias, que sunt aput sanctum Petrum, hac conditione donamus, ut nullus sine uestre iussionis licentia eas piscari audeat; et quicunque cum uestra licentia piscaturus intrauerit, quartam partem piscium attribuat monasterio sancti Petri. Nunc autem nos Drago prescriptus episcopus de uoluntate totius nostri cleri et Maius prior et cunctus populus tibi Fulconi tuisque successoribus ita uobis concedimus, ut ubicunque de his duobus uenerandis locis complaceat uobis, domino cohoperante monasterium construatis uobis uestrisque successoribus, sicut sacra beatissimi Benedicti edocet regula. Integre illa ueneranda loca, ut superius constituimus, cum prefatis ecclesiis et omnibus inferioribus ac superioribus suis et cum uiis suis, ingrediendi et egrediendi, habendi, possidendi et omnem ordinem monasterialem ibi faciendi (facultatem) concedimus. Nullam namque reseruationem cuilibet parentum vel heredum aliquorum nostrorum facimus inde aut quamlibet portionem requirendi; sed eo modo constituimus et stabiliendo firmamus, ut si aliquo tempore uel nos uel aliquis nostrorum pa-

rentum seu extraneus uobis aut posteris uestris molestiam intulerit uolens inde aliquid ui auferre uel minuere, et non erimus uobis ab omnibus deffensores et adiutores, centum libras auri componamus in monasterio. Et hoc priuilegium et constitutio firma permaneat. Et si aliqua proterua causa contra hanc nostram constitutionem aduersus uos orta fuerit, iubemus ut coram episcopo et priore seu omni populo proclamationem semel faciatis; et si secunda uice nullam uobis emendationem inde fecerimus, licentiam liberam habetote discedendi a nobis et eundi ad regem; et sicut rex docuerit, ibi emendet. Hoc priuilegium tibi Fulconi et tuis successoribus taliter scribere iubemus".

Actum in urbe Arbensi.

Item supra dicta hereditas sancti Cypriani sit communis cum sancto Petro, affirmamus. Non a me solo episcopo uel a meis parentibus sed primo ab ipsa ecclesia et fratribus et omni clero omnique populo obtulimus deo omnipotenti. Ego Drago, inmeritus omnium episcopus, cum omnibus nostris clericis confirmamus; et constituimus, ut quicumque homo, seu de nostra urbe uel alienus, aduersus hanc nostram constitutionem litigare temptauerit, anathematis uinculo perpetuo religetur, et omnipotentis dei omniumque prophetarum et duodecim apostolorum ac cccxviii sanctorum patrum incurrat maledictionem, et cum Juda proditore mancipetur in inferno, et illam terribilem ac horibilem uocem mereatur audire, quam Christus est dicturus iniquis: „ite maledicti;" et qui defensor et adiutor extiterit, suauissimam illam uocem mereatur audire cum iustis: „uenite benedicti". Ego Drago episcopus signum † feci. Ego Johannes archidiaconus signum † feci. Ego diaconus Georgius signum † feci. Ego Barba presbyter signum † feci. Ego Johannes archipresbyter signum † feci. Ego Lampredius prior signum † feci. Ego Maius prior signum † feci. Ego Martinus signum † feci. Ego Maius signum † feci. Ego Constantinus signum † feci. Ego Maius Gattus signum † feci. Ego Marinus signum † feci.

Apographa duo Arbe: unum in privilegiorum registro capituli ibidem, alterum a Petro Gozinić arbensi cancellario descriptum apud Joannem Gurato, qui utrumque communicavit cum Joanne Kukuljević: Cod. dipl. CSD. I, 121.

E sanctuarii arbensis ecclesiae exemplari descripsit J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16, p. 103. Farlati V, 227—8.

[1] Apographa in designando tempore non concordant; transsumptum enim Lucii habuit a. MLXII et ind. XV. Nos putamus, librarium in describendo anno ommisisse I inter L et X, autographumve LIX habuisse, quod et cum

imperio Isaaci II Comneni, qui die 22 Novembris 1059 solio abdicavit, et cum indictione XIII, quae 1 septembris h. a. inchoavit, apprime convenit. Has itaque litteras a. 1059 post 1 sept. editas fuisse censemus. [2] Trasina, Trasinu, Trassina. Omnino Drasina, Dražina. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 85.

42.

Anno 1060.

Teuzo, apostolicae sedis apocrisarius, monasterio s. Chrysogoni Jaderae cellam s. Johannis in insula Silago adiudicat.

† In nomine dei ęterni. Futurę recordationis memorię litteris notificare satagimus, ut posteris pateat, quod si quis a ueritatis tramite exorbitare uoluerit, ipsa littera eundem arguat. Notum sit omnibus, quod Petrus uenerabilis abbas monasterii sancti Chrysogoni, astans ante conspectum domni Teuzonis,[1] apostolicę sedis apocrisarii, missi a domino Nicolao[2] romano pontifice, conquestus sit de quadam cella in honorem sancti Johannis fundata ac posita in insula, quę dicitur Silagus,[3] quam Grubina[4] optulit ecclesię sancti Chrisogoni, nunc autem instigante diabolo uult eam subtrahere cęnobio sancti Chrisogoni, ad quod prius deuota mente sua sponte contulerat. Tunc apocrisarius romanę sedis interogauit clericos et boni testimonii laicos: si res ita se haberet, quemadmodum abbas retulit; cuncti uero, qui aderant, uera assertione perhibent, abbatem uerum dixisse; et secundum predictam donationem Grubine sanctus Chrisogonus omni cum iustitia debet habere et in perpetuum possidere. Unde quia dominus apocrisarius per ministros dei, scilicet sacerdotes et clericos, et per ueridicos laicos cognouit, hoc fore uerum: protinus per uirgam, quam in manu sua tenebat, inuestiuit prefatum abbatem de ipsa ecclesia ac de omnibus rebus ad eam pertinentibus; tali uero modo, quod absit et auertat deus, si quis ex prefato monasterio ęcclesiam illam abstrahere uoluerit, maledictionem dei et sancti Petri, apostolorum principis, et nostram habeat, et cum Juda traditore domini nostri Jesu Christi[5] dampnetur, et cum diabolo et sociis eius in inferno concremetur. Hoc actum est in presentia Laurentii[6] apsarensis episcopi, a spalatinis et a cuncto consilio archiepiscopus electi,[7] et Reinerii nonensis episcopi ac Georgii[8] ueclensis[9] et Andree quondam episcopi, ac multorum bonorum hominum. Et tempore Nicolę[10] prioris et stratigo ciuitatis Jaderę, et indictione (decima) tertia.

Duo apographa in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: a) vetus,

litt. long. ut videtur, saeculi XII: acta s. Chrysogoni cassetta XVIII nr. 457. b) recentius mass. H. nr. 7, p. 5.

Farlati V, 45. Cod. dipl. CSD. I, 124.

Quum Nicolaus II, cuius legatus Teuzo fuerat, die 24 Januarii 1059 consecratus et 27 Julii 1061 mortuus sit (Jaffè: reg. pont. rom. p. 384—389), hocque tempore indic. XII—XV numerarentur: ad finem nostri apographi numerum X excidisse, adeoque indic. XIII legendum esse non dubito. Quum item altera ex parte Laurentius, nuper absarentis episcopus, „archiepiscopus electus" dicatur, hoc autem anno 1060 accidisse, etiam Thomas archidiaconus (Hist. salonit. c. XVI) testetur: id quoque cum indictione XIII apprime convenit.

[1] V. nr. 83. [2] Apographum b) habet: „Alexandro" loco „Nicolao". V. nr. 83. [3] Doc. a. scribit „Tilagus". „Insula Silagus" nunc „Silo" (Šilo) in districtu iaderensi. [4] Apograph. b) Gorbina. Cf. Gruba, Gruboje, Gruban, Grube. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 94. [5] ihu xpi. [6] Nomen „Laurentii" ommittit exemplar a) [7] electus. [8] Apographum a) habet Sergii. [9] uechlensis. [10] Nikolę.

43.

Circa a. 1060.

Mojmir donat monasterio s. Joannis Belgradi partem sui alodii.

De territorio Moimir. Ego Moimir[1] pro eterna gloria dono totam partem alodii mei, uolente et consentiente et colaudante fratre meo Draselo,[2] quod incipit a ualle sanctorum Cosme et Damiani, usque ad territorium monacharum sancti Thome. Isti sunt testes, quorum nomina leguntur: Jurana iuppano de Sydraga, et Crucona[3] postsuppo, et Lisiçaio, et Vitodrago, et alijs quam plures.

Registrum membr. olim monasterii s. Johannis Belgradi: Policorion p. 14. in archivo c. r. loc. consilii Jadęrae.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 100. Cod. dipl. CSD. I, 159.

Jurana iupanus de Sidraga commemoratur in acto regis Cresimiri a. 1059. v. nr. 40.

[1] i. e. Mojmir. [2] Cf. Dražilo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 118. [3] Vide nr. 40, nota 60.

44.

Circa a. 1060.

Črne, filius Prestancii, prior spalatensis, monasterio s. Stephani prope Spalatum concedit ecclesiam s. Mariae de Paludo, quam a patre sua acceperat. (Vide nr. 31).

Nel nome di nostro Signor Gesù Christo. Io Zirno, al presente priore di Spalato, figliolo della bona memoria Prestanzio priore di Spalato. Essendosi degnato nostro Signor Dio di visitarmi, ho incominciato esser travagliato da indispositioni di corpo, et stimando vicino il fine della mia vita ho fatto chiamare mio figliolo don Dabrio abbate di san Stefano, quale essendo venuto con i suoi frati per visitarmi, anzi per esortarmi, incominciorno tutti parimente ad ammonirmi a pigliar l'habito della santa conversatione et fussi deputato suo fratello. Alle quali esortationi condescendendo ho tolto quell'habito, il quale prima havevo recusato di pigliare, ricercandolo le mie colpe; et ho havuto sommamente a caro d'esser inscritto nel numero dei servi e fratelli di san Stefano; et ivi ho pregato che sii sepolto il mio corpo. Concedo inoltre a questo nostro figliolo et abbate la chiesa di santa Maria de Paludo, che mi fù data da mio padre, et in quel modo che da esso mi fù consegnata, non in heredità de' parenti ma in possessione dei servi di Dio et del prenominato cenobio di san

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Zirno, nunc prior spalatensis, filius bone memorie Prestantii prioris spalatensis. Cum deus, dominus noster, dignaretur visitare me, cepi infirmitatibus corporis vexari, et finem vite mee uicinum esse putans aduocare feci filium meum domnum Dabronem abbatem sancti Stephani, qui cum uenisset cum suis monachis ut me inuiseret, immo ut me exhortaretur, omnes pariter admonere me ceperunt, ut sancte conuersationis habitum induerem et fierem eorundem frater. Quibus exhortationibus condescendens habitum illum sumpsi, quem antea suscipere recusaueram, exigentibus hoc peccatis meis; atque summum habui gaudium me inscriptum esse numero seruorum et fratrum sancti Stephani; et rogaui, ut ibi sepeliatur corpus meum. Porro concedo huic filio nostro et abbati ecclesiam sancte Marie de Paludo, que data fuit mihi a patre meo, eo quidem modo quo ab ipso tradita mihi fuit, non in consanguineorum hereditatem sed in possessionem seruorum dei et prenominati cenobii sancti Stephani. Hec facta sunt in presentia infrascriptorum

Stefano. Furono fatte queste cose alla presenza delli infrascritti testimoni: don Giovanni Ataima, don Pietro Coruo, don Benedetto Calmon.

Et io Theodoro prete ho scritto e fui testimonio.

testium: domni Johannis Ataima, domni Petri Corui, domni Benedicti Calmon.

Et ego Theodorus presbiter scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc in bibliotheca s. Marci Venetiis: Scritture del monasterio di s. Stephano di Spalato cod. num. LI class. V, msc. ital. Transsumptum recentius in bibliotheca scient. academiae Zagrab. nr. CCXVII. fol. 13—14.

Farlati: Illyr. sacr. III, 148. Cod. dipl. CSD. I, 122.

45.

Circa a. 1062. Nonae.

Cresimir rex territorium in Diculo, a proavo suo Cresimiro monasterio s. Chrysogoni Jaderae concessum, eidem confirmat.

Ego Cresimir, qui alio nomine uocitor Petrus, Chroatorum rex Dalmatinorumque, notifico omnibus, quod iustum uisum est michi, ut statuta parentum meorum antiquorum non cassarentur, maxime ea, quę ad salutem eorum pertinent animarum. Comperimus namque in gestis proaui nostri Cresimiri maioris, quod pro remedio animę suę tradidisse(t)[1] in monasterio sancti Chrisogoni territorium aliquod in fundo, qui dicitur Yculus,[2] a quercu, qui stat supra uallem rabiosam, usque ad stafilum, qui hac de causa situs est in treuio, quod est contra Sablata,[3] perpetuo possidendum. Quod tutum possessoribus suis mansit tempore ipsius, et filii eius Dirzislai,[4] et eorum potentibus banis Pribynę[5] et Godemiro,[6] et temporibus Suataslao[7] et fratrum eius Cresimir et Goyslao,[8] et filii eius Stephani, patris mei, fauentibus nobilibus banis, qui eorum fuere temporibus, hi sunt Guarda, Bosethech[9] et Stephanus Prasca. Unde nos sanccimus, eorum sancciones a nobis roboratas perpetuo permanere. Si quis autem post obitum nostrum ista uiolare temptauerit, supremi incurrat iudicis iram, et in orrendi examinis die sinistrum possidens locum audiat quę sinistris (m)inerentur. Actum est hoc in Nonense ciuitate his coram testibus: Boleslauo tepzi,[10] testis. Adamizo nonensis iupanus, testis. Uilkizo[11] iupanus de Luca, testis. Uolesa[12] dad, testis. Budiz[13] postelnic, testis. Johannes capellanus, testis. Zouiz uolar, testis. Dragona[14] scutobaiulus, Dadouit uinotoc, Grubona decanus, testes.

Et ego Adam monachus, Chroacię electus episcopus, iussu domini regis manu mea scripsi.

Diploma insertum „chirographo" Petri abbatis. Vide nr. 53. Editum esse post a. 1059 patet vel ex eo, quod hoc tempore iupanus Lucae Pirvanego fuerit; Vlkic autem tardius eidem successit. Cum autem anno 1066 Rainerius iam episcopus Chroatiae (v. nr. 51) fuisset, hoc autem diploma scriptum sit ab Adamo „Chroacię electo episcopo", editum illud fuisse ante a. 1066 oportet.

[1] „tradidisse", ultimum *t* vel abbreviationis signum negligentia librarii ommissum [2] Yculus, nunc Diklo in recinctu urbis Jaderae. [3] i. e. Zablata. [4] i. e. Dьrzislaui, Drъžislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 121. drъg — tenere, possidere, et slava. [5] Pribina. ibid. nr. 297. [6] Ibid nr. 73. [7] Svatoslav, Svetoslav, Svetislav. ibid. nr. 339. [8] Gojslav. ibid. nr. 74. [9] Božetêh. ibid. nr. 11. Bozetechus. [10] Daničić: rječnik ТЕПЬЧИИ. [11] uakyzo loco uilkizo i. e. Vьlkьc. Miklošić op. cit. nr. 33. Cf. nr. 111. Vilcizo. [12] Voleša. Miklošić op. cit. nr. 45. [13] Bydiz. Cf. Budica. ibid. nr. 21. [14] Drugona, vide nr. 71. Ibid. nr. 118. Dragon, Dragonja.

46.

Anno 1064.

Litterae fundationales Traguriensium pro monasterio monialium s. Domnii in eadem civitate.

In nomine domini nostri saluatoris regis eterni. Anno dominice incarnationis millesimo LXIV, indictione II. Regnante domino nostro ac piissimo augusto Constantino Duce[1] et magno imperatore, ciuitatis uero traguriensis regente cathedram Johanne uenerabili episcopo rethorico,[2] una cum domno Dabrana inclito priore et cum fratre suo Andrea omnibusque nobilibus. Sub illorum namque temporibus hoc precepimus priuilegium conscribi nos omnes, uidelicet Staligato Georgius, Tridullo Dabro, Sepelato, Calafato nec non Vitaza,[3] et hoc spontanea nostra uoluntate, de hoc quod ipse iam dictus episcopus nos perplurimum rogauerat, ut ecclesiam, que nostra erat, scilicet domus beati Domnii, (in loco) ubi porta dominica uocatur, ibi monasterium ancillarum domini concederemus construere. Nos uero consulti omnes et quia noster rector ac protector permanserat, magisque pro remedio nostrarum animarum illum audiuimus, ibidemque domino annuente monasterium esse affirmauimus. Ubi et abbatissa non post longum temporis spatium, nomine Eufemia, introducta fuit ceteris cum sororibus. Post hec domine abbatisse similiter terras et uineas iudicauimus sueque potestati commisimus; insuper et litus iuxta eandem ecclesiam ad

obsequium sui ibidem concessimus; sed in tali pacto et in tali tenore, ut iam dicta ecclesia, (in) qua nos monasterium fieri concessimus, alium dominum preter nos non haberet; etiam unus ut ibi aduocatus mitteretur ex nobis ad regendum et gubernandum necessaria. Quod et affirmatum fuit ante notitiam prefati Johannis episcopi et Dabrane eiusdem urbis prioris et Mirce[4] Bogoboyse[5] ac Andree, nec non nobilium et ignobilium Tragurini castri, qui huius rei testes fuerunt. Unde si quis hanc nostram definitionem disrumpere temptauerit, trinum et unum dominum habeat iratum et ccc et xviii sanctorum patrum consequatur maledictionem; deglutiat eum terra sicut Dathan et Abiron, ueniatque super eum lepra Naaman Syri et cum Juda proditore denodetur in infernum.

Ex membrana originali monasterii s. Nicolai monialium tragur. Lucius: de regno Dalm. et Croat. lib. II. c. 16. p. 100. Memorie di Traù p. 13: „È l'unica pergamina originale (?), che è rimasta dalla desolatione della città".

Farlati IV, 323. Cod. dipl. CSD. I, 124.

[1] duce et, loco „Duca, magno . ." i. e. Constantinus Ducas, imperator a. 1059—1067. Librarius nomen „Ducas" cum „duce" confudit. [2] Forsitan potius „rethore" i. e. rectore, uti inferius; vel adj. e „rethor", rethoricus. [3] i. e. Vitača. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 39. [4] Mirъče. [5] i. e. Bogobojša, Bogoboj. Miklošić op. cit. nr. 11.

47.

Anno 1059—65.

Monasterium s. Johannis Belgradi adquirit terras in „ualle Pagnana" sub Andrea abbate.

Vide nr. 133, 1—3.

48.

Circa a. 1065.

Cresimir rex donat monasterio s. Thomae monialium Belgradi terras in Sidraga.

(Charta suspecta.)

Donatio facta de terris de Sydraga.

Ego predictus P(etrus) Cresimir[1] pro caritate dei et beate Marie uirginis nec non et sancti Thome apostoli aliquam benedictionem dono pro redempcione anime mee meorumque successorum in[2] monasterium predicti sancti Thome, situm in ciuitate Belgrado, idem terras in Sydraga nominant, ut sint perpetuum illorum. Et qui post nostro discessu aliud aliquid corumpere temptauerit, maledictus

sit a deo omnipotenti, a beato Thoma apostolo, ab omnibus sanctis dei, et cum Juda particeps fiat in eternum incendium. Et hec contra his donum mihi concessit optimum equum. Hec facta sunt coram his testibus: episcopo (belgradensi) Theodosio, Drago priore,[3] Rainerio chroatino episcopo, Goiçone bano et alij plures.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis Belgradi: Policorion p. 22, 23 nunc in archivo c. r. loc. consilii Jaderae.

Farlati IV, 4. Cod. dipl. CSD. I, 135.

Actum hoc sua forma ab authenticis litteris regis Cresimiri adeo discrepat, mendisque tantopere refertum est, ut fidei dubiae nobis videatur. Theodosius belgradensi ecclesiae a. 1059 praefuit (v. nr. 40), Rainerii episcopatus chroatensis primum ab a. 1066 (nr. 51) certus est, hoc vero tempore Dabro Belgradi episcopus (ibid.) adducitur.

[1] Chresimir. [2] et. [3] subintelligitur, ut puto, „belgradensi"; estque forsitan idem qui et Drago-slauus (nr. 40).

49.

Circa a. 1065.

Petrus Črne, filius Gumaji, aedificat ecclesiam s. Petri in loco „Selo" ad Salonam, et in die consecrationis eiusdem, 12 Octobris, ab archiepiscopo spalatensi Laurentio admonitus, sufficienti dote in utensilibus et terris instruit.

Vide nr. 111.

Ex ipsa Petri expositione tempus deducitur.

50.

Anno 1066.

Litterae Čike, filiae Doimi et Vekenegae, de constructo a se monasterio Jaderae ad ecclesiolam s. Mariae.

(Instrumentum mancum.)

Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo sexagesimo vi. Cresimiro rege regnante Chroacię et Stephano Jaderę pręsulante ac Drago ibidem priorante. Ego Cicca[1] filia Doimi et Uekenege,[2] neptis Madii prioris, uxor Andreę filii Papę, post interfeccionem mariti cum duabus remanens filiabus in uiduitate, uidelicet Domnanna[3] et Uekenega, cępi corde perpendere: qualiter istius caducę uitę non perderem heredidatem et futuram non ammitterem pepetuitatem; sicque michi salubrius estimans consilium, ut ego cum maiori filia, scilicet Domnanna, deo dicarer monacha,

minorem uero, Uekenegam, maritali subderem iugo. Huius uero consilii fratrem germanum et consanguineos, quos habebam propinguos, feci michi conscios et Stephanum episcopum et Drago priorem et Crinam,[4] tocius mei actus cooperatores ac prouidos ordinatores, et quę dictanda sunt, adiutores. At postquam eis utilis est uisa mea tractatio, ipsi communi cum conciuibus habito consilio, ac Petrum sanctissimum abbatem sancti Chrisogoni cum omnibus monachis huic innectentes meditacioni, donauerunt michi ecclesiolam sancte Marię minoris ante portam Bellate, ut ibi monasterium (fabricarem)..

Registrum membr. in archivo monasterii monialium s. Mariae Jaderae, saec. XII, litt. longob. fol. 11. Transsumptum in recentiori MSC. „Descrizione del nobil monasterio delle mm. rr. madri Benedittine denominate di s. Maria“ in eodem archivo.

Farlati e Valerio de Ponte, item e tabulis Jadrensibus V, 19. 46. Arkiv za jugoslav. poviest. V, 132. Cod. dipl. CSD. I, 125.

[1] i. e. **Ćika.** Cf. **Ċejka**, **Ċekana.** Die Bildung der slav. Personennamen nr. 441, 443. [2] Većenêga. Ibid. nr. 57. [3] Puto loco „domna Anna“. „**Domana**“ vide ibid. nr. 117. [4] i. e. Črьnam. ibid. nr. 446.

51.

A. 1066.

Cresimir rex donat monasterio s. Mariae Jaderae „regiam libertatem“.

Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo sexagesimo vi°. Duka in[1] (partibus) Constantinopoleos[2] imperante. Ego Cresimir, rex Chroacię et Dalmacię, filius Stephani regis, concessione Laurencii spalatensis archiępiscopi omniumque nostri regni episcoporum et laudacione nostri ducis Stephani, cęterorumque Chroacię comitum do regiam libertatem monasterio sanctę Marię iaderensis, quod soror mea Cicca fabricauit; sic quidem ut si aliquis proteruus in aliquo prędicto monasterio contra ire uoluerit, uel ui aliquid abstulerit, ecclesię quadruplum restituat, et sua omnia regali iuri subiaceant. Hocque ab archiepiscopo et ab omnibus ępiscopis confirmatum canonice ac ab omni cetu conlaudatum est. L(aurentius) archiępiscopus laudo. Stephanus ępiscopus Jadere, laudo. Rainerius ępiscopus Croacię, laudo. Johannes tragurensis ępiscopus, laudo. Dabro belgradiensis ępiscopus, laudo. Drago arbensis ępiscopus, laudo. Petrus absarensis ępiscopus, laudo.

In die natali domini in Sibinico[4] coram omnibus (iis) predictę abbatisse Cicce hęc scripta data sunt.

Registrum membr. in archivo monasterii monialium s. Mariae Jade-

rae, saec. XII, litt. long. fol. 16, 17. Transsumptum in recentiori MSC. Descrizione del nob. monasterio delle Benedittine etc.

E registro privilegiorum monialium s. Mariae Jadr. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II. c. 15. p. 98. Farlati V, 47. Cod. dipl. CSD. I, 126.

[1] „Dukyzi“ — scriptum fuisse videtur: „Duka in“ i. e. Constantino Duka, qui Isaaco Comneno post 22 nov. 1059 successit, et imperii habenas usque ad mortem, die 21 Maii 1067, tenuit. Vide nr. 46. [2] Vide nr. 40. b. ubi legitur: „in orientis partibus Constantinopoleos“. [3] cicca. [4] „sibiniquo“. Littera *q* in locum *c* (k), item *„quo“* pro *„co“* in aliis huius aevi actis non reperitur.

52.

Anno 1066.

Cresimir rex donat monasterio monialium s. Mariae Jaderae terram in Tochinia.

a.

(Charta suspecta.)

Anno dominice incarnacionis millesimo LXVI. Ego Cresimir[1], rex Chroacie et Dalmacie, ob remedium anime mee et pre(de)cessorum meorum monasterio sancte Marie monialium rogatu sororis mee, quod nouiter factum est Jadere, Cichę,[2] dono terram in Tochinia,[3] que regalis esse dinoscitur uel regalium seruorum, uergentem per conuallem ab oriente in occidentem, quę mari determinatur, in aquilonem usque ad super eminentem montem, ad meridianam autem plagam trahentem, quam auus meus C(resimir) dedit cognato suo Madio et filio eius Dabronę.[4] Coram his testibus: Dabro priore filio Bolize,[5] Niciforo et fratre eius Madio, Madio filio Zelle, Dobrodrugo[6] scitonosa, Desimir[7] ubrusar,[8] Budizo capellanus, Desa

b.

(Charta interpolata.)

Anno dominice incarnacionis millesimo LXVI, indiccione IV. Ego Cresimir, rex Chroacie et Dalmacie, ob remedium anime mee et predecessorum meorum monasterio sancte Marie monialium in dedicacione basilice dono terram in Tochinia, que regalis esse dinoscitur uel regalium seruorum, uergentem per conuallem ab oriente in occidentem, que mari determinatur, in aquilonem uero usque ad super eminentem montem, ad meridianam autem plagam tra(h)entem, quam auus meus C(resimir) dedit cognato suo Madio et filio eius Dabrone. Coram his testibus: Dabro priore filio Bolice, Nikiforo et fratre eius Madio, (Madio) filio Zelle, Dobrodrugo scitonosa, Desimir ubrusar. Vitaza l(audo) et confirmo, Micha

iaderensis clericus. Si quis contumax nostre donacioni in posterum contraire uoluerit: bannum persoluat regalem. Nostra donacio semper firma permaneat. Hoc actum est in Tochinia et firmatum est Jaderę coram Stephano eiusdem ciuitatis episcopo et Drago priore, Sega iudice, Zella et Doda, et aliis quam pluribus.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae, saec. XII litt. longob. fol. 16. b. Transsumptum in MSC. Descrizione etc. Adsunt ibidem adhuc alia duo apographa.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 98. Farlati V, 49. Cod. dipl. CSD. I, 125. J.

laudo et confirmo, Desina laudo et confirmo, Madio filio Zelle laudo et confirmo, Madius gener Zelle laudo et confirmo, Prestancio laudo et confirmo, Piruana[9] laudo et confirmo, Grubize[10] laudo et confirmo, Gauzulo Prestabarba laudo et confirmo, Budinellus laudo et confirmo, Neupret laudo et confirmo, Barba laudo et confirmo, Domaldus laudo et confirmo, Brate laudo et confirmo; et alii quam plures collaudantes et confirmantes.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae fol. 29, b. 30 a. Transsumpt. in MSC. descrizione etc.

Cod. dipl. CSD. I, 144.

Nota chronologica in transsumptis documenti sub *a* varie adducitur. Unum enim habet „a. millesimo LX", alia „mill. LXVII". In exemplari sub *b* erronea adposita est ad annum mill. LXXII indictio i. e. VII loco X. Utraque praetera exemplaria in testibus, quos adducunt, non conveniunt; alterum quippe plura nomina adducit, quorum posteriora, inde a „Vitaza", e documento iadertino a. 1091 (vide nr. 128) desumpta sunt. Etiam „Desimir" ubrusar testis, qui munus illud sub Stephano rege gessit (nr. 124), in nostro instrumento suspectus est. Sed neque „Dobrodrug" suspicione caret, nam hoc tempore in aliis actis „Dragona" qua regis „scitonosa" adducitur. Prius itaque documentum dubiae fidei, alterum vero postrema omnino parte interpolatum esse opinamur.

[1] cressimir. [2] cicchę. Verborum ordo secus est hicce: „quod nouiter factum est Jadere, rogatu sororis mee Cichę". [3] tochenia, tochinia. Cf. Toky: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 682. **Тоцн** pagus: Srpski pomenici p. 148. [4] Dobrana, Dobronja: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [5] Bolic ibid. nr. 14. [6] Etiam „Dobrodrugu". Cf. Dobrovoj, Dobrogost, Dobromir etc. ibid. p. 26. [7] Descini. [8] zarisar. [9] Prvan op. cit. nr. 306. [10] Cf. Grubec, Grubač, Grubiš, Grubiša ibid. nr. 94.

53.

A, 1067.[1]

„Chirographum" Petri, abbatis monasterii s. Chrisogoni Juderae, de terris eiusdem monasterii in Diculo et in insula Postimana.

(Charta in fine manca.)

† Anno quoque dominicę incarnacionis millesimo LX septimo, indiccione quinta, epacta III., concurrente[2] septimo.[3] Regnante domino Constantino Duca magno imperatore, prioratum[4] Jaderę uero presidente domino Leo imperiale protospathario et tocius Dalmacię catapano. Ego quidem Petrus sancti Chrisogoni abbas immeritus cerno, quod in his temporibus, in quibus iam deuenerunt fines seculorum, nonnulla subtrahuntur de possessionibus sanctorum per ingluuias anxium mundanorum ac deum non uerencium callida machinamenta et dolosa se amancium plurima argumenta. Unde cyrographum hoc ad posteritatis memoriam esse studui cum consilio ac uoluntate et testificacione prephatę urbis nobilium, quorum nomina subter asscripta reperientur,[5] de possessionibus, hoc est terris, uineis, oliuetis, pascuis ac piscacionibus prenotati cenobii, uidelicet beati Chrisogoni Christi[6] martiris; uel in quibus locis hęc omnia habeantur, quę tempore mei regiminis in obsequio fratrum in eadem ęcclesia deo seruiencium esse cognoui, ne alicui de subscriptis rebus minuendi facultas in posterum tribuatur. In primis namque scribere curamus territorium, in quo uineę et oliuę nostri monasterii esse plantatę noscuntur in loco, qui Yculus[7] nominatur, et his terminis terminatur: est in eodem loco uallis infra duos humiles sed petrosos colles porrecta in oriente, quę rabiosa dicitur; et est primus terminus dicti territorii a capite ipsius uallis in oriente ubi eciam pusillus ulmus stare cernitur usque ad limitem, qui ultra putheum eiusdem loci in occidentale parte habetur; et alius per transuersum a mare usque uiam antiquam, que est contra Sablato;[8] in qua eciam hac de causa sita est antiquitus petrina paruula columnella, quę erat ab insidiatoribus de suo occidentale loco priore remota in oriente quasi passos ducentos, quam nos cum consensu Chroatorum regis, nomine Cresimiro, suorumque nobilium restituimus in loco pristino. Hanc ipsam denique terram his paulo supra dictis terminis terminatam sine infestacione quorum libet hominum seruis dei perpetuo possidendam hoc modo antiquitus in nostro iam dicto monasterio fertur fuisse datam; quod quidam enim Chroatorum rex, ueniens ad oracionem in ęcclesiam prephatam, pro suę reme-

dio animę optulit eam. Quod factum pronepus eius Cresimir, dictus iam rex, nostris quoque stabiliuit diebus, inde nobis tradens libellum continentem ita: „Ego Cresimir (reliqua vide nro 45). Est et aliud territorium sancti Chrisogoni in insula, in loco qui antiquo nomine Flaueyco dicitur, qui nunc alio nomine Postimana[9] nominatur. In quo loco ędificata est ęcclesia ad honorem beati Michahelis archangeli, quę noscitur cella esse nostri cęnobii; ubi eciam similiter, ut in alio predicto territorio uineę plurimę et oliuę plantatę in obsequio fratrum habentur. Quam uidelicet cellam cum adiacentibus sibi territoriis domnus Maius de Columna, iaderensis prior, cum suis nobilibus nostro contulit monasterio in opus fratrum ibidem Christo famulancium. Quod factum utique inconuulsum mansit tempore ipsius et eius nepotis, equidem nomine dicti domni Magii, iaderensis similiter prioris, ac tempore filii huius secundi Magii domni Gregorii, imperialis protospatharii et Dalmacię stratigi seu Jaderę prioris. Qui tempore sui prioratus ueniens cum suis nobilibus his terminis terminauit prędictum territorium: uidelicet a mare usque ad moncium summitates, et a capite uallis, quę in oriente post ęcclesiam cernitur esse, in quo et factum fossatum habetur, qui contra ipsos montes mitti uidetur, usque maceriam, quę ultra desertum oppidum est in parte occidentale, quo ęciam tunc ob sui facti memoriam pusillum pro signo aceruum statuit lapidum, quatinus iam serui dei morantes ibidem molestiam quippe numquam aliquam sustinerent.

Membrana, uti videtur, saec. XI, longob. litteris in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae, cass. XXIII, nr. 573. Desunt in fine nomina testium, qui in expositione praesignantur.

Dorso membranae sequens inscriptio recentiori manu adnotata reperitur: „Designatio uille dicli, que antiquitus nuncupabatur yculus et yculas; de insula pasmani vel neuiane, ubi est et (ecclesia) s. Michaelis archangeli".

Ex antiquo registro privilegiorum monasterii s. Chrysogoni J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 8. p. 76. Farlati V, 47. Cod. dipl. CSD. I, 128.

[1] Ante 21 maii, qua Constantinus Ducas obiit. [2] ad „ren" supra *n*, minus recte factum, est *n* adscriptum. [3] sic, loco „septima". [4] Haec vox addita est supra sequentem. [5] Librarius neglexit ad *p* apponere signum abbreviationis. [6] xpi. [7] nunc Diklo, locus in territorio communis Jaderensis, habens (1869) animas 368. [8] i. e. Zablato, Zablata. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 14. Blato, Blata, Zablatije, Zablaće. [9] V. supra, item nr. seq. Postimana nunc Pasman, insula et locus in communi belgradensi.

54.

C. a. 1067.

„Chirographum" Stephani episcopi iaderensis, quo ecclesia s. Michaelis in insula Postimana iure ad s. Chrysogoni monasterium pertinere asseritur.

(Charta suspecta.)

Territorium sancti Chrisogoni in insula in loco, qui antiquo nomine Flaueico dicitur, nunc uero Postimana nominatur. In quo loco Prestancius episcopus una cum Maio fratre suo, priore, ędificauerant ęcclesiam ad honorem beati archangeli Michahelis, et quibus ualuerant, dotarunt beneficiis. Traso denique, qui illis diebus huic nostro cenobio preerat abbas, prospiciens hunc locum sibi suisque fratribus satis esse congruum et ad suam utilitatem nimis proficuum, uocauit ad se dictos fratres, et petiuit illum, disponens eis necessitatem suorum fratrum ac domus dei. Cuius uoluntatem ac peticionem consecuti sunt dictus presul et frater eius; obtuleruntque in obsequio abbatis et fratrum tam ęcclesiam, quam edificauerant, quamque adiacencia territoria et ut perpetuo beati martiris cella fieret, tradentes eam legaliter coram nonnullis Jaderensium, stabiliunt et confirmant. Quod factum utique inconuulsum mansit temporibus ipsorum; sed post obitum illorum quidam temptabant subtrahere aliquid de donatis iam ęcclesie dei territoriis. Qua de causa ueniens ad insulam filius dicti prioris, Gregorius, similiter Jaderensis prior et imperialis patrikyus ac tocius Dalmacie stratigo, ad insulam cum suis consobrinis filii(s) dicti episcopi; quatinus quis iam nunquam posset in aliquo seruos dei molestare, predicta territoria, sicut a suis patribus sacro cęnobio donata fuerant, clarius propalauerunt, confirmarunt et his terminis terminarunt: a mari uidelicet usque ac moncium summitates et a fundo uallis, quę in oriente post prephatam ęcclesiam esse cernitur, in quo fossatus habetur, qui contra ipsos montes mitti uidetur usque maceriam, quę ultra desertum oppidum in parte occidentali similiter habetur, quo eciam tunc ob sui facti memoriam lapidum pro signo pussillum statuunt aceruum. Et hęc quippe nomina sunt eorum, qui huius rei cum eo tunc adiutores, cooperatores et testes affuerunt, quorum iussu et uoluntate et hoc cyrographum scribere fecimus: in primis scilicet Prestancius tribunus, Dabro tribunus, Martinus tribunus, Cerneca,[1] Andreas tribunus qui postea[2] prior effectus est, Dabro tribunus,

Sergius tribunus, Georgius tribunus, Maius tribunus, Ursana tribunus, Petrus tribunus, Pancella tribunus; et alii plurimi.

Ego Stephanus iaderensis episcopus horum et aliorum nobilium plurimorum consilio et uoluntate et testificacione, curis prepeditus nonnullis, cyrographum hoc rustico sermone conscripsi.

Membrana litt. long. saec. XI vel XII in archivo regnicolari Zagrabiae: acta antiqua, doc. IV. Item apographum posterius sed etiam antiquum in archivo locumt. consilii Jaderae: acta s. Chrysogoni capsa I, mass. H. nr. 7. Exteriori parte adest inscriptio: „De Postumana, ubi erat monasterium sancte Neuiane" — item manu recentiori. „Territorium sancti Chrysogoni in insula Postimane olim Flauisco seu in uilla Neuiana".

Cod. dipl. CSD. I, 129.

Charta haec. suspecta redditur eo, quod in expositione discrepet a chirographo Petri abbatis (v. nr. 53); nam hicce testatur, cellam s. Michaelis datam fuisse monasterio s. Chrysogoni a priore Maio (de Columna) patre „secundi Maii", qui in documento Stephani episcopi donator fuisse asseritur. Traso praeterea abbas tempore Maii II monasterio s. Chrysogoni praeerat. Quod de Andrea tribuno scribitur: „qui postea prior effectus est", ipsaque testium nomina, si cum testibus, qui in aliis huius monasterii documentis adducuntur, conferantur, fidem nostri acti non modice dubiam reddunt

[1] i. e. Černeka, Cьrneka. Cf. Cernika, Črnek. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 446. [2] i. e. anno 1044. Vide nr. 38.

55.

A. 1069. Nonae.

„Chirographum" regis Petri Cresimiri, quo monasterio s. Chrisogoni insulam Mauni donat.

† Quoniam diuinitatis eximia celsitudo summos ac minimos non modo pro meritis uerum etiam dispensatione profunda terrenos largitur honores, et modo inuestigabili eleuat sublimandos et sublimiorum superborum colla pessundat, ut ineffabilis iudicis ineffabile quoque iudicium perseueret, et omnipotentis discretio ex inexausto procedens fonte terrena dispenset imperia. Ideo ego Cresimirus, diuina gratia largiente Chroatie atque Dalmatie iura gubernans atque aui mei beate memore Cresimiri regis patrisque mei regis Stephani in Clisio[1] campo feliciter quiescentis habenas regni retinens, anno dominice incarnationis Jesu Christi domini nostri MLX°VIIII°. indictione VII^a epacta uero (XX)V concurrente III in nostro nonensi cenaculo residens una cum nostris iupanis, comitibus atque banis, capellanis etiam nostre regalis aule cogitare cepi, qualiter omnipotens deus

hereditarii regni michi concessa gubernacula conseruaret et animabus meorum predecessorum requiem eternam donaret: inueni nichil in operibus misericordie deo acceptabilius nichilque nostra terestri aula dignius quam[2] et supernorum ciuium atque sanctorum sacrata habitacula possessionibus muneribusque ditare condignis. Igitur quia deus omnipotens terra marique nostrum prolongauit regnum, decreuimus et promtto animo stabiliuimus, monasterium sanctissimi C(hrisogoni) martiris, cuius uenerabile corpus infra eiusdem ciuitatis menia requiescit, prediis atque possessionibus honorare. Simul quia in gestis antecessorum nostrorum, regum[3] silicet excellentissimorum, in campis et teritori(i)s plurimis predictum monasterium inuenimus priuilegiatum; nos ergo a predecessoribus nostris in nullo deuiantes pro remedio anime mee meorumque omnium defunctorum offerimus et stabiliter donamus tibi, beatissimo C(hrisogono), martiri glorioso, et per te domino Petro, tue sancte aule digno abbati, nostram propriam insulam in nostro dalmatico mari sitam, que uocatur Mauni,[4] cui ex orientali parte adiacet insula, que in uulgari sclauonico „Ueru“[5] nuncupatur, ut eam habeat et possideat in eternum absque cuiusque mortalium inquietudine predictum sanctissimi martiris monasterium; nam sic bona nostra decreuit uoluntas annuentibus et supplicantibus uniuersi nostri regni principibus. Ut autem hec nostra donatio in eternum fundetur et stabilitate perpetua perseueret, eam nostra nostrorumque episcoporum attestatione simulque cum testatione astringimus et inuiolabiliter premunimus statuentes, ut quicunque mortalium, immemor diuini examinis et peruersor nostre regie dignitatis, uoluerit unquam ausu temerario de predicta insula, a nobis regaliter concessa, monasterium sanctissimi Chrisosogoni inquietare simulque nostra iura confundere, incurrat iram super iram futuri iudicii, et sit reus in conspectu extremi examinis, cum Herode, Juda et Simone mago portionem in eternum habiturus, et antichristi consortium possessurus, ab omnipotente deo sanctisque apostolis et a cuncto sanctorum cetu et beatissimo Chrisogono maledictionem accipiat sempiternam, et nostre regali curie, quibuscunque successoribus meis regibus, iupanis, comitibus siue banis componat libras auri .c. et in nostro regno perpetuo sit infamis. † Ego Cresimir rex Chroatie[6] atque Dalmatie.[7] Ego Stephanus Jadere episcopus, subscripsi.[8] Et hec sunt nomina testium, qui in hoc facto interfuerunt: † Adamiço nonensis iupanus, testis. Boleslaus curialis comes, testis. † Vilchiço[9] iupanus de Luca, testis. † Volessa dad, testis. † Budeç[10] postelnic, berberisticus iupanus, testis. † Johannes

regis capellanus, testis. † Petrus regalis curie iudex, testis. † Studeç[11] regalis pincerna, testis. † Dominus Leo imperialis protospatarius ac totius Dalmatie catapanus,[12] testis. † Sellislauus[13] nonensis iudex, testis. † Adam monachus, sancti Bartolomei abbas, testis. † Petrus iupanus de Sidraga, testis. † Dragomir iupanus de Cetina, testis. † Andreas belgradensis prior, testis.

† Ego Anastasius, huius cirographi dictator, chroatensis[14] episcopus et aule regis cancelarius, iussu et uoluntate predicti domini mei regis scripsi et confirmaui feliciter. In ciuitate Nona. Amen.

Membrana in archivo c. r. loc. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni cass. XVIII, nr. 430 transsumptum a. 1248, uti ex hac post recognitionis signum adnotatione patet: „Anno domini MCCXLVIII die quinto intrante nouembris, indictio sexta. Ego Petrus papiensis, publicus notarius aule imperialis, autenticum huius exempli uidi et legi, nihil addens uel minuens quod sententiam mutet scripsi, et sigillo consueto roboraui". Commemoratur quoque in litteris iadertinis a. 1190. Cod. dipl. CSD. II, 156.

Ex antiquo registro privileg. monast. s. Chrysogoni descripsit J. Lucius: de regn. Dalm. et. Croat. lib. II, c. 8. p. 77. Farlati V, 48. Cod. dipl. CSD. I, 131.

[1] Apographum manifeste habet „clisio", non „elisio". [2] Apographum ordinem verborum ita disiectum habet: „dignius nichilque deo acceptabilius quam et nostra terrestri aula . . ." [3] regnum. [4] Nunc Maon, ad orientem insulae Pagi. [5] Forsitan вєрь, nunc Vir, italice Pontadura. [6] cru. [7] dal. [8] *ss*, i. e. s(ub)s(cripsi), non autem „signaui". [9] Viachiço. Vide nr. 45. [10] Ibid. [11] Stud'ç. Forsitan autographum habuit Sudeç. Vide Bild. der slav. Personennamen. nr. 392. [12] Male „ac iupan(us)". Vide nr. 53. [13] Saluisclauus, aperte eronee pro Selislauus, Selislav. Miklošić op. cit. nr. 341. [14] cruatensis.

56.

A. 1069.

Petrus Cresimirus dat „libertatem" et „regale territorium" monasterio monialium s. Thomae Belgradi.

De libertate ecclesie sancti Thome. In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno quoque dominice incarnationis millesimo LXIX, indictione VI, mense octobri. Ego Cresimir,[1] rex Chroatorum atque Dalmatinorum, testimonium facio cum omnibus nobilibus meis, quod monasterio sancti Thome apostoli sub manu domine Dabriçe,[2] eiusdem monasterii matris, confero, firmum stabileque obseruando decerno, scilicet ut idem monasterium a modo et deinceps absque omni tributo perpetue existat liberum, ita ut nec mihi nec meis successoribus cuiuslibet consuetudinis debito implicatum esse uideatur, nisi

tamen uoluntariam exibe(n)s[3] honorificentiam; quatinus omnium ancillarum dei in eodem comorancium cenobio libertas et diuturna[4] quies, omnium secularium infestatione exempta, licentius atque instantius suo possint famulari creatori, cui se sub sacre legis iugo libentissime subdidisse noscuntur. Quapropter iam dictum cenobium non solum libertate[5] donamus, uerum insuper et regale territorium in loco, qui Rasochatiça[6] uocatur, incipiente ab ipsa Rasochatiça, ubi sunt due funtane, et uadit usque ad puteum, qui manet iuxta terram Mogorouici, in longitudine a monte Tini[7] usque ad riuum; et ibidem Smurdaçani[8] incipiente a termino uallis usque ad predictum montem Tini. Si enim quandocunque quis libet meorum successorum iuteruenerit, huiusque mei decreti stabilitum parui penderit, et ex omnibus, que a me fideliter statuta sunt, aliquid minuere uel transgredi uoluerit: iram habeat omnipotentis dei, et (maledictio) omnium sanctorum super illum[9] maneat, nec non et trecentorum decem et octo patrum anatematis uinculo inodetur, et nouissimo ac tremendo examine cum diabolo suisque ministris ac Juda traditore damnetur et inextinguibilis flamme incendio crucietur. Huius denique rei stabilitum palam actum, et coram his testibus roboratum: L(aurentio) episcopo, A(nastasio)[10] chroatico episcopo, G(oyzo) bano; et alii plures.

Registrum quondam monasterii s. Johannis belgradensis: Policorion p. 23 in archivo c. r. loc. consilii Jaderae.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 98. Farlati IV, 4. Cod. dipl. CSD. I, 132.

[1] Chresymir. [2] In locum „Dobrize". Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [3] exibes, loco „exibes". [4] diunas. [5] libertati. [6] i. e. Rasohatica, Rasohe, Rasohača, Rozsochate. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 523. Rasohatac, grad Frana Berislavića. Acta croatica. I, 252. [7] Tinj, tynъ (murus) ibid. nr. 701. Tinj, pagus in parte orientali versus septentrionem civitatis Belgradi. [8] Smъrdačani. ibid. nr. 596. [9] illos. [10] MSC habet „R"; sed male, nam a. 1069 episcopus Chroatiae fuit Anastasius (v. nr. 55), R(ainerius) uero in acto a. 1066 adducitur.

57.

Anno 1069. Spalati.

Litterae fundationales archiepiscopi Laurencii neo-erecto monasterio s. Benedicti in urbe Spalato editae.

† In nomine sanctę et indiuiduę trinitatis. Anno quidem incarnacionis millesimo LXVIIII,[1] indiccione uero VII. Regnante Cressimiro

rege Chroatorum et Dalmatinorum. Ego Laurencius, nuper apsarensis ęcclesię pręsul, diuina ministrante clemencia, cuius absque nutu nulla consistunt, nulla inesse nulla in mundo uidentur deesse, spalatine sedis electus et ordinatus archiepiscopus. Igitur magnitudinem miseracionis cuius considerans, imperiumque formidans, et illud quod exigiturus est quandoque in iudicio futuro expauescens, dicente scriptura: „cui plus committitur, plus ab eo exigitur", cepi equanimiter de tanto michi grege a domino commisso quo modo qualiterue sibi ęterni cibi possim concedere pastionem; denique prout etas aut sexus cuuiscumque indigebat, diuina largitate suggerente, illis necessaria sufficienter subministrabantur. Uerum tamen locus immo portus feminino sexui perfecte saluacionis nusquam inueni, in quo religiosam et deo placitam uitam agere posset. Unde hactum est, ut communi cum consilio locum sibi utilem aptaremus monasterium construendum, clericorum scilicet et laicorum fidelium, Ualiçe[2] prioris cum suis nobilibus cunctis. Inuento itaque loco cum ęcclesia, quę ad honorem sancti Benedicti constructa fuerat, quę eciam cellam beatissimi Domnii pontificis et martiris Christi clerici ac layci sub iureiurando confirmauerunt esse. Inventę quoque sunt et personę, quę ibidem deo deuote adessent seruiturę: in primis domna Chatena nobilissima feminarum, quam postea abbatissam uidimus domino uolente, sua cum sorore Stana,[3] domnaque Anna et domna Agapis, ac domna Uera,[4] cum ceteris deo deuotis personis, quibus, ut superius, cum communi consilio locum concessimus ad monasterii construccionem et ad nostrarum omnium animarum dignam remuneracionem, tali denique pacto talique confirmacione, quatinus sit illud prelibatum, deo uolente, monasterium ita liberum et absolutum ab omni sęculari nexu, ab omnique paccione securum, quemadmodum monasterium protomartiris Stefani[5] a nostris antecessoribus statutum et ordinatum uidetur. Quibus in primis ad auxilium et solacium inferiorem pauimentum cum canaua turris sancti Petri, omnibus eiusdem ęcclesię ereditariis consencientibus, concessimus: in primis Duimo zoppo,[6] Forminus Pudichino, presbitero Bizancio, Duimo Dragauiti cum Marula uxore sua et filiis suis Petrana et Drago, Domnanna muliere et . . . . . . filia . . . . e Naplatę; non enim ibi congregacio esse poterat sine hoc. Hęc etenim ante horum noticia testium condonacio facta fuit, uidelicet Dominici monachi uenetici, Gregorii presbiteri in Asca, Petri archidiaconi, presbiteri Petri, omniumque clericorum; prioris Ualizę, Nichodemi, prenominati Duimi claudi,

Mesagalina, Duimi filii Ualiçę, prenominati Duimi Dragauiti ac nobilium laycorum ciuitatis spalatinę. Sed quia incongruum ac inutile uidebatur eisdem sanctimonialibus, fratres uel seruitores sexus masculini pariter commorare, habito consilio studiose locum, in quo prouisores ancillarum dei seorsum manerent, perquirere statuimus; itaque dei ordinacione locus cum ecclesia, quę a bonę memorię uiro, scilicet sacerdote Andrea, quondam ad honorem sanctę dei genitricis et uirginis Marię constructa uidebatur, inuenta est. Unde communi omnium clericorum ac laycorum, prioris uidelicet memorati omniumque nobilium uoluntate nec non illo eodem consenciente, cui eiusdem ęcclesię cura fuerat data, in potestate dei seruorum ad regendum comendata, illam pręphato cenobio cum terris ac uineis uel libris seu quicquid habere uidebatur, ad auxilium firmantes, perpetuę concessimus, ita quidem ut restauracionem sui status nullo tempore quod est illud edificii uel diuini officii ammitteret. Ad hęc tamen stabiliuimus, si habuerint nauigia sine comercia, eant et redeant; piscatores girrum sibi galetam prębeant .I.; alii autem piscatores, singulos cum habuerint, deferant pisces; quodque nauigium, frumenta deferens, singula modia contribuant. Terra, quę prope monasterio est, quę dicitur ad gusternam, quia in commune erat, sibi concessimus. De sororibus autem, quę nunc domino seruiturę ibi ingrediuntur, uel quę eodem inuitatę ingressurę, aderint suis facultatibus immo et territoriis, libera cuncta, quę in prephato monasterio optulerint, territoria uolumus adesse ab humano cuncto seruicio, scilicet ab illo quod uulgo ziurum dicitur. Uerum tamen et hoc, quod sibi iniunctum est a nobis, gracia honoris nostrę methropolis ęcclesię in precipua festiuitate, uidelicet beatissimi Domnii, duos quippe cereos singularum librarum et duas oblatas tantum offerant in tributum; dein uero nulli subiaceat tributo, nulli ui subsistat, nisi gracia dileccionis et munere oracionis. Hacta sunt autem hęc mense duodecimo ante noticiam horum testium: in primis Ualizę et Nichodemi priorum, Petri archidiaconi, Micha archipresbiteri, domni Johannis presbiteri et monachi, Basilii capellani, Stefani presbiteri, diaconi Fusconis, presbiteri Johannis, presbiteri Popini, Micha presbiteri, Martini presbiteri, Johannis iudicatoris, Duimi domni Petri, Johannis Mesagalinę et fratris ipsius Johannis de Porta, Duimi domni Dragi, Formini Busicę, et omnium clericorum sancti Domnii, ac laycorum spalatinę urbis. Si quis autem, quod absit, huius nostrę confirmacionis uiolator temerario ausu extiterit, iratum habeat trinum et unum deum et cccx et VIII

sanctorum patrum consequatur malediccionem, et cum Juda perpetuam sustineat dampnacionem.

Ego uero Teodorus, licet immeritus, presbiter et cancellarius ecclesię sancti Domnii, per iussionem domini mei prenominati archiepiscopi huius confirmacionis dictaminis scriptor et testis sum.

Membrana quondam in monasterio s. Benedicti seu s. Rainerii Spalati, nunc in monasterio s. Mariae Jaderae, litt. longob. initio saec. XII. Sub litteris archiepiscopi Laurentii adsunt notae: Nemire filiae Mesagalinae; Mariae abbatisae anni 1109, Dominici Galatae, Praestancii Basamure, et Marihenae, de donationibus eidem monasterio s. Benedicti concessis. Transsumptum in MSC: Catastico di terre.. delle rr. monache di s. Rainerio.. formato da me Alesandro Barbieri nell' a. 1753" in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae.

Ex eadem membrana eotum Spalati J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16. p. 101. Farlati III, 139. Cod. dipl. CSD. I, 134.

Haec membrana non videtur autographum recte et fideliter exhibere, quod etiam incisum istud: „quam postea abbatissam vidimus", sat manifeste innuit. Nota quoque temporis aliquantulam difficultatem excitat: Laurencius quippe „nuper apsarensis ecclesię presul, diuina ministrante clemencia.. spalatine sedis electus et ordinatus archiepiscopus" dicitur, quod magis cum anno 1060 quam 1069 convenit, licet huic indictio VII correspondeat. In designando anno sive inscitia sive incuria scribae evidens est. Argumentum iterum acti vix svadet, editum fuisse illud primo archiepiscopatus Laurentii anno. Quare censendum est, chartam istam, nisi velis illam spuriis adnumerare, exhibere nobis authenticum alia manu elaboratum et retractatum.

[1] Vide notam supra. [2] „Valiza" loco „Voliça", prout „Dabro" loco Dobro etc. V. Bild. der slav. Personennamen. nr. 45. Volice, Voliha etc. [3] Ibid. nr. 366. [4] Ibid. nr. 55. [5] situm extra urbem in promontorio. [6] ital. = claudus, prout inferius explicatur.

58.

Circa a. 1069.

Cresimirus rex monasterio s. Stephani prope Spalatum concedit „locum molendini vicinum ecclesiae s. Petri in territorio Salonae".

Nel nome di nostro Signor Gesù Christo. Io Cresimiro, per la Dio gratia rè de' Croati et Dalmatini, facio breve (di) donatione al cenobio di san Stefano protomartire, che è posto vicino alla città di Spalato.[1] Però invitato anzi ammonito dal venerabile arcivescovo

In nomine domini nostri Jesu Christi. Ego Cresimir, dei gratia rex Chroatorum et Dalmatinorum, facio breue donationis cenobio sancti Stephani, prope ciuitatem Spalatum sito, (suoque venerabili abbati Gisilberto.)[1] Inuitatus immo admonitus a uenerabili archiepis-

Lorenzo et dal prefato abbate Gisilberto, che voglia concedere, per remedio dell' anima mia, anzi di miei parenti, il luoco del molino per (esso cenobio dell' ordine di san) Benedetto,[2] et havendo trovato il luoco come ci hanno fatto vedere, cioè vicino alla chiesa di san Pietro nel territorio di Salona, glielo concediamo da esser avuto (et) perpetuamente tenuto. Et se alcuno de nostri successori s' opporrà a questa nostra donatione, il che Dio non voglia, incorra nella maleditione dell' onnipotente Dio et la scomunica dei santi padri et con Giuda sia condonnato nell' inferno. Furono fatte queste cose alla presenza di questi testimoni: prima del predetto Lorenzo arcivescovo, di Pietro arcidiacono, di Giovanni sacerdote e monaco, di Pietro primicerio, di Dragana scitonossa et di Osritio podiuppo et di Gregorio podiuppo.

Io Theodoro, prete e capellano, per ordine del predetto rè, Signor mio, scrissi questa donatione et fui testimonio.

copo Laurentio et a prefato abbate Gisilberto, ut pro remedio anime mee, pariter ac meorum parentum, concedere uelim eidem cenobio ordinis sancti Benedicti locum molendini; et inuento loco, uti nos uidere fecerunt, uicino nimirum ecclesie sancti Petri in territorio Salone, concedimus illum ab eodem habendum et perpetuo tenendum. Si quis uero ex successoribus nostris, quod deus auertat, huic nostre donacioni contradixerit, incurrat omnipotentis dei maledictionem et sanctorum patrum anathema, et cum Juda damnetur ad infernum. Acta sunt hec in presentia horum testium: inprimis Laurentii archiepiscopi, Petri archidiaconi, Johannis sacerdotis et monachi, Petri primicerii, Dragani scitonose et Osrizii podiuppi et Gregorii podiuppi.

Ego Theodorus, presbiter et capellanus, de mandato predicti regis, domini mei, hanc donationem scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc in bibliotheca s. Marci Venetiis: Scritture del monasterio di s. Stefano di Spalato cod. num. LI class. V msc. ital. Transsumptum in bibl. academiae Zagrabiae nr. CCXVII. fol. 16.

Farlati III, 138. Cod. dipl. CSD. I, 133.

Annus deducitur a testibus, quorum regis šćitonoša Dragana ut testis adducitur in litteris Johannis a. 1070. V. nr. 62.

[1] Nomen abbatis in versione ommissum fuisse, patet e voce „prefato", quae mox nomini abbatis Gisilberti adnectitur. [2] „per esser benedetto".

59.

Anno 1070, 16 maji.

Regis Petri Cresimiri confirmatoriae fundationalium monasterii s. Petri in insula Arbe.

Quemadmodum hoc testamentum, bonum et iustum, uidemus[1] a uestro episcopo et clericis ceterisque uestris ciuibus corroboratum et laudatum: ita ego Cresimirus[2] rex eandem collaudationem et confirmationem corroboro. Et si aliquis, instinctu diaboli compulsus, hanc corroborationem nostram disrumpere temptauerit: conuenit sibi fortiorem[3] nobis esse et amicitiam nostram spernere. Anno domini millesimo LXX,[4] indictione VIII, die sexto decimo intrante madio. Presentibus magistro Gregorio gramatico, et Paulo de Bulia et aliis.

Ad calcem fundationalium sub nro. 41.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16, p. 104. Farlati V, 228. Cod. dipl. CSD. I, 136.

[1] uidimus. Kuk. [2] Crascimirus. Luc. [3] Kuk. fortior. [4] In Luciano exemplari legebatur initio: „millesimo septuagesimo primo".

60.

Anno 1070. Nonae.

Radovanus donat monasterio s. Chrysogoni Jaderae universam sui avi Lilici possessionem.

† Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi[1] millesimo LXX, indiccione VIIII.[2] Regnante Romano imperatore tercio;[3] rege Chrobacię Dalmacięque Petro, Siuinnimir[4] bano. Actum in ciuitate Nona, Adamizo iupano. Ego Radouanus[5] trado omnem possessionem meam in terris et uineis, queque fuit aui meo Lilici,[6] in monasterio sancti Chrisogoni, abbate Petro presente, iure perpetuo[7] possidenda.[8] His coram testibus: capellano Petro teste, Desinna[9] iupano teste, Adamizo iupano teste, Souinna setenico[10] teste, Johannes dedu[11] teste, Uitodrago[12] teste, Nepostoy[13] teste, Petro presbiter teste, Michahel presbiter teste, Prodano teste, Rugota teste, Andreas presbiter teste. Si quis autem hanc conscripcionis uel donacionis[14] (cartulam) uoluerit corrumpere cupiditate deceptus, superni numinis iram incurrat, sortemqne possideat cum his, qui dixerunt domino deo: „recede a nobis", nec ut iudicetur sed ut perpetuo damnetur resurgat.

Ego Adam presbiter et monachus[15] ueritate comperta rogatus manu mea scripsi.

Huius acti duo adsunt exemplaria: a) unum membr. in regnicolari archivo Zagabriae inter doc. antiq. nr. VI, litt. longob. eiusdem XI vel XII saeculi; alterum b) in archivo c. r. loc. consilii Jaderae inter acta monasterii s. Chrysogoni caps. I, mass. H, nr. 7. Huiusce exemplaris adest quoque ibidem recentius transsumptum. Vide Rad XXXVI, 145.

Cod. dipl. CSD. I, 137.

[1] ihu xpi. [2] Si librarius in designanda indictione non erravit: documentum hoc post 1 septembris 1070 anni, qua indictio IX iam inchoaverat, scriptum fuit. [3] Pro „quarto". Romanus IV a 1 ianuarii 1068 una cum Eudoxia imperare coepit. [4] Exempl. *a* „Siuinnimir", Sъvъnnimir. Cf. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 337. [5] Exempl. *a* „Radauanus". [6] Exempl. *a* „ualeco". „Lilici" habet subsequens documentum. Cf. Lêl, Lêlek, Lêlko. Ibid. nr. 205. Lilici = Liljki. Exempl. *b* addit: „de ciuitate Nona". [7] Ex. a membrana corrosa ita, ut „petuo" omnino desit. [8] Exempl. *b* „possidendam". [9] Exempl. *a* „Desnna". [10] „alias sitinico" i. e. sъtъnik. [11] Ommissum est nomen: „Johannes", adnotato illius tantum munere dedъ. [12] Exempl. *a* „Vitadrago". [13] Ne-po-stoj. Cf. Miklošić op. cit. nr. 369. [14] Ommissum: cartulam, paginam. [15] Verba haec: „presbiter et monachus" in exempl. *a* infra „Adam" subscripta et addita sunt.

61.

A. 1070.

Donatio Radovani confirmatur et in protectionem regis suscipitur.

a.

Anno dominicę incarnacionis millesimo septuagesimo, indiccione viiii. Augusto regnante Romano tercio, tempore Cresimiri Chroatorum regi. Ego Radouan, nepus Lilici, trado omnem possessionem meam, quę fuit predicti aui mei, in loco, qui dicitur Suchouara,[1] beato Chrisogono martiri presente eiusdem monasterii Petro abbate. Sed quia resistebat michi Uekemir[2] Lucę iupanus cum Boleslao tepci, et contradicebat hoc fieri quod feceram dicens, ipsa terra a rege predicto sibi esse concessa: ob quam igitur contencionem stu-

b.

(Charta interpolata.)

† Anno dominice incarnationis millesimo septuagesimo, indictione viiii. Augusto regnante Romano tercio, tempore Cresimiri regis Chroatorum et Dalmatinorum. Ego Radouan, nepos Lilici, trado omnem possessionem meam, que fuit predicti aui mei in loco, qui dicitur Suchouara, beato martiri C(h)risogono, presente eiusdem monasterii Petro abbate. Que possessio his manifestis indiciis declaratur: a lacu ex septemptrionali plaga protendendo in directum uersus boream ad riuum, et ab isto loco eundo ad australem par-

dui adesse ante presenciam dicti regis die sancto paschę, cum multi Chroatorum nobiles ibi tunc aderant. Et interrogaui dominum meum regem: si tantillam hereditatem meam illis iupanibus habere concessisset. Tunc rex coram omnibus, illud se minime egisse, dixit; atque mei miserescens largitus est michi legatum suum nomine Apricium socolarem,[3] qui michi et meam terram ab illis defendens redderet ac meam donacionem publice coram uicinis in loco supra dicto confirmaret. Quod et factum est. Nam ueniens una mecum ad predictum locum, uidelicet Suchouara, coram omnibus ibidem manentibus uel coram aduenientibus subscriptis testibus et terram iniuste querentibus interdixit ac domui dei una mecum iterum tradidit. Cerminico[4] breberscico[5] teste, Uilcina zatinscico teste, Dalizo[6] poliscico teste, Cosma lucisco teste, Mutimir sidrascico teste, Desina nonensis iupano teste, Sracino sitnico teste, Jacobizo zastobriscico teste, Bolanno[7] tepciza teste, Johannes dad[8] teste, Johanne capellano teste, Budicio postelnico[9] teste, Desimir Smullę[10] filius, Tolimir psar,[11] Uitomir duornic.[12] Hi uero testes affuerunt coram rege. Suchouarę uero: Pribigoj[13] gradscic,[14] Chroatin, Zelodrag, Dragouit, Dobrogoj, Negouan. Si quis autem hanc meam oblacionem cupiditate deceptus quocumque ingenio uel temtem ad terminos predii de Dubio[15] cum suis circumadiacentiis pascuis. Sed quia resistebat mihi Vekemir Luce iupanus cum Boleslauo tepcii; et hoc donum, quod sancto martiri intuitu dei et pro remedio meorum predecessorum animarum feceram, contradicebat et ad nichilum deuenire satagebat, dicens, ipsam terram a rege predicto sibi esse concessam. Ob quam igitur contentionem die sancto pasce studui adesse ante presentiam predicti regis, ubi non modica turba nobilium tam Chroatorum quam Dalmatinorum adherat. Tunc coram omnibus interrogaui satis diligenter dominum meum regem, si tantillam hereditatem meam illis iupanis habere concessisset. Qui in facie omnium id se minime egisse respondit; atque mei misertus largitus est mihi legatum suum nomine Apricium socolarem, qui regia fretus auctoritate mihi et meam terram ab illis defendens redderet ac meam donationem publice coram uicinis in loco supra dicto, hoc est in monasterio sancti martiris C(h)risogoni, confirmaret et sigilli proprii munimine roboraret. Quod diuine misericordie instinctu factum est. Nam predictus Apricius una mecum ad predictum locum, uidelicet Suchouara, ueniens coram omnibus ibidem manentibus nec non coram aduenientibus subscriptis testibus terram iniuste que-

pore de domo dei auferre temptauerit, superni numinis iram incurrat, sortemque possideat cum his, qui dixerunt domino deo: „recede a nobis“, nec ut iudicetur sed perpetuo ut damnetur resurgat.

Ego Adam, presbiter et monachus, ueritate comperta manu propria scripsi.

Membrana in bibliotheca academiae Slavorum merid. Zagabriae, litt. longob. saec. XII, ni forte eiusdem XI saec. ad finem.

rentibus interdixit; et sicut illam domui dei largitus fueram una mecum regali institutione iterum tradidit et confirmauit. Unde ego, predictus Radouan, regia potitus iusticia rogo et contestor omnes[1] Christi fideles per patrem et Jesum Christum, filium eius, nec non et spiritum sanctum, ab utroque procedentem, ut hec omnia inuiolabiliter conseruent. Si quis autem hanc meam oblationem qualibet cupiditate deceptus quocunque ingenio aliquo tempore a domo dei auferre temptauerit, superni numinis incurrat iram, sortemque possideat cum his, qui dixerunt domino deo: „recede a nobis;“ nec, ut iudicetur sed ut perpetuo damnetur, resurgat. Cui donationi et facto interfuerunt hi testes: Desinna nonensis iupanus, testis. Cerminicus breberschico, testis. Voinna zatinscico, testis. Dalizo poliscico, testis. Cosma luscico, testis. Mutimir sidrascico, testis. Sarazino sitinico, testis. Jacobizo zastobriscico, testis. Bolano tepciza, testis. Johannes dat, testis. Johannes capellanus, testis. Budicio postelnico, testis. Desimir Smulie filius, testis. Tolimir psar, testis. Vitomir duornic, testis. Hii omnes testes fuerunt coram rege; Suchouare uero: Tribigoi grascik, Croatin, Zelodrag, Dragouit, Dobrogoi, Negouan.

† Ego Anastasius, chroatensis episcopus et aule regie cancellarius, hanc donacionis cartulam rogatu predicti Radouani et ex mandato domini mei regis iutus in ciuitate Nona scripsi et confirmaui. Feliciter.

Membrana litt. longob. saec. XII in archivo c. r. loc. consilii Jaderae cassa XIV, rottolo E, nr. 2. Transsumptum item recentius et librarii mendis refertum ibidem: acta s. Chrysogoni caps. I, masso H, nr. 7 (19).

Cod. dipl. CSD. I, 136.

Documenti huius exemplar sub *b* pluribus auctum atque interpolatum esse, ostendi fusius in Rad XXXVI, 146—150.

[1] V. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 640. Suha, Suhor, Suhavas, Suvara (Suhara). [2] Loco „Vecemir, Većemir“. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 57. [3] i. e. sokolar, соколарь falconarius. Daničić: rječnik iz književnih starina srbskih ad. h. v. [4] Cf. Černika. Cerminico forsitan loco „Ceruenico“. Vide Miklošić op. cit. nr. 445—6. [5] Ex slav. breberski, etiam breberьski, breberьsti, ita etiam zatinski, polьski, lučьski, sidraski, zastobrinski, addito „cus, a, um“. Vide Rad XXXV, 42. [6]

Dalica. Miklošić op. cit. nr. 101. [7] Cf. Bolin ibid. nr. 14. [8] i. e, ded, дѣдъ. [9] постєльникъ cubicularius. Miklošić: Lexicon palaeoslov. ad h. v. [10] Cf. Smil, Smilja. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 349. [11] пьсарь, qui canum curam gerit. Lexicon palaeoslov. ad h. v. [12] дворьникъ, serb. дворьскыи, дворьскыи приставь, comes palatii. Lexicon palaeoslov. ad h. v. Daničić: Rječnik ad h. v. [13] Male „Bribigoj". Cf. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 297. [14] i. e. gradšćik, grašćik in vinod. zakon Kolo III, 62 v. 165, 170. grajščak Acta croat. nr. XXXV. Cf. градьштакь Daničić: Rječnik ad h. v. [15] Dubь, Dubje, Dubno. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 75.

62.

A. 1070. Belgradi.

Joannes, Chroatorum ded, monasterio s. Chrysogoni Jaderae vendit suam possessionem in Čepriljani et donat curtem in Brda.

1.

Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXX, indiccione VIIII. Imperante domno Romano tercio, Chroacie[1] uero regnante Cresimiro[2] rege. Ego Johannes, Chroatorum dad, cum conscia[3] uxore mea Dobriza[4] uendo possessionem meam in loco, qui dicitur Cepriylani,[5] monasterio beati Chrisogoni[6] pro XX solidis iure perpetuo possidendam, presente Petro abbate. Que his cingitur terminis ac lateribus: a latere orientali uia publica, ab australi colina deserti, ab occidentali terra sancti Platonis, a septemtrionali terra Adamizo[7] iupani. His coram testibus: Laurencius testis, Desinna iupanus testis, Adamizo iupanus testis, Souinna setenico[8] testis, Saraçenus setenic[9] testis, Petrus capellanus testis, Vitodrago testis, Nepostoi testis, Michahel presbiter testis, Prodano testis, Rugota[10] testis, Andreas presbiter testis, Radouan testis.

Ego Adam, presbiter et monachus, rogatus et ueritate comperta (manu propria scripsi.)

2.

Item ego Johannes, Chroatorum dad, pro remedio anime mee eodem tempore concedo monasterio beati Chrisogoni martiris curtem in loco, qui dicitur Berda,[11] perpetuo possidendam, presente Petro[12] abbate. Hanc ipsam denique terram promerui a domino meo Cresimiro[13] rege, et ipse concessit mihi hanc facere donacionem. Acta sunt hec in ciuitate Belgrado coram ipso domino meo Cresimiro

rege et his coram testibus: Dragona scitonos[14] testis, Michahel testis, Johannes capellanus testis.

Et ego Dominicus, presbiter et monachus,[15] iussu donatoris manu mea propria scripsi.

Transsumptum recens in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: acta s. Chrysogoni cass. I, mass. H, nr. 7.

Cod. dipl. CSD. I, 138.

[1] Croacie. [2] Chresimiro. [3] conzia. [4] i. e. Dobrica. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 114. [5] Doc. a. 1195 (Cod. dipl. CSD. II, 174) habet „Ceperlani", Ceprijlani, Čeprlani. Locus Čepriljan in insula Uglian ex adversa parte civitatis Jaderae. Cf. Čeprek, allodium Zagrabiae. [6] Grisogoni. [7] Adami Mizo. [8] sachich, manifestum mendum pro „satnich", satnich = satnik, „setenico" v. nr. 60. [9] secniz i. e. setnic, сътьникъ, „setenico" vide nr. eodem. [10] „Ruyata". Vide nr. 60. Rugota a рѫгъ, rug. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 332. [11] Vide cod. dipl. CSD. II, 174: „terram Berde". бърда, бръда: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 34. [12] „Formino", apertum mendum: nam eotum abbas fuit Petrus, nec Formino inter abbates s. Chrysogoni vestigium reperitur. [13] Chresimiro. [14] „scutonos" loco „scittonos". [15] nisi forte etiam hic orig. membrana habuerat: „Adam, presbiter et monachus"; vel si „Dominicus" alteram partem scripserat, forsitan transcriptor verbo „presbiter" addidit monachus. Vide nr. 106.

63.

A. 1070. Jaderae.

Chrovatin cum fratre Lutostraho donat monasterio s. Chrysogoni suum territorium in Sekirani.

a.

† Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXX, indiccione VIIII. Imperatore Romano tercio regnante, C(h)robacie rege Cresimiro, bano Suinnimir. Actum in ciuitate Jadera. Ego Chrobatinus[1] una cum fratre meo Lutostracho[2] tradimus in monasterio sancti Chrisogoni territorium, quod abemus in loco, quod dicitur Sekerani,[3] abbate Petro presente, contiguum eiusdem ęcclesię territorium.[4] His coram testibus: priore Jadere Drago teste, Cusma iupano Luce teste,

b.

† Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXX, indiccione VIIII. Imperatore Romano tercio regnante, Chrobacie rege Cresimiro, bano Suinnimir. Actum in ciuitate Jadera. Ego Chrobatinus una cum fratre meo Lutstrach tradimus in monasterio sancti Chrisogoni territorium, quod abemus in loco, qui dicitur Sechirani, contiguum territorio eiusdem ecclesie, presente Petro abbate, perpetuo retinendum. Qui autem hanc nostram donacionem subtraere uoluerit,

Adamizo iupano teste, iudex Maio Jadere teste, Apricio teste, Cando teste, Dabro de Bonamuta teste, Andreas filius episcopi testis.

Ego Adam, presbiter et monachus, ueritate comperta rogatus manu mea scripsi.

Membrana litt. longob. in c. r. archivo loc. consilii Jaderae: Cass. XXIII. nr. 611.

Cod. dipl. CSD. I, 138.

omnipotentis iram incurrat. Actum hoc in ciuitate Jadera his coram testibus: priore Jadere Drago teste, Cusma iupano Luce teste, Adamizo None iupano teste, Maius Jadere iudex testis, Apricio teste, Cando teste, Dabro de Bonemute testis, Andreas filius episcopi testis.

Ego Adam, presbiter et monachus, rogatus a donatore et ueritate comperta manu mea scripsi.

Membrana ibid. cass. I, masso H, nr. 7.

E registro antiquo privilegiorum s. Chrysogoni J. Lucius: de regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 100. Farlati V, 604. Cod. dipl. CSD. I, 138.

[1] Cf. Hrvatin: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 432. [2] Ibid. nr. 209, 373. [3] membrana scribit „sa kare (inter duas lineas) kerani". Doc. a. 1195 (cod. dipl. CSD. II, 174) „Secherani"; charta *b* melius: „Sechirani", Sekirani. Cf. Sekira, Sikera, Sikirica. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 569. [4] Ordo verborum quoad sensum esset: „territorium, quod (h)abemus in loco, quod dicitur Sekerani, contiguum eiusdem ęcclesię territorium(o), abbate Petro presente his coram testibus.

64.

C. a. 1070.

Missus regis Cresimiri ecclesiam s. Cosmae et Damiani adiudicat monasterio belgradensi s. Joannis.

Quomodo misit uenerabilis rex Cresimir[1] nuncium suum[2] in Alba[3] ciuitate inquirere de iusticia ecclesie sancti Johannis euangeliste de sanctis Cosme et Damiano de monte.

Breue recordationis, quomodo placuit regi C(resimir), quod mitteret nuncium suum in Alba[4] ciuitate inquirere a populo ciuitatis: si uera essent ea, que abbas Felix requirebat et proclamationem faciebat, scilicet de iusticia ecclesie sancti Johannis euangeliste de sanctis Cosme et Damiano, et quid populus diceret. Inde missit Uuillum[5] Dragum, qui uocauit populum ad se ad sanctum Johannem; ad quem populus uenit dicens, quod, quiquid abbas requirebat de

iusticia ecclesie, iustum requirebat. Ista sunt nomina hominum: Semiuitus, Petrus, Petrus iudex, Nicolaus archidiaconus, Micha uetulus, frater eius Belço,[6] Vitaça, Johannes presbiter, Negulus,[7] Lube,[8] Andreas, Drase et frater eius Dabrana, Gregorius, Domaccha,[9] Trunçannes. Et omnes ciues affirmauerunt priuilegium sancti Johannis de sanctorum Cosme et Damiani, et semper debuisset permanere sub potestate huius monasterii.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis belgrad: Policorion p. 13. in archivo c. r. loc. consilii Jaderae.

Farlati IV, 4. Cod. dipl. CSD. I, 146.

Felix praefuit monasterio s. Joannis post Andream (1059 v. nr. 40) et ante Petrum (1076 v. nr. 89).

[1] Chresimir. [2] „suum" supra lineam. [3] quae sequuntur scripta sunt in margine folii. [4] i. e. Belgradum. [5] rectius „Uoillum". Cf. Vojil, Vojilo. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 44. [6] Cf. Bêlca Bêluca. ibid. nr. 27. [7] Nêgul. ibid. nr. 256. [8] Lub, Luban, Ljube. ibid. nr. 207. [9] Domacha. ibid. nr. 117.

65.

C. a. 1070.

Cresimir rex Apriçoni socolar, dum cum regina et ščitonoša suo hospitio ab eodem susceptus esset, donat terram in Jelčani.

Vide nro. 133, 5. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 99.

66.

C. a. 1070.

Cresimir rex donat terram in Kamenjani Pribine Gusić, filio Prvanegi,[1] dum ordinem s. Benedicti in monasterio s. Joannis Belgradi ingrederetur.

Vide nr. 133, 10. Memoria fit in litteris regis Stephani a. 1166. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 99. Cod. dipl. CSD. II, 71.

[1] Idem probabiliter, qui a 1059 iupanus Lucae fuit.

67.

A. 1070, 8 Julii. Belgradi.

Petrus Cresimir territorium ecclesiae arbensis definit et confirmat.

† Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi[1] MLXXI, indictione VIIII, die octava mensis iulii. Tempore domni Alexandri pape[2] urbis Rome. Ego Cresimir, rex Dalmatinorum ac Chroatorum, insimul meis cum principibus iustitiam arbensis ecclesie retinentes et eam in protectione nostra suscipientes uolumus et perpetuo iure

assentientes firmamus, ut dicta ecclesia habeat suas parochias, silicet iuppam, que fuit sub alpibus a castro latine Murula uocitato sclauonice Steniçe[3] usque ad flumen Copriue et ecclesiam sancti Georgii in Rawna;[4] Kissam[5] suis cum pertinentiis, tantum retinentes de iure suo paucas uillas Pagi: Peçani,[6] Murowlani[7], Wlasiçi,[8] quas, et si pro malo habet, nouo dedimus episcopo nonensi; iuppam Licche,[9] iuppam Buçani[10] et Boçachi.[11] Et hoc statutum uolumus perpetuo inuiolabile manere, sicut semper a maioribus natu didicimus dicte iam ecclesie inuiolabile perstitisse. Quicumque igitur nostris de successoribus hoc priuilegium perturbare et ei uim infferre aliquo molimine atemptauerit, nostro iudicio pellatur a regno; de inferioribus sanctimus componere centum libras auri, regali curie medietatem et sancte predicte arbensi ecclesie aliam medietatem. Ad roborem et uigorem nostreque cartule dationis assentionisque iustitie mitram nominis nostri inpressis litteris prelibate donamus ecclesie et nostri sigilli impressione firmando roboramus. Indictione VIIII. Datum est hoc priuilegium Arbensi ecclesie in castro Belgrado per manum Johannis diaconi et domini regis notarii coram comuni curia.

Membrana orig. litt. lat. in archivo communis Arbe, quondam in sanctuario ecclesiae ibidem; communicavit mecum eiusdem communis prior d. de Dominis Jos. Habet sigillum cereum pendens, $10^1/_2$ cm. in diametro, in cuius medio visitur imago regis in throno sedentis, in manu dextera sceptrum, in sinistra vero globum tenentis, circum circa inscriptio litteris maiusculis: „† SIGILLVM REGIS CRESIMIRRI DALM. AC CHRO".

Privilegium hocce confirmatum fuit a. 1111 a rege Colomano: Cod. dipl. CSD. II, 17.

J. Lucius de regn. Dalm. et Croat. lib. III, c. 12. p. 142. Farlati V, 229. Jura regni CSD. I, 15. Cod. dipl. CSD. I, 140. Franciscus de Dominis, notarius arbensis, a. 1673 descripsit. Msc. Ruić: Rifflessioni storiche sopra la città e isola di Pago. Msc. in bibliotheca academiae Slav. merid. Zagrabiae, p. 50.

[1] ihu $\frac{i}{x}$ [2] pp. cum *ee* desuper. [3] Stenice, nunc Stinica ad Jablanac „sub alpibus" ex opposita regione insulae Arbe. [4] Antonius Raymundi in sua descriptione nonensis dioecesis (Farlati IV, 225—6) initio saeculi XVI commemorat sub castro Obrovac" monasterium ordinis s. Benedicti sub invocatione *s. Georgii de Copriva*". Adest quoque ibi pagus Ravanska. [5] Nunc „Pago". [6] Pećani. V. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 430. [7] Ruić loc. cit. „Murovlane, s. Michiel era la parochiale, ora Gorizza". [8] i. e. Vlašići. ibid. nr. 731. [9] i. e. Lika. [10] i. e. Bužani, in qua iuppa tardius adducuntur castra: Kosinj, Novigrad, Ostrovica, Perušić. Črnčić: najstarija poviest krčkoj itd. biskupiji str. 22—25. [11] i. e. Bočaći, in qua iuppa commemorantur tardius loca: Psivići, Botuci, Banj dvor, Búk, Srakovina etc. Črnčić ibid. p. 26—30.

68.

A. 1071. Pago.

Kessensis communitas monasterio s. Michaëlis de Sansicovo donat suum monasterium s. Petri de Neumis.

† Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi MLXXI, indiccione VIIII. Tempore Cresimiri Dalmatinorum ac Chroatorum regis et Dragi arbensis episcopi. Nos denique Kessensis communitas, quia deo et monasterio sancti Michahelis de Sansicouo[2] in primordio edificacionis ipsius monasterii oculte et aperte offendimus et quia deus sua misericordia nos per reuelacionem sancti Nicolai uisitauit, quod strages, qua deprimimur, ob id super nos deuenisset: communi consilio pro emendacione mali facti, quod fecimus, donamus nostrum monasterium sancti Petri de Neumis insulis monasterio Sansicouo cum suis utrisque insulis Neumis[3] et eorum pertinenciis, et cum x libris ecclesie et III aratris boum et II campanis et CCVI ouibus et XVIII iumentis et L uaccis. Pristauum[4] uero rogamus dari (a) Mazolino arbensi comite, qui noster est. Que omnia uolumus ut dictum monasterium sancti Michahelis, excepto nominato pristauo, habeat et iure hereditario (in) perpetuum possideat, salua tamen iustitia arbensis ecclesie. † Ego Mazolinus arbensis et kessensis comes testor et me subscribi iussi † Ego . . . . dono et uolo et subscribere me rogo. † Ego Dobrogost hanc donationem esse uolo. † Ego Petrus dono et uolo. † Ego Duimus Uulastelin[5] dono et uolo. † Ego Stanimir dono et uolo. † Ego Bardinus[6] dono et uolo. † Ego Prelut[7] dono ot uolo. † Ego Sudimir dono et uolo. † Ego Paulus dono et uolo. † Ego Cuiiamir[8] dono et uolo. † Ego . . . . dono et uolo. † Ego Bastian dono et uolo. † Ego Stojan dono et uolo. † Ego Gostimer dono et uolo. † Ego Zupan dono et uolo. Ego . . . . dono et uolo. † Et omnes quotquot sumus, hanc donacionem uolumus esse in perpetuum ualituram † Et ego Dragus, arbensis episcopus, notate interfui donacioni et, saluo iure nostre sedis, assencio et hoc priuilegium fieri iubeo, in cuius diocesi donante donata sunt.

† Ego Martinus diaconus examinator manum misi.

Transsumptum saeculi XIII in finem vergentis aut XIV ineuntis, tempore videlicet arbensis comitis Marci Michaelis[9] uti ex hac adnotatione elucet: „Ego Martinusius de Slouigna, examinator domini comitis Marchi Michaelis et eius curiae, examinaui".

Farlati: Illyr. sacr. V, 229. Lucius: de regno Dalm. et Croat. lib. III, c. 12. p. 142. extractum tantum communicavit. Ruić msc. cit. nro 67, p. 44. Cod. dipl. CSD. I, 140.

[1] vel „Kissensis". v. nr. 67. [2] Sansigo, Sansego, insula parva cum eiusdem nominis pago ad occidentem insulae Absorensis (Ossero), nunc lussinensis. Slav. Šušak. [3] Nunc scogli di Nembo, di s. Pietro di Nembo, non procul a praedicta insula, meridiem versus. Scoglio di s. Pietro e scoglio asinello. [4] „pristinum", manifestum mendum librarii pro „pristauum", aliter „pristaldus", corruptum ex „pristauus", приставь (Daničić: rječnik ad h. v.), inde „pristaustina" i. e. pristavština (Cod. dipl. II, 90. 140) i. e. taxa, quam pristav opere executo meruit. V. приставьштина. Daničić: rječnik ad h. v. [5] valastelin. Vide Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 41. [6] Forsitan „Darinus". ibid. nr. 103. [7] Perlug, nil significat. Prelut ibid. p. 22 et nr. 74. [8] „Culiamir". Cf. Kujava, Kulin. ibid. [9] Fuit arbensis comes a. 1280. 1308. Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. I, 127—227.

69.

A. 1072.

Cresimir donat monasterio s. Mariae Jaderae territorium in „Berda".

(Charta suspecta.)

Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXXII, indiccione VII.[1] Ego Cresimir, dei prouidencia rex Chroatorum et Dalmatinorum, pro remedio animę meę et parentum meorum trado in monasterium uirginum, situm Jadere, in honore beatę uirginis Marię, (in) presencia Agapis abbatissę, territorium in loco, quod Berda uocatur,[2] quondam possessum a duobus colonis, nomine uni Benach, alteri Beneda,[3] iure perpetuo possidendum. Si quis autem meorum successorum id irritare temptauerit, pauendi incurrat sumpmi iudicis iram, damneturque cum his, qui leuam tenuerint partem. Johannes causidicus regis testis, Dragana[4] scutarius regis testis, Adam(iz) iuppanus nonensis testis, Desinna iuppanus testis, Prodano iuppano testis, Zouinna setinico testis, Vekenego setinico testis.

Et ego presbiter Michacio, capellanus regis, scripsi et corroboraui.

Registrum membr. in archivo monasterii s. Mariae Jaderae fol. 29 a. Descrizione etc. Adsunt praeterea plura transsumpta.

Farlati V, 604. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 9. p. 82. tantum insinuat. Cod. dipl. CSD. I, 144.

Annum millesimum LII in quodam exemplari male adpositum esse, patet vel ex eo, quod monasterium s. Mariae primum a. c. 1066 extructum fuerit. (V. nr. 50.). Verum documentum hocce vel vitiosum vel plane interpolatum est; nam eo tempore non Agape sed Cicha abbatissa fuit (vide nr. 77); causidici regii munus nullo alio documento confirmari potest; testium denique nomina, aliunde coacta, totusque litterarum tenor authentiam in dubium vocat. Forsitan interpolationis ansam dedit lis, quam ipsum monasterium ob terram „de Berda" habuit cum „pluribus nobilibus Jaderae" sequenti saeculo exeunte (Cod. dipl. CSD.

II, 205). Eotum abbatissa Tolia exhibuit coram iudicio „priuilegium Cresimiri regis bone memorie, quod habebat“.

[1] loco x. [2] Terminabatur „ex parte occidentis uia publica, que uadit Nonam, uersus boream recta linea usque ad Bregum . . et ab inde uersus austrum per spinam collis per uiam antiquam . . .“ Cod. dipl. CSD. II, 206. [3] Benak, Beneda, ben = occisio. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 5. [4] Etiam „Draugana“.

70.

A. 1072. Jaderae.

Petrus iupanus de Sidraga cum fratre Slavizo tradit monasterio s. Chrysogoni Jaderae territorium patris Semiviti in „Bravizo“.

† Anno ab incarnatione domini Jesu Christi[1] millesimo LXXII, indictione VII.[2] Ego Petrus iupanus de Sidraga cum Slauizo fratre[3] per remedium animarum nostrarum et parentum[4] defunctorum trado in cenobium sancti Chrisogoni[5] omne territorium, quod pater meus Semiuit[6] possedit in loco, quod appellatur Brauizo. Si quis autem hoc irritare temptauerit: quod cauet,[7] reperiat; quod uitat, inueniat. Actum in ciuitate Jadera presente Petro abbate.[8] Martino comerciario teste, Sergio teste, Maio filius Cerneca teste, Neuprat teste.

Ego Adam, rogatus a predictis fratribus, manu mea scripsi.

Duo apographa in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: a) vetus saeculi XII in membrana, cassa XVIII nr. 454. b) recentius inter acta s. Chrysogoni cap. I, masso H, nr. 7. p. 4. Alterum discrepat a priori in pluribus.

Farlati V, 604. Cod. dipl. CSD. I, 143.

[1] ihu xpi. [2] Exempl. *b*: „anno dominice incarnationis millesimo LXXII, per indictionem septimam“. [3] Exempl. *b*: „cum fratre meo Flauizo“. [4] Idem: „nostrorum uiuorum et defunctorum“. [5] Grisogoni. [6] „Semiuit“ supra lineam. Exempl. *b*. absque hoc nomine proprio. [7] Exempl. *b*. „caute“. [8] Ibidem: „et his coram testibus“.

71.

A. 1072. Nonae.

Fratres Sovina, Desimir, Petrus, Grimela et Slavic donant monasterio s. Chrysogoni Jaderae suam possessionem iv Bravizo.

a.	b.
	(Charta interpolata.)
† Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi[1] millesimo LXXII,	Anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo LXXII,

indiccione vii.[2] Regnante Cresimir Chroacię et Dalmacię, Stefanoque episcopante. Uisum nobis est fratribus Zouinna,[3] Desimir, Peter, Gromela,[4] Slauiz, de ciuitate Nona, ut pro remedio animarum nostrarum et parentum nostrorum defunctorum, quorum nomina indicamus: Ueliacus,[5] Stepan, Tomidrag, Uekemir, Raddomir, nomina autem feminarum defunctarum: Petrona, Bolinega, dare in cęnobio sancti Chrisogoni martyris, situm in Jadera, possessionem in Brauizo a mare infra et supra, quę a nostris possessa est, septam antiquis maceriis, cuius pertingit terminus per collem a meridie usque ad aquam recto itinere, que oritur iuxta siluula, quę uocatur lusiz, et inde extenditur in australi parte iuxta Mozaua[6] usque ad aliam aquam, quę, subterraneo meatu uidetur habere originem a fonte, qui uocatur sliuinich,[7] qui fons in eadem possessione est; indeque ducitur terminus iuxta siluam, quę dicitur uirrouikka,[8] qui sursum tenditur contra mare et peruenit ad antiqua sepulchra, quę in eadem habentur possessione; et inde ducitur funiculus usque ad terrulam eeclesię sancti Chrisogoni, ubi primitus idem martyr sepultus fuerat; et ab ipsa tenditur usque ad ecclesiam iam dicti martyris, quę adheret ęcclesię sancti Petri sitę ibidem, hinc et inde iterum usque ad mare; tam in collibus quam in uallibus

indictione septima. Regnante glorioso Croatię Dalmatięque rege Chresimiro. Visum nobis est fratribus Zouinę, Desimiro, Petro, Gromilę et Flauizo, ut pro remedio animarum nostrarum uel parentum nostrorum defunctorum, quorum nomina sunt hęc: Veliacus, Stephanus, Tomidrag, Vachemir, Rodomir, feminarum quoque defunctarum nomina: Petronna, Botenega, Berę cenobio sancti martiris Grisogoni possessionem iusta mare infra et supra colinam, pertingit terminus a parte aquilonis usque ad aquam, quę oritur non longe a siluula, que uocatur lucus, et inde extenditur iuxta alteram aquam, quę subteraneo meatu uidetur habere originem a fonte, qui uocatur Schiuinil, qui fons in eadem possessione nostra est; indeque ducitur funiculus non longe a sepulcris, ipsaque sepulcra in eodem nostro habentur territorio; et inde porrigitur usque ad ecclesiam sancti Grisogoni, quę aderet ecclesię sancti Petri, hinc et inde usque ad mare; et quidquid nostri iuris reperiri potest in loco, qui uocatur Brauizo, in abbatis Petri iure perpetuo possidendum. Si quis autem nostrum post obitum hoc donum pietatis aufere temptauerit, parui pedens summi numinis iram, cum supremus iudex mundum iudicaturus aduenerit, non cum electis ad dexteram positus uocem remunerationis,

et quicquid nostri iuris reperiri potest in Brauizo in abbàtis Petri presencia fratrumque eius iure perpetuo tradimus possidendum. Si quis autem nostrum post obitum hoc donum pietatis aufere a dicto cęnobio temptauerit parui pendens nostro uoto, iram omnipotentis dei incurrat; et cum supremus idem iudex mundum iudicaturus aduenerit, non cum electis ad dexteram possitus uocem beatitudinis sed cum reprobis condemp(na)cionis audire mereatur. Actum in ciuitate Nona in presencia prefati regis: Druznik[9] ded, Pribidrug postelnik, Dragana[10] scitnik regis, Adamiz iuppanus, Desinna iuppanus, Prodanus iuppanus. Item testes latini: Drago prior, Andreas prior, Maius iudex, Candidus, Nikyforus, Petrus comerzarius et Prestancius frater eius.

Ego Adam rogatus a predictis donatoribus scripsi.

sed cum reprobis condemnationis audire mereatur. Actum (in) ciuitate Nona in presentia prefati regis: Drusinic ded testis, Pribidrago postelnic testis, Druyana scutarius regis testis, Adamizo iupanus testis, Desina testis, Prodanus iupanus testis. Item alii testes latini ex ciuitate Jadera: Dragus prior testis, Andıeas prior testis, Maius iudex testis, Prę-stantio Doda testis, Petrus comerzarius testis, Candidus testis, Nichiforus testis.

Ego Adam a prędictis donatoribus rogatus manu mea scripsi.

Apographum vetus membranae *a.* litt. longob. in archivo c. r. locum. consilii Jaderae: casseta XVIII nr. 445. initio quidem saec. XII, uti e continuata, eademque manu exarata scriptura elucet, cuius textum, pro re diplomatica nostra magni ponderis, hicce adducimus: „Dehinc elabentibus pluribus annis, temporibus uidelicet apud nos domini Colmanni regis, quidam peruersi nepotes uirre substraxerant aliquos agellulos de predicta possessione falsificantes cartam istam. Quod prospicientes nos fratres iam dicti cenobii eos stare fecimus ad iudicium episcopale. Et datis iudicibus iudicauerunt nobis tribus monachis iurando firmare cartam istam; et alii tres similiter iurarent de nepotibus illorum, qui illam donarant nobis possessionem. Quod et factum est. In primis iurat dominus Dabrus nuper abbas, deinde Georgiuş presbiter et Gauzulus presbiter; item de heredibus illorum, qui nobis hoc benigne egerant, iurat Radoslaus filius Petri iuppani, Saracin filius Slauizi iuppani similiter et Climin filius Desinnę iuppani similiter. Judices autem hi tres fuerunt ..... regis iudex, Miroslaus psacensis comes et Desinna noster iudex. Hoc itaque iudicium factum est in quadriuio maiore, sacramentum autem in nostro capitulo palam his testibus: Maius archidiaconus, Uitaza olim prior, Trunzan iudex, Uilcina iudex, Maius pucanna, Maius tribunus, Zanizus tribunus, Gregorius tribunus, Forminus tribunus, Uilcinna comerzarius. Ex Slauis testes: † Slauizus. † Radoslaus. † Saracin. † Jaco(u)us. † Geronnus. † A. † A. † C. † G. † Pribinna.

Postea perlustrantes omnia loca illa ita inuenimus, ut scriptum erat, erigentesque lapideos aceruos possedimus."

Cod. dipl. CSD. I, 141.

Apographum membranae *b.* in archivo c. r. loc. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni capsa I, masso H, nr. 7 (19).

E registro privilegiorum monasterii s. Chrysogoni J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15, p. 100 adducit tantum initium et finem. Farlati V, 604.

Chartam sub *b.* et corrumptam et interpolatam esse pluribus ostendi in Rad XXXVI, 150—3.

[1] ihu xpi. [2] anno 1072 fuit indic. X. [3] Etiam „Souinna" nr. 60. Cf. Sobina. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 353. Sobeslaus et Zobeslaus. [4] Cf. Grzymala, Grimьc. ibid. nr. 87. [5] i. e. Veljak. Cf. Veljko, Veljan. ibid. nr. 32. [6] i. e. močava. Cf. močar, močara palus. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 351. [7] i. e. Slivьnik, Slivnik. ibid. nr. 590. [8] Cf. ib. nr. 729: vir, virje, virovo. [9] i. e. Družnik. v. ibid. nr. 120. [10] Drugana v. nr. 45.

72.

Circa a. 1070—2.

Petrus, filius Semiviti, donat monasterio s. Mariae Jaderae ecclesiam ss. apostolorum Petri et Pauli in Bravizo.

Ego Petrus, Semiuiti[1] filius, una cum filiis Crine[2] et omnes mei propinqui donamus pro animabus nostrorum parentum et pro salute nostra et nostrorum successorum cenobio sanctę Marię ecclesiam, quę est in Brauizo dedicata in honore sanctorum apostolorum Petri et Pauli, et cum omni territorio nostro, incipiente a territorio sancti Chrisogoni (et) ex utraque parte descendente usque ad riuum et ex alia parte riui ascendente[3] usque ad siluam iuxta territorium sancti Nicolai, excepto quasdam terrulas, quę sunt in medio sancti Chrisogoni; ut habeant et possideant in perpetuum. Si quis hoc nostrum actum[4] frangere presumpserit, maledictionem dei incurrat et secundum mos terre satisfaciat. Actum est hoc coram horum nobilium presentia: Stephani[5] iadertini episcopi et Drago prioris atque Madii iudicis nec non Slauici[6] iupani et Zidimiri[7] iupani et aliorum.

Et ego presbyter Martinus, capellanus, interfui, scripsi et testis sum.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae. fol. 25 a. Farlati V, 606. Cod. dipl. CSD. I, 130.

Tempus, quo donationales hae editae sunt, e Dragi prioratu et Madii iudicatu facile deducitur.

Hocce territorium a. 1166 vindicabat sibi monasterium s. Platonis

Jaderae; archiepiscopus tamen iadertinus Lampredius et comes Dominicus Maurocenus adiudicarunt illud monasterio s. Mariae, quod „testamentum“ Petri filii Semiviti in iudicio exhibuit. (Vide eiusdem registri fol. 25. b. Cod. dipl. CSD. II, 73).

[1] Cf. Semouitus, Zemouit. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 142. [2] Crьne, Črъne. ibid. nr. 446. Etiam „Cerne“. [3] „descendentem, ascendentem“. [4] „factum“. v. nr. 129. [5] „Dabr-ane“, qui inter episcopos Jaderae neque reperitur, loco „Steph-ani“, qui illi ecclesiae sub Dragi prioratu praefuerat. [6] Cf. Slauiz, Slavica (fem.), Slavik (slauic), Slavьko (Slauico). Miklošić. ibid. nr. 346. [7] i e. Zьdimir, Sъdimir, Zdimir. ibid. nr. 380.

73.

Circa a. 1072.

Družnik Chroatorum ded donat „cum assensu Cresimiri regis“ monasterio s. Chrysogoni Jaderae „quandam curtem in Brda ad locum, qui dicitur Sliunicus“.[1]

„Autenticum“ commemoratur in charta Dedomiri a. 1182, 9 Februarii. Orig. in archivo c. r. loc. consilii Jaderae caps. I, masso K, nr. 4. Cod. dipl. CSD. II, 125.

[1] Slivnica, pagus in communi Novigrad et districtu iadertino.

74.

Anno 1073.

Većenêg donat monasterio s. Mariae Jaderae „omnem possessionem suam“.

In nomine domini nostri Jesu Christi, et eiusdem incarnacionis anno millesimo LXXIII. Regnante Cresimiro Chroacię, bano Suinimiro, episcopatum uero (Jaderae) gubernante domino Stephano, in ciuitate Nona iuppanus Adamizo. Ego denique Uekenego[1] pro remedio animę meę precipio fieri in domo sancte Marie de Jadera omnem possessionem meam, quam habeo in uineis, terris cultis et incultis, et omnia animalia, (de) pecoribus uel iumentis; omnia et in omnibus si(n)t in predicta domo sanctę Marię in perpetuum possidenda. Et si quis parentum meorum contraire temptauerit, quod absit, iratum habeat trinum et unum deum, et cum Juda Scarioth in inferno dampnetur. Adamizo iuppanus testis, Prodano testis, Desinna testis, capellanus Grubina testis, Tolimiro[2] testis, presbyter Dedochna[3] testis, presbyter Barba testis, Zouinna testis, Nepostoy testis, presbyter Milotech[4] testis, Petrus de Bonemuta testis, et alii plures testes.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae, fol. 19. a. Farlati V, 51. Cod. dipl. CSD. I, 146.

[1] In charta nr. 69: „Vekenego setьnik". [2] Tollimir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 400. [3] „dedochna", i. e. Dedohna. Cf. ibid. p. 17. Bratohna, Dragohna, Mirohna. Thema дѣдъ cf. Dědon, Dědak, ibid. nr. 127. [4] Cf. ibid. p. 27, 28: Milobrat, Milivoj, Milonêg, Milorad.

75.

Anno 1059—73.

Cresimirus rex donat monasterio s. Joannis evang. Belgradi „terras de Jaseniça et terras Draçani".

Charta deperdita, quae in litteris iadertinis a. 1197 commemoratur. Cod. dipl. CSD. II, 183.

76.

Anno 1059—73.

Cresimirus rex donat Žezane, fratri Brataše, unum „molinum".

Vide nr. 111.

77.

Anno 1070—3.

Nota de terris monasterii s. Mariae Jaderae, quas abbatissa Cicha in Petrizani comparavit.

Abbatissa C(icha) monasterii sancte Marię cum suis sororibus comparauit terram in Petrizani[1] sub Cresimiro[2] rege et Sui(ni)miro bano a filiis Dobromiri: Rudinna,[3] Adamizo, Saraceno pro xxxvii solidis. In eodem loco a Grego(rio) Seuotiche[4] pro uno solido, de(cem) capris et uno boue comparauit terram; et aliam a Techna,[5] Trilie filio, pro duobus solidis. In eodem loco ab Adam Debel pro v solidis; et aliam in eodem loco a presbitero Breberizo pro iii solidis; et pro rogacione eiusdem terre Neuprato dedimus iii solidos de grano. His testibus presentibus[6]: Dabrala[7], Sega, Dabrostraza[8] Trunzani filius, iudicator Margastrona, presbiter Seralia, Dabrize, Trudalata, Doda, diaconus Madius, presbiter Barba, Santase, Dragouito,[9] Spitar,[10] Stoiana ded, Crasona[11] duornik[12], Zaron[13] gradskich[14] et frater eius Adamiz.

Registrum membr. lit. long. in archivo monasterii s. Mariae Jaderae. p. 9. Transsumptum valde vitiosum.

Cod. dipl. CSD. I, 146.

Tempus huius notae eruitur e banatu Svinimiri sub rege Cresimiro.

[1] Nunc „Petrćane", pagus in districtu iadertino. [2] Crescimiro. [3] Rud = ruber. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 326. [4] Seuotibe. cf. Sobitěch ibid. 353. [5] „Teona", Tec(h)na. ibid. nr. 414. [6] „His teps" puto legendum esse „his te(stibus) p(re)s(entibus)", non autem: „testibus: ep(iscopu)s". [7] loco „Dobrila". [8] Dobro-strêza. Cf. op cit. p. 26 et nr. 114, 375. [9] „Dragosibe". [10] „Spizar". Spitar vide ibid. nr. 356. [11] Ibid. nr. 177: Krasan, Krasonj. [12] „douornik" mendum pro „duornik". [13] Cf. Žarьko ibid nr. 130. [14] „driskeuik", puto corrigendum esse: „gradskich" loco „gradscich" = gradščik. V. nr. 61.

78.

Circa a. 1073.

Cresimirus rex vendit Petro, abbati s. Joannis Belgradi, „alodium cuiusdam Barbare uiduae in ualle Pagnana pro XL romanatis".

Vide nr. 133, 36.

79.

Anno 1059—73.

Rex Cresimir donat monasterio s. Joannis Belgradi terram in Seruiça.

Vide nr. 133, 9.

80.

(Spuria.)

„Existente Cresimiro Croatie" rege communitas Absarensis donat abbatiae s. Petri de Absaro quasdam terras „in insula Hye, que uocabatur Corona".

„Instrumentum in forma privilegii" productum a. 1356 coram Francisco Bono, vicario patriarchae Gradensis. Monumenta spectantia historiam Slav. merid. III, 301.

Initium huius instrumenti: „Tempore Alexii imperatoris (1081—1118) existente eius filio Cressimiro Croatie" (rege), sat clare eiusdem interpolationem demonstrat.

81.

A. 1065—74.

„Breve recordationis“ de terris in Trsteniko, a Rusino iupano morstico datis monasterio s. Petri in Selo ad Salonam et confirmatis ab eiusdem fratre rege Slavico, item de sua terrarum parte ab eodem rege huic monasterio donata.

Breuem recordationem facio ego Rusinus,[1] qui et morstici, de terris, que sunt in Tristenico.[2] Pars, que mihi contigit, uolo et iubeo ut sint in monasterio sancti Petri pro remedio anime. Nam si quis eam subtrahere (temptauerit), iratum habeat trinum et unum deum, et meam maledictionem. Oblata sunt autem hec coram Preda filio Stepaniti et Dragisse.

Denique post mortem prefati (Rusini) morstici uenit uxor eius et affirmauit prefatas terras coram presbitero Vilcana et filio Milese[3] et Rusello filio Sovine et Desimiro filio Dreuaro nec non Deviano.[4]

Postea uenit Slauiz rex et corroborauit prenominatas terras coram Petro bano et Sarubba[5] iuppano et Ded filio Climini[6] et Uelcano setnico et Juuano filio (Uilcane) brauaro et Zurra filio Tripuni.[7] (Testes :) presbiter Pauesa,[8] Budimir tepciza et presbiter Uilcano.

Ibidem Slauiz ante eosdem testes sicut partem fratris sui[9] affirmauit, sic suam partem, que ibi habebat, in eadem ecclesia, pro remedio anime sue nec non sui fratris, perpetualiter contulit.

Registrum membr. uti videtur, saec. XII olim monasterii s. Petri in Selo, nunc in archivo spalat. capituli p. 16. Transsumptum in msc. cod. bibliothecae scientiarum academiae Zagrabiae nr. 287. fol. 49—50.

F. Carrara: Archivio capitolare di Spalato. Spalato 1844. p. 60. Cod. dipl. CSD. I, 148.

Regis Slavici confirmatio et donatio ad a. 1074—5 referenda est, illi Rusini donatio aliquo temporis intervallo praecessit.

[1] Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 329. Rusin. [2] i. e. Trъstenik. [3] Ibid. nr. 220. Mileša. [4] Ibid. nr. 126. Devjan. [5] Forte pro Svaruba. ibid. nr. 336. [6] Ibid. nr. 146. Klima, Klime. [7] Ibid. nr. 406. Tripe, Tripko. [8] panesa. Ibid. nr. 273. Paviša. [9] i. e. Rusini, quod quidem confirmatur his verbis acti anni 1176 eiusdem msc. (p. 25): „quas quidem terras Rossene moristicus prius donauit monasterio sancti Petri de Gomai, et post mortem ipsius Rossene moristici Petrus Slauus, filius eius, et Slauizo, auunculus eiusdem Petri Slaui, prenominatas terras in sepe dicto monasterio confirmauit“.

82.

C. a. 1074. Almisii.

Slavizo rex cum Petro bano et Saruba iupano, eisdem „residentibus in ecclesia s. Petri, que est in Olmisi" definit litem inter Petrum Černi et Tugaranos de territorio „a saline usque ad uineam tilstocosse."

Vide nr. 111.

J. Lucius: de regno Dalm. et Croat. lib. II, c. 10. p. 85.

83.

A. 1075, mense novembri. Spalati.

Archiepiscopus Gerardus, papae Gregorii VII. missus, monasterio s. Chrysogoni Jaderae cellam s. Joannis in Silago iterum confirmat.

In anno millesimo LXXV ab incarnacione domini nostri Jesu Christi, mense nouembris. Ea tempestate, qua comes Amicus regem C(h)roacie cepit. Ego Girardus, sancte romane ecclesie apocrisarius sipontineque sedis gracia dei archipresul, missus a domino Gregorio papa partes in istas, statui sanctam synodum spalatina in urbe sedens uniuerso cum cetu, firmans uera, exsecrans illicita, respuens falsa. Tum in hora (illa) Petrus, uenerabilis abbas sancti Chrisogoni, conquestus est de cella sancti Johannis (sita in insula), que uulgo Silagus nominatur, quod suus episcopus, uidelicet Stephanus, illam sibi abstulerat. Unde abbas nobis cartulam porrexit, in qua inuenimus, quod Grubina,[1] que olim supra dictam cellam sua sponte donauerat, postea, suggerente sibi inimico, studebat auferre. Hoc gestum est tempore Teuzonis[2] legati domini Nicolai pape. Sed dictus apocrisarius, uidens hoc arte diabolica machinari audax, ut scriptura testatur: „iustus confidit ut leo", inuestiuit abbatem per baculum, quem gestabat manu, Nicola[3] priore concedente cum suo populo; et insuper eternas maledictiones futuris usurpatoribus dedit. Ego autem uidens sibi (in)iuste fieri, et omne consilium meum, rursum precipimus suo presuli inuestire abbatem (et) cenobium (de) sua illa (cella)[4], per pedum, quod manu portabat. Contradicentibus autem nostra uerba hec et auferre uolentibus post noxia uerba illius missi prioris collaudamus, et nostra insuper posuimus. Laurencius archipresul collaudat et roborat, Johannes tragurinus episcopus collaudauit, Prestancius belgradensis[5] episcopus collaudauit. Et omnis synodus collaudat et roborat.

Transsumptum quondam in archivo monasterii s. Joannis (Cosmae et

Damiani) Belgradi J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 10. p. 85 initium tantum adducit. Farlati: Illyr. sacr. III, 142. Cod. dipl. CSD. I, 150.

Transsumptum hoc, Farlatio teste, „extrema praecipue parte librariorum mendis vitiatum" erat. Nos haec menda emendare adlaboravimus.

[1] Gorbina. Vide nr. 42. [2] male „Acuzonis" V. ibid. [3] eodem. [4] suo illo cenobio. [5] castilanus. Monasterium s. Johannis Belgradi dicitur etiam „monasterium s. Joannis de castello" (cod dipl. CSD. II, 184); puto itaque „castilanus" in transsumptum explicative illatum esse, authenticum autem „belgradensis" habuisse.

84.

A. 1066—76. Jaderae.

Joannes diaconus vendit monasterio s. Chrysogoni Jaderae terram in Obrovec.

Ego Johannes[1] diaconus, frater Dimitri presbiteri, tibi domino Petro abbati sancti Chrisogoni[2] ad opus tuorum fratrum uendidi terram in loco, qui uocatur Obrouezo,[3] per vi solidos aureos, continentem sementi(s) modia usque xxiiii, quę est iuxta terram uestri cenobii; hoc quidem tenore, ut si aliquis meorum uel extraneorum uobis hanc terram me inuente subtrahere uoluerit, ego me anteponam illam ad deffendendam; quod si eam deffendere nequiuero, promitto, me uestrum uobis reddere, nisi uestra michi aderit pietas, duplicatum pręcium. Actum est hoc in uestro monasterio sub camera beati Danielis, subque noticia horum testium, ante quorum pręsentiam michi dedisti solidos: Stephanus iaderensis episcopus (testis), Maius diaconus et monachus testis, Petrizo[4] (testis), Veçenego[5] testis.

Apographum in archivo c. r. locumt. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni capsa I, masso H, nr. 7, p. 5.

Cod. dipl. CSD. I, 139.

Tempus, quo hae litterae editae sunt, deducitur ab episcopatu Stephani et abbatia Petri.

[1] Joannes. [2] Grisogoni. [3] i. e. Obrovec, etiam „Obrovic". [4] Petriczo [5] Pezenego, quod nil significat. Većeneg. V. nr. 69, 74. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 57.

85.

C. a. 1075—6.

Petrus, abbas s. Chrysogoni Jaderae, terras monasterii in Lucorano Maio filio Barbe ad dies vitae sine censu concedit.

† In nomine dei ęterni. Future recordacionis litteris notificare satagimus, ut posteris pateant, ut si quis a ueritate exorbitare uo-

luerit, ipsas litteras eundem arguat. Ego denique Petrus sancti Chrisogoni abbas breuis litteris facio de quodam terras in campo Laucarani,[1] ab ęcclesia sancti Laurencii quasi passos sexaginta in parte occidentali, quem Dabro, filio Nichifori, pro remedio animę suę in domo sancti Laurencii offerens, post eius uero obitus Maius, filio Barbe, abstraere non metuit, sed abstracta aliquantulum uineas ibidem sibi composuit. Pro qua re ego quadam dies in episcopatum iadertine sedis conueni presente domino Stephano, eiusdem cathedra residente, et Candido prior et Maius iudex et aliis plures nobilibus, quos longum esset narare; ibique plurima sunt memorata; et quod iniuste a domo dei fuerat abstractum, iuste reddere est iudicatum, ut terras et uineas sit in perpetuum in ecclesia sancti Laurencii et nobis nostrisque successoribus possidendum. Hoc actum est coram supra memorati testes.

Sed tandem, diuina clemencia iuspirante atque misericordia commotus, placuit michi meisquue confratribus, ut ipsas uineas ad ipso Maio in uita sua sine aliquo censo retinere concedimus; post abscessum uero eius si quis ex suo genere eas retinere uoluerit, reddat quarta in domo[3] sancti Laurencii. Et hoc actum est presente is testibus: inprimis Fusco Branza,[4] Dominico Tichinę,[5] Dabro filio Nichifori, Andreas filio diaconi Martini et Dabrana filio Petri Lipe.[6]

Membrana, uti videtur orig. lit. long. in archivo regnicolari Zagrabiae: Acta ant. doc. nr. V.

Cod. dipl. CSD. I, 131.

Tempus, quo has litteras editas censemus, deducitur a prioratu Candidi et iudicatu Maii. V. nro seq.

[1] i. e. Laukarani. cf. čeh. louka, v. slov. лѫка, Luk-ar-janinъ. Alibi (Cod. dipl. CSD. II, 12. 174). „Lucorano, Lucorani“. Lukoran, pagus in communi iadertino. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. I, 23. II, nr. 298. [2] Correctura: remediu(m). [3] Inde a „mo“ scripta sunt in altera membranae parte scriptura parum legibili. [4] Forsitan pro „braniza, branьca. Cf. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 17. [5] Ibid. nr. 399. Tichan, тихань. [6] Cf. Lêpa, Lepъčin. ibid. nr. 206.

86.

A. 1076, 8 Februarii.

Civitatum Dalmatiae promissio Venetis de non admittendis in Dalmatiam Normannis.

In nomine domini dei eterni et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eiusdem millesimo LXXV, mense februarii die

VIII, indictione XV.[1] (Tempore domini Siluii, ducis Uenetie atque) Dalmatie et Croatie. Promittentes promittimus nos: prior spalatine ciuitatis, uidelicet Stephanus Ualiza nomine, atque Gaudinus tribunus, Dominicus Marra,[2] Johannes Perípano, Petrus filius Dominici, Desa filius Cocini,[3] aliusque Desa, Michael, Stephanus, Nichiforus, Dominicus Drasi,[4] Forminus Salatus, cum uniuersis nostris conciuibus, maioribus et minoribus; nec non et prior tragurine ciuitatis Uitalis nomine, et Petrus Bela,[5] Georgius Bogoboici,[6] Johannes Chudi,[7] Sabaudicius archidiaconus, Desa, Andreas, Dominicus, cum cunctis nostris conciuibus maioribus et minoribus nostre ciuitatis; atque Candidus prior iadrensis ciuitatis et Madius Sega iudex, Nichiforus Selius, Zella Madius, Gallus, Dabro Strincia, Johannes spatarius candidatus,[8] Lampridius, Madinus Martini, Ualentinus Speri, Andreas camerarii ac uniuersi nostri conciues, maiores et minores; atque prior de Belgrado Justus ueneticus, Gregorius frater episcopi, Drago de C(h)rastina,[9] Michael de Utica, Prestancius, Petrigna Anastasii, Michael de Diachuiro,[10] atque omnes conciues nostre ciuitatis, uobis domino Dominico Siluio, duci Uenetie et Dalmatie ac imperiali protophedro[11] et seniori nostro, ut ab hac die in antea (num)quam[12] nullus nostrorum ciuium audeat adducere Nortmanos aut extraneos in Dalmatiam, aut per se ipsum uel quouis ingenio. Si quis autem huius foederis[13] preuaricator inuentus fuerit et se legitime excusare non poterit: amittat uitam suam et quicquid possidet in hoc seculo, medietatem in camera ducis et medietatem ciuibus, qua in ciuitate preuaricator inuentus fuerit, (iudicetur) per iudicem erga romanam legem, que in presenti pagina scripta esse uideatur in IV capitulo eiusdem legis: „quia si quis inimicos infra prouinciam inuitauerit aut introduxerit, anime sue incurrat periculum et res eius inferantur in erarium“. Signum (†) manus prioris spalatine ciuitatis Stephani Ualize, qui hoc rogauit fieri; et successiue omnium, qui supra nominati.[14] Ego Laurentius, sancte salonitane ecclesie archiepiscopus, ratifico et confirmo. Ego Forminus, nonensis episcopus ratifico et confirmo. Ego Johannes, abbas s. Bartholomei, ratifico et confirmo. Ego Prestantius, episcopus belgradensis, ratifico et confirmo.

Petrus Hencius, sancti Marci diaconus et ducis Uenetie Dominici Siluii capellanus, rogatus a dictis hominibus scripsi et compleui feliciter.

Codex Treuisanus. a) in bibliotheca Cicogniana Venetiis nr. 2558, p. 103. b) in bibliotheca s. Marci Venetiis. cl. X. cod. LXXXI. f. 113. Nos utroque usi pristinum textum restituere conati sumus.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 9. p. 84. Romanin: Storia docum. di Venezia I, 391. Tafel und Thomas: Urkunden zur aelteren Handels- und Staatsgeschichte Venedigs. I, 42. Monumenta historiam Slav. merid. spectantia I, 2. Cod. dipl. CSD. I, 149.

[1] Ita cod. b; ast cod. a habet 1072, qui non convenit cum argumento historico huius cartae (vide nr. 83.). Mensis februarius a. 1075 more veneto respondet anno 1076 more communi. [2] i. e. Mara. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 215. [3] Forsitan „Coicini" i. e. Kojčin. Ibid. nr. 166. [4] Draž. ibid. nr. 118. [5] Ibid. nr. 27. Bêla. [6] i. e. Bogobojci, nom. Bogobojac. V. Miklošić inid. nr. 11. Bogoboj. [7] i. e. Hudi. ibid. nr. 437. [8] Cf. σπαθαροκανδιδατος. Krause: Die Byzantiner des Mittelalters. S. 121. [9] i. e. Hrastina. Cf. Chrastani nr. 40. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 161. [10] Nomen valde corruptum, adeo ut nec coniectura emendari possit. [11] πρωτοπρόεδρος. Krause op. cit. p. 228. [12] „quas", Taf. „quarum". [13] sceleris". [14] Sunt procul dubio verba librarii, quem orig. cartae testes ordine transcribere taedebat.

87.

Anno 1076, initio octobris.

Demetrius Svinimir, dum in ecclesia s. Petri ad Salonam in Chroatorum et Dalmatinorum regem coronaretur, fidem romano pontifici pollicetur eique monasterium s. Gregorii Vranae donat.

1.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis Anno dominice incarnationis millesimo LXXVI, indictione XIV, mense octobris. Ego Demetrius, qui et Suinimir nuncupor, dei gratia Croatie Dalmatieque dux, a te domino Gebizo, ex apostolice sedis legatione domini nostri pape Gregorii potestatem obtinente, in salonitana basilica sancti Petri synodali et concordi totius cleri et populi electione de Chroatorum Dalmatinorumque regni regimine per uexillum, ensem, sceptrum et coronam inuestitus atque constitutus rex, tibi deuoueo, spondeo et polliceor, me incommutabiliter completurum omnia, que mihi sua reuerenda iniungit sanctitas, uidelicet ut in omnibus et per omnia apostolice sedi fidem obseruem; et quidquid hoc in regno tam apostolica sedes quam sui legati sanxerunt aut sanxerint, irreuocabiliter custodiam; iustitiam excolam, ecclesias deffendam; primitie, decime, omniumque ad ecclesiam pertinentium procurator existam; uite episcoporum, presbyterorum, diaconorum, subdiaconorumque, ut caste et regulariter uiuant, prouideam; pauperes, uiduas atque pupillos protegam; parentelle illicitam copulam de-

struens legitimam dotem annulo sacerdotisque benedictione constituam et constitutam corrumpi non permittam; hominum uenditioni contradicam; atque in omnibus, que ad rectitudinis statum congruunt, deo auctore, me equum exhibeam. Ducentorum quoque byzantiorum tributum meorum omnium consultu primatum sancto Petro per singulos annos in resurrectione domini de mihi concesso regno persoluendos statuo; et ut post me regnaturi hoc idem perpetue seruent, censeo, corroboro atque sancio. Dono insuper, concedo atque confirmo apostolice sedi sancti Gregorii monasterium, cui Vrana est uocabulum, cum omni suo thesauro, scilicet cum capsa argentea, reliquias sacri corporis eiusdem beati Gregorii continente, cum duabus crucibus, cum calice et patena, cum duabus coronis aureis gemmis ornatis, cum euangeliorum textu de argento, cumque omnibus suis mobilibus et immobilibus bonis, ut sancti Petri legatis sit semper ad hospitium et omnino in potestate eorum, hoc tamen interposito tenore ut nulli alii potestati detur sed omni tempore sancti Petri sit proprium, et a me meisque successoribus defensum atque ab omni honere[1] liberum et securum. Cuiuscunque autem audacia temerario ausu prefatum monasterium ei assignato thesauro priuauerit, terribilem illam iudicis uocem, quam diabolus cum suis angelis auditurus est, audiat. Preterea, cum deo seruire regnare sit, uice beati Petri et domni nostri pape Gregorii atque post se successorum in apostolica sede me tuis manibus committo et commendo. Hanc fidelitatem sacramento stabilio: ego, inquam, Demetrius qui et Suinimir, dei gratia et apostolice sedis dono rex, ab hac hora in antea sancto Petro et domno meo pape Gregorio suisque successoribus, canonice intrantibus, ero fidelis. Et ut ipse siue post eum futuri pontifices siue legati eorum uitam aut membra perdant aut capiantur, neque in consilio neque in facto ero. Et consilium, quod mihi crediderint, ad illorum damnum scienter nulli intimabo. Regnum autem, quod mihi per manum tuam, domne Gebizo, traditur, fideliter retinebo et illud summumque ius apostolice sedi aliquo ingenio aliquando non subtraham. Domnum meum papam Gregorium et suos successores atque legatos, si in meam potestatem uenerint, honorifice suscipiam et honeste tractabo et remittam; et undecunque me inuitauerint, prout potero, eis simpliciterque seruiam.

Ex actis synodicis quondam Romae in tabulario sacri palatii Lateranensis descripsit Cencius camerarius in libro censuum s. romanae ecclesiae (composito a. 1192) addiectis his verbis: „Ex synodo habita in

Dalmatia a legatis papae Gregorii VII, scilicet a Gebizone, tunc monasterii ss. Bonifacii et Alexii abbate nunc vero Caesenate episcopo, nec non et a Folcuino, Forosempronii episcopo, quae synodus habetur in archivio s. palatii Lateranensis . ." Cod. msc. in vaticano tabulario secretiori nro 445 (Cf. Pertz: Archiv V, 80. Dudik: Iter romanum II, 32), item in bibl. vatic. et corsiniana nr. 1041 et 244. p. 424.

C. Baronius e cod. vatic.: Annales ecclesiastici. Coloniae Agripinae 1624. tom. XI, p. 527—8. Muratori: Antiquitates ital. medii aevi tom. X, col. 840, dissert. 69. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 10. p. 85—6. Farlati III, 146. Cod. dipl. CSD. I, 152.

' homine.

2.

Ego Demetrius, qui et Suinimir nuncupor, dei prouidencia Chroacie Dalmacieque dux, dono concedo et confirmo apostolice sedi sancti Gregorii monasterium, cui Vrana est uocabulum, cum omni suo thesauro, scilicet cum capsa argentea reliquias sacri corporis eiusdem beati Gregorii continente, cum duabus crucibus, cum calice et patena, cum duabus coronis aureis gemmis ornatis, cum evangeliorum textu de argento, cumque omnibus suis mobilibus et immobilibus bonis, ut sancti Petri legatis sit semper ad hospicium et omnino in potestate eorum, hoc tamen interposito tenore ut nulli alii potestati detur sed omni tempore sancti Petri sit proprium, et a me meisque successoribus defensum, atque ab omni honere liberum et securum. Cuiuscunque autem audacia temerario ausu prefatum monasterium ei assignato thesauro priuauerit, terribilem illam iudicis uocem, quam diabolus cum suis angelis auditurus est, audiat.

Originalis membrana quondam in archivo spalatensis capituli, quam ex foraminibus clausam fuisse sigillumque ex ea pependisse apparebat. Donationales has a Suinimiro ante regni investituram editas, quamvis Cencius summatim ex actis synodi colligendo donationem inter investituram et iuramentum inseruerit, iam J. Lucius recte iudicavit. Ubi membrana nunc sit, ignoratur.

Donationem monasterii s. Gregorii in Vrana insertam fuisse registro Eugenii III (1145—53), patet e litteris Alexandri III a. 1169, 19 februarii. Farlati IV, 11.

J. Lucius loc. cit.

88.

Anno 1076, 9 Octobris.

Svinimirus rex ecclesiam s. Georgii de Putalo cum toto territorio archiepiscopo spalatensi confirmat.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Ego quidem Suinimir, Chroatorum atque Dalmatinorum rex, residente me in regno meo, anno dominice incarnacionis millesimo LXXVI, indiccione uero XIIII, die VIIII mensis octobris, ac diuina gracia confortante, suffragantibus meritis beatissimorum martirum Domnii et Anastasii, ob quorum reuerenciam et deuotum amorem uenerabilis presulis, michi spiritualis patris, domini Laurencii, ecclesie spalatensis, in qua eorum corpora requiescunt, per presentem paginam do et confirmo eidem domino archiepiscopo et suis successoribus ac ipsi ecclesie sue in perpetuum ecclesiam sancti Georgii de Putalo cum toto territorio suo a rupibus montis signatis ex utraque parte usque ad mare, iuxta donacionem et confirmacionem regum predecesorum meorum, uidelicet Tirpimir et Mucimir, ut in ipsorum conscriptis paginis[1] uidimus contineri, cum seruis et ancillis in eodem territorio positis atque commorantibus, presentibus et futuris, seu in eodem territorio in posterum residere uolentibus, ita tamen quod (supra dictus) dominus archiepiscopus eiusque successores temporaliter et spiritualiter merum dominium (habeant, una cum seruis et ancillis) in ipsa manentibus uilla et eorum bonis mobilibus et immobilibus; (item prefatam ecclesiam sancti Georgii de Putalo cum territorio suo) prenominata spalatensis ecclesia perpetuo possideat pacifice et quiete. Nulli igitur liceat hanc paginam nostre donacionis et confirmacionis infringere uel turbare; si quis uero attemptare presumpserit, trinum et unum deum iratum habeat et malediccionem CCCX et VIII sanctorum patrum incurrat et aliorum sanctorum, ac cum Juda proditore in inferno damnetur eterno supplicio. Acta sunt hec in presencia horum seruorum dei, uidelicet Stephani episcopi Jadertini, (Petri) episcopi Chroatensis, Gregorii episcopi Arbensis, Prestancii[2] episcopi Belgradensis, Basilii episcopi Absarensis, Formini episcopi Nonensis, Johannis episcopi traguriensis et Dabri abbatis sancti Stephani; nec non comitum et baronum: Dominici tepzii curialis comitis, Kirne[3] . . . . . comitis, Dobrili[4] comitis Cleunensis,[5] Pribini comitis çetinensis, Lubomiri comitis,[6] et aliorum nostrorum comitum et baronum, ubi fuit fidelium maxima congregacio. Pro quibus omnibus et singulis perpetuum robur ha-

bentibus atque tenentibus presentis priuilegii paginam nostri sigilli charactere fecimus muniri.

Charta quondam in archivo archiepiscopali Spalati, lacunis aliquibus in locis intercisa. Item in cod. registri anni 1333 (v. nr. 2. Luc. Memoire di Traù p. 218). Transsumptum in cod. msc. „Donationes principum" p. 10 in eodem archivo additis his verbis: „exemplum sumptum ex originali in membrana cum sigillo magno pendente cum cordula rubri et crocei coloris, existente in archivo archiepiscopali". Litterae hae lectae fuerunt a. 1451 coram comite spalatensi Donato Barbaro (Farlati III, 388).

Farlati III, 147. Jura regni CSD. I, 19. Cod. dipl. CSD. I, 153. Charta vitiosa. Nos lacunas additamentis, quae uncis inclusimus, complere studuimus.

[1] Vide nr. 2 et 12. [2] „Theodosii"; manifestum mendum librarii, nam „Prestantius" adducitur in litteris a. 1075 et 1076. Theodosius successit Praestantio. Cf. nr. 133, 30. [3] Idem ac Cirne i. e. Cьrne, Čьrne. Cf. Kerne, Kerna, Kerniz (nr. 91, 111.) pro Čьrne; Čьrna, Čьrnic. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 446. [4] vel Dobrizi. cf. ibid. nr. 114. [5] Cleuna, iuppa quae in documento a. 1185. (Cod. dipl. CSD. II, 131) penes Cetinam et Mosorum in recinctu spalatensis dioecesis adducitur. [6] intellige: de Sydraga; vide nr. 133, 24.

89.

Anno 1076, Octobri.

Praestantius belgradensis episcopus concedit monasterio s. Joannis Belgradi ecclesiam s. Cosmae et Damiani.

Qualiter dominus Prestancius belgradensis episcopus perpetualiter habere concessit[1] monasterio sancti Johannis euangeliste ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani de monte.

In nomine patris et filij et spiritus sancti, unius trinitatis et trine unitatis indiuidue. Notum sit omnibus fidelibus tam presentibus quam futuris, quod Prestancius belgradensis episcopus gratia diuine et humane karitatis ecclesiam sanctorum Cosme et Damiani, que sita est in acuto uertice cuiusdam monticuli, non longe a supra dicta urbe distantis, monasterio sancti Johannis euangeliste perpetualiter habere concessit. Ne autem aliquis succedentium principum, regis uidelicet, episcopi aut prioris eiusdem ciuitatis, uiolentia,[2] temeraria mente, feroci tirannide, hec statuta uiolare audeat, et sua audacitate corrumpat: huius concessionis sanctio ante personas uirorum honestissimorum et sancte religionis cultum iugiter exequentium absque ulla contradictione laudabiliter corroborata est;

in presentia scilicet Laurentij totius Dalmatie ac Chroatie reuerentissimi archiepiscopi, et domni Gebiçonis sanctorum Bonifacij et Alexij religiosissimi abbatis una cum Fulcoino Fori Simphronij uenerabili episcopo, apostolice sedis apochrisariorum, in uinea iusticie dei totis uiribus misericorditer laborantibus; astantibus etiam belgradensis ecclesie archipresbitero Drago et archidiacono Johanne, et Jadere archidiacono Dabro, et omnibus clericis utriusque ciuitatis, et Dominico Justo priore, Gregorio iudice, Drago, Prestancio, Michael, Drusia, et fere tocius supra dicte ciuitatis clero fauente ac populo. Anno millesimo, ab incarnatione domini nostri Jesu Christi uidelicet, septuagesimo sexto, indictione uero quinta decima, tempore autem Gregorij septimi pape, et Demetrij (Suinimiri) Dalmatie ac Chroatie regis, et domni Petri eiusdem monasterij abbatis religiosi. Quicumque autem corruperit, quod horum omnium laude confirmatum est, dei et sanctorum[3] maledictionem perpetuo incurrat. Amen.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis belgrad. Policorion p. 13 et 14. nunc in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae.

Confirmata a. 1116 ab Ordelafo duce Venetiarum. Policorion p. 25.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 10. p. 86. Farlati IV, 5. Cod. dipl. CSD. I, 155.

[1] Quae sequuntur ad marginem folii scripta sunt. [2] ne autem aliquis succedentium uiolentia . . [3] eorum.

90.

Anno 1076, octobri.

Cives Belgradenses monasterio s. Joannis olivarum decimas offerunt.

De oliuarum decimis belgradensium. Notum sit omnibus fidelibus, tam posteris quam presentibus, quia nos belgradenses, diuites ac inopes, nullo cogente, nullo monente, immo spontanea uoluntate, gratia deuote intentionis promisimus dare singulis annis decimas nostrarum oliuarum monasterio sancti Johannis apostoli et euangeliste, die uidelicet dedicationis eiusdem ecclesie, quam uiri religiosissimi, domnus silicet Laurentius spalatinus archiepiscopus una cum apochrisarijs romane sedis episcopo Fulcoino et Gebiçone, abbate sanctorum Bonifacij et Alexij, nec non et Prestancio eiusdem urbis episcopo dedicauerunt, eisdem etiam donum supra dictum collaudantibus ac firmiter corroborantibus et auctoritate apostolica interdicentibus, ne unquam ab aliquo uiolari presumatur.

Quod si forte aliquis temerario conatu abnegauerit, iram superne maiestatis[1] omniumque sanctorum maledictionem possideat. Et hec donatio acta sanctitaque fuit anno ab incarnatione domini nostri Jesu Christi millesimo septuagesimo sexto, indictione uero .xv. Et hoc, apostolante Gregorio vii papa, apud Grecos Michail imperante, apud Sclauos[2] Suinimiro regnante, Petro in eodem monasterio abbatiante, Dominico Justo belgradi priorante.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis Belgradi: Policorion p. 14—15. in archivo c. r. locum. consilii Jaderae.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 10. p. 86. Farlati IV, 5. Cod. dipl. CSD. I, 154.

[1] mayestatis. [2] i. e. Chroatos, pro quo nomine probabiliter aliud, nempe „Sclauos", per librarium substitutum est.

91.

A. 1076.

Črnic monasterio s. Joannis Belgradi concedit ecclesiam s. Michaelis et terram in Mirane.

De terra in Mirane. In nomine domini dei eterni et saluatoris nostri Jesu Christi. Anno ab incarnatione eius millesimo lxxv(i) indictione uero xv^a^. Apostolante Gregorio vii. papa, imperante Michael apud Grecos, regnante Suinimir apud Sclauos,[1] Petro existente abbate (in) monasterio s. Johannis. Ego Kerniç,[2] precogitans diuina inspirante gracia diem mortis ac deposicionis mee, et commissa atque facinora mea ualde pertimescens, ne districtus iudex me occisum uel dormientem et tantis criminibus obuolutum inueniatur, confratrem me in monasterio predicto exibui. Postea uero mihi maximo superveniente infortunio quedam soror mea a quibusdam latronibus est rapta et in seruitute extra nostram prouinciam miserabiliter uendita; de cuius uenditione et captiuitate, ut propria, carnem meam contristatus ualde, cum non haberem censum, quem pro predicta sorore mea daremus, ad abbatis illius misericordiam (et) pietatem cucurri atque ut nostri misereretur postulaui: ille uero, utpote bonus pastor, sororis mee benignissime intuitus et misertus est et eam precio redemit et sic de captiuitate liberauit. Cum igitur diuina clemencia de hac uita me uocare dignata est, predicti uenerabilis abbatis non inmemor, pro salute anime mee et pro prefate redemptionis precio ecclesiam sancti Michaelis in Mirani, et terram meam propriam, que est a limite eiusdem ecclesie in occi-

dentali parte usque ad uallem, in predicto sancti Johannis monasterio concessi. Et hoc ante presenciam horum testium: Drago et Cruchana[3] postiuppo, Draseuit,[4] Negouan, Uitech,[5] Strerado[6] et Druska[7] filio eius, et Gorbina presbitero, et Radanech[8] presbitero de Sichoua, et Dabrana, et Dragabuth, eiusque filius Slauena[9] de Cerani.[10]

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis Belgradi: Policorion p. 18, 19. in archivo c. r. consilii loc. Jaderae. Chartae summa in nota nro 133, 11.

Cod. dipl. CSD. I, 160.

[1] i. e. Chroatos [2] Kerniç pro „Çerniç". Cf. Črьnьc. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 446. [3] uachinna. vide nr. 133, 11. [4] Draseuiç. [5] uetrich, ueitrich pro „uittech", Vitek. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 39. [6] Streirado. ibid. nr. 375. [7] Drusba, Druska ibid. nr. 120. 121. Družec, Družka, Drъško. [8] iudanech. nr. 133, 11 „Radanech". [9] luena. i. e. (s)l(a)uena [10] cheran.

92.

C. a. 1076.

Lampridius, cognatus Petri abbatis, cedit post mortem monasterio s. Joannis belgrad. tertiam partem suae possessionis.

De tercia parte hereditatis Lampredii, cognati Petri abbatis. Recordatio, quam Petrus abbas fecit scribi: qualiter Lampredius, eiusdem Petri abbatis cognatus, pro sua suorumque parentum animabus cessit eidem monasterio terciam partem totius sue possessionis, et hoc post mortem eius, qualicunque modo, terra mariue obiret, seu quocunque tempore, sic ut eo defuncto predicta pars tertia totius sue facultatis rediret in potestatem abbatis et suorum monachorum; et hoc absque ulla contrarietate seu fratrum siue parentum aut consobrinorum uel cognatorum uel auorum uel proauorum uel uxoris uel nurus uel socrus uel nouerce seu matertere, siue quorumlibet ex suo genere. Et hoc actum est in presentia domini Prestancij episcopi et Dominici Justi prioris, et Gregorii iudicatoris et Petri de nobilibus, et Petricij filij Madij et aliorum plurimorum uirorum.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis belgrad.: Policorion p. 15. in archivo c. r. loc. consilii Jaderae.

Cod. dipl. CSD. I, 156.

93.

C. a. 1076.

Svinimir rex monasterio s. Johannis Belgradi confirmat „libertatem“ a predecessore suo Cresimiro illi concessam, nec non omnes terras, quas possidet, praeprimis „in Rogoua et Virbiça.[1]

Commemoratur in litteris regis Stephani a. 1166. et Belae III a. 1188. Cod. dipl. CSD. II, 70. 145.

[1] i. e. Vьrbica, Vrbica.

94.

C. a. 1076.

Petrus Črne coram „Jacobo marianorum duce“ et aliis testibus init cum Miroslavo atque filiis Michaelis, Cedeno et Chvalo, „conventionem“ de terris, quas ipse Miroslavus eidem „subtrahere volebat“.

Vide nr. 111.

95.

A. 1077, 12 Martii.

Svinimir rex nobilibus insulae Bratiae mercandi libertatem concedit.

(Charta spuria.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXXVII,[1] die XII marcii, indiccione I Apostolante papa Gregorio VII et apud Grecos Michaële imperante. Notum sit omnibus tam presentibus quam posteris, quod ego Zuoinimir seu Demetrius, diuina concedente gracia rex Chrobatorum et Dalmatinorum, cum omnibus nobilibus meis concessi Prestanti Pelagio iudici insule Bracie in Dalmacia et omnibus charissimis nobilibus de Bracia, quod ipsi nobiles amici cum omnibus suis insulanis possint libere uendere et emere in omnibus ciuitatibus, locis et uillis regni mei omnes mercaturas, quas placuerit eis emere et uendere, sine ulla collecta, da(z)ia et inposicione. Nec quisquam de fidelibus meis audeat eos molestare ullo modo sub pena mee indignacionis. Et hoc propter beneuolam tractacionem, quam ipsi nobiles de Bracia fecerunt fidelibus meis preclaris: Dragote bano et Slavogosto iuppano. Et hec facta sunt in presencia uenerabilis Gregorii episcopi Chrobatorum, Petri capellani, Dragote bani, Slauogosti iupani, Berislaui comitis et Drasine iudicis.

Per manum Georgii notarii cum appensione mei sigilli.

Transsumptum anni 1379 uti ex hac nota apparet: „Ego Drago Radini, ciuis Sibenici, imperii auctoritate publica iudex, ordinis et communitatis Bracie iuratus cancellarius, ex alia membranula in hanc fideliter extraxi die 4 Julii 1379 et meo proprio nomine et consueto (sigillo) in fidem et testimonium signaui.

Circarelli: Osservazioni sull' isola della Brazza. Venezia 1802. p. 102. Cod. dipl. CSD. I, 161.

Diploma hoc fictitium esse, universus eiusdem tenor sat aperte ostendit. Anno MLXXVII indictio erat XV; initio vero anni proxime sequentis (ind. I.) die 7 Januarii Nicephorus Botoniota in locum Michaelis VII (Muralt: Essai de Chronographie Byzantine 1057—1453. I, 33) imperator proclamatus est. Chartae edendae ratio levis omnino censenda est. Imperatoris byzantini nulli Svinimiri nostri acto adpositum deprehenditur. Sed neque bano Dragotae, iupano Slavogosto, comiti Berislavo vestigium quodpiam aliis in actis reperitur. Nominis aeque dicti regis scribendi ratio („Zuoinimir") aliis huius temporis, immo XI—XIV saeculorum, actis prorsus aliena est. Tandem cum insula Bratia eotum ad Svinimiri regnum procul dubio pertineret, cur eiusmodi privilegium incolis editum fuisset, nulla prorsus ratio adfuit. Quare censendum est, chartam hanc tempore Venetorum dominii confictam fuisse.

[1] septimo.

96.

C. a. 1070—78.

Monasterium s. Joannis Belgradi acquirit terras sub abbate Petro in Hrastani, Jelčani, Dolani, Servica, Kamenani, Mirani, Gorica, Jasen, Dubrovica, Suhi-kam, Sidraga, na Seri, Sumokvi, Jagodno, in valle pagnana, in valle Sustina, in Kutuno et sub monte ss. Cosmae et Damiani ad Belgradum.

Vide nr. 133, 4—42.

97.

A. 1076—8. Tininii in villa regali.

Svinimirus rex monasterio s. Benedicti Spalati concedit territorium Pustica in Lazani.

In Christi[1] nomine. Ego Suinimir nutu dei Chroatorum et Dalmatinorum rex. Nobis, diuina clemencia concedente, in regali solio inuiolabiliter residentibus undique uterque sexus militum, uidelicet utriusque uite laicorum, seruorum et ancillarum, nostram afluens pro rebus sibi oportunis curiam ac causis sibi necessariis perquirens semper astabat. Inter quos quedam sanctimonialium mater, Maria uidelicet, cenobii sancti Benedicti, in sollempnitate

consecracionis ecclesię nostri episcopatus, sanctę Marię uocabulo, auxilium immo subsidium memorati cenobii a nobis perquirens et regali throno cum suis quibusdam sororibus coram nobis astitit. Unde consultu omnium seruorum dei et nobilium nostrorum, qui gracia dei dictę solempnitati aduenerant, propensione et uoluntate prefatę abbatissę, et quia locus teritorii eidem monasterio contiguus uidebatur, nostra regali potestate, quod Pustiza nominatur, perpetuo iure possidendum sibi inuiolabiliter concessimus in Lazani.[2] Actum est hoc in uilla regali, quo in loco iam dicta ecclesia sanctę Marię (sita uidetur, his) coram testibus: in primis coram Laurencio uenera(bili archiepiscopo, Petro chroatensi episcopo, Stephano iaderensi episcopo, Johanne traguriensi episcopo, Johanne sancti Bartholomei abbate, Petro belgradensi abbate, Dominico tep)zi, Jurina tenenstico, Uiseno polstico. Isti ad (nostram) confirmacionem cum (innumerabili multi)tudine ibidem astante sufficiant. Jacobum uero ducem marianorum ex parte nostra legatum et introductorem abbatissę fieri in memoratis terris permisimus. Si quis uero regum uel principum, iupanorum, parua siue magna persona huic nostrę donacioni contraire temptauerit: trinum et unum deum habeat iratum, et ccc torum decem et octo sanctorum consequatur malediccionem. Et molendinum, que est uita ipsorum, similiter fiat.

Ego Theodorus presbiter, et ecclesię sancti Domnii et eiusdem regis cancellarius, scripsi et sum testis ibidem.

Orig. membrana lit. long. in archivo regnicolari Zagrabiae: Acta antiq. doc. VIII. Farlati (Illyr. sacr. III, 155) ex archivo coenobii spalatensis s. Benedicti. Membrana zagr. in duas partes scissa; frustumque, duas ferre continens lineas partemque tertiae, deperditum. Farlati de suo quoque exemplari „multis locis vitiato“ lamentabatur, e quo nos nihilominus lacunas membranae zagr. complevimus, uncisque signavimus.

Cod. dipl. CSD. I, 154.

. Intra annum 1076—1078 diploma hocce editum fuisse, deduciter e testium nominibus, si cum aliis eiusdem regis litteris conferantur.

[1] xpi. [2] Ordo verborum ad sensum esset talis: „et quia locus territorii in Lazani, quod Pustiza nominatur, eidem monasterio contiguus uidebatur, nostra regali potestate perpetuo iure possidendum sibi inuiolabiliter concessimus“.

98.

A. 1078, 16 aprilis.

Rex Svinimir villas et terras ecclesiae spalatensis confirmat, iusque pascui in districtibus eidem vicinis, praeprimis in Bosiljina, concedit.

(Charta spuria.)

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno scilicet ab incarnacione domini millesimo LXXVIII, die XVI mensis aprilis, indiccione I-ma. Ego siquidem Suinimir, Chroatorum atque Dalmatinorum rex. Cupiens ardentissime iura et bona ecclesie gloriosissimorum[1] martirum Domnii (et) Anastasii[2] recuperare et ampliare pro posse ob ipsorum martyrum reuerenciam, quorum precibus et meritis spero ante ęterni iudicis examen munere adiuuari, ad instantissimam peticionem uenerabilis patris mei spiritualis Laurencii archiepiscopi et multorum nobilium suorum ciuium de Spaleto, meorum dilectorum fidelium, qui una cum eodem eorum pręsule mihi[3] grauem querellam exposuerunt, quod propter copiam difusam animalium ipsorum ciuium et hominum ac uillarum eiusdem archiepiscopi et ecclesię suę pascuas sufficientes habere nequibant libere in meo regali districtu, eo quod homines ac uillani uicini uillarum ecclesię memoratę molestabant et perturbabant ciues pręedictos et homines ac uillanos ipsius archiepiscopi pascuis pro pręedictis contra priuilegia donacionum ac confirmacionum progenitorum meorum, pręsertim uillarum atque terrarum Serennine,[4] Gatte,[5] Tugari,[6] Osici,[7] Debric[8], Dlanoce,[9] Vollari[10] et Cremene,[11] quę positę sunt infra montes Massari,[12] nec non uillarum et terrarum sancti Georgii de Putalo, Cosice,[13] Lasani,[14] Ostrog,[15] Biachi cum tota iurisdiccione castri Albona,[16]Radosiçi,[17] et Smine, quę site sunt circa montes, in montibus et sub montibus Dubrauę, ac etiam uillarum et terrarum Stolec in Cetina, Sudumirice[18] in Cleuna, ecclesiarum (sancti) Moysi, sancti Stephani, sanctę (Marie) sancti Petri de Clobuco[19] et aliarum uillarum et terrarum memoratę ecclesię spalatensis; quas quidem uillas atque terras et ecclesias cum omnibus suis pertinenciis (progenitores mei pro salute) animarum suarum donauerunt ecclesię spalatensi, et ego confirmaui et confirmo tibi, pręedicto archiepiscopo tuisque successoribus et ecclesię pręnotatę, ac ex noua donacione concedo in perpetuum. Et ideo uolo hac donacione perpetua, quod tu et tui successores hominesque tui et uillarum et terrarum dictarum ac eciam ciues tui spalatenses habeant potestatem et libertutem pascendi et adaquandi uestra cuncta animalia in districtu

meo in pascuis et locis contiguis ac uicinis uillarum et terrarum predictę ecclesię spalatensis sine contradictione uel turbacione alicuius personę, et pręsertim in Bossiline[20] meo regali territorio, absque decimacione seu collecta aliqua, preter decimas, quas per omnia loca pręnotata ex mea concessione et meorum antecessorum colligere debet integre et exigere idem archiepiscopus et sui successores sine contradictione temporibus perpetuis, ita tamen quod pręd icta omnia tu et tui successores et ecclesia spalatensis possideant pacifice et quiete. Si quis uero huic donacioni ac confirmacioni meę contrarius extiterit, iratum habeat trinum et unum deum et malediccionem ccc et xviii patrum et aliorum sanctorum incurrat, et cum Juda proditore dampnetur ęterno supplicio; atque lx libras auri persoluat ac componat, quarum medietas regali inferratur fisco, altera autem pro thesauro prefatę ecclesię spalatensis. Acta sunt hęc ante noticiam horum testium: uidelicet Gregorii uenerabilis episcopi chroatensis, Johannis abbatis cęnobii sancti Bartholomei, Adamiz iupani nonensis, Stresigne breberistici, Dessimiri corbauistici, Dominici iadrensis sacerdotis, et Stephani capellani sancti Nicolai et aliorum multorum. In quorum omnium testimonium et memoriam perpetuam presentis priuilegii paginam mei sigilli caracteris impressione feci muniri.

Apographa: a) saeculi XIV tempore Dominici Luccari (1328—1348) archiepiscopi spalatensis, olim in archivo spalatensis capituli nunc Viennae in archivo aulico. Spalato K. XVI. membrana pluribus in locis vitiata. b) in bibliotheca comitis Fanfognae Tragurii. Librarius haec praemisit diplomati: „In dei nomine. Amen. Hoc est exemplum cuiusdam priuilegii regalis, muniti appensione cuiusdam sigilli magni, rotundi, cum cordula serica crocei et rubei coloris, in quo quidem sigillo sculpta est quedam regalis imago sedens in throno, habens in manu dextera quendam lilium baculo superpositum et in manu sinistra quandam sculpturam rotundam, et circum circa sculpte erant littere, cruce premissa, ita dicentes: REX SVINIMIRVS DALMATARVM, CROATORVM". Chartae subscripta nomina: „Gerardus notarius archiepiscopalis subscripsi, Lucanus primicerius spalat. subscripsi, Joannes de Ancona, notanius communis spalat. subscripsi". Ad finem huius transsumpti legitur: „Ego Matheus, quondam Gerardi de Panicho . . Bononie, publicus imp. auctoritate notarius et nunc iuratus rmi in Christo patris et dd. Dominici, miseratione divina et sedis apost. gratia archiepiscopi spalatensis, predictum privilegium cum originali (adstantibus) d. archiepiscopo et predictis tabellionibus, et in presentia ven. patrum dd. Archangeli dei gratia tiniensis episcopi et Andree eadem gratia scardonensis episcopi et Bernardi segnensis, diligentissime auscultavi, et quia (concordare inveni cum ori)ginali, me subscripsi, signumque meum apposui consuetum pro

*

d. archiepiscopo (cum rr)dis episcopis suam auctoritatem interponente. Et ego Lucanus, ecclesie spalatensis primicerius, auctoritate imp. (notarius . . coram) archiepiscopo et suprascriptis et infrascriptis notariis et in presentia . . . signum meum apposui consuetum . . ."

J. Lucius: Memorie di Traù p. 217. Farlati III, 148. Cod. dipl. CSD. I, 163. Carara: Archivio capitolare di Spalato. p. 1.

Nos quaedam, quae in apographo desiderantur, compleuimus et uncis inclusimus.

J. Lucius loco citato has Svinimiri donationales interpolatas atque, dum a. 1338 lis enata fuerat inter Spalatenses et Tragurinos propter pascua in Bosiljina, confectas fuisse pluribus demonstrat. Missi quidem spalatenses has litteras Venetiis exhibuerunt; sed Tragurini eas esse falsas declararunt, eorumque authenticum postularunt. Argumentis Lucii innixi nos quoque documentum hoc spuriis adnumeramus.

[1] Cod. Fanf. gloriosorum. [2] Anestagii. [3] in gravem. [4] In bulla Clementis III a. 1193 (Cod. dipl. II, 162) etiam Srinine, nunc Srinjine, pagus habens incolas 490 in communi spalatensi. Cf. Sereško, Serješ. Novaković: Srpski pomenici. p. 145. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 575—6. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 311. [5] Nunc Gatta, pagus 440 incolas habens, in communi almissiensi. Cf. Gat, pagus ad Valpovo in Slavonia. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 100. [6] Tugari, pagus 550 incolas habens, in communi almissiensi. [7] i. e. Osiki, Osik, Osêk. Miklošić. ibid. nr. 403. [8] Ib. nr. 95, Dьbrь vallis, torrens: Debrc, Debriz. [9] Cod. dipl. II, 162 Delamoze. [10] i. e. Volari. Miklošić op. cit. nr. 737. [11] Kremen, Kremena. Ibid. nr. 269. [12] Mosor, a Clissa usque ad Cetinam fl. [13] Etiam Cozize. Kozica. Ibid. nr. 253. [14] Lazani. Ibid. nr. 296. [15] Ostrogh. Ibid. nr. 408. [16] Nunc Labin, pagus in communi traguriensi. Labena cod. dipl. II, 8. [17] Radosichy, nunc Radošić, pagus ad Tragurium. [18] Cod. dipl. II, 8. Male: Suduschize. Cf. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen. nr. 313. Sudoměřice, Sudiměřice ex сѫд-Sudimir. [19] Cod. dipl. II, 131. [20] Bosiljina, pagus cum 1356 incolis in communi traguriensi.

99.

A. 1078.

Rex Suinimir mensae archiepiscopali spalatensi iuppam Cetinae concedit.

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno scilicet ab incarnacione domini nostri Jesu Christi millesimo LXXVIII, indictione I^ma^. Ego Suinimir, qui et Demetrius, gracia diuinitus collata subministrante et sagacis uigore clemencie,[1] uere celitus attribute, cooperante rex tocius Chroacie simulque Dalmacie. Perspicaci suspense mentis intuitu precipites rerum mundanarum transitus prospiciens, et non sine admiracione nullas earum stabiles nec alicuius spei

future beatitudinis collectiuas inueniens, eis modo exceptis, que deo et electis eius, quasi accommodatiue, quia cencies duplicate redient[2] commendate, una cum Gregorio uenerabili Chroatorum episcopo et tepçio Dominico, meorum comitum aliorumque nobilium communi fulcitus consilio, salutare et perutile ducens tam michi quam meis successoribus, ex uniuersalitate multiplicum mei regni climatum beatissimo spalatine sedis pontifici ac martiri Domnio, tempore uidelicet Laurencii reuerendissimi archiepiscopi, iuppam eam, quam Centenam[3] aiunt, sine ulla contradiccione omnium eorum quicunque post me hoc in regno successerint, affirmatione corroboro, corroboracione ab omni parte perenniter habenda concedo, sic ut, quantacumque longitudine seu latitudine protenditur, eius sanctifice dominacioni plene et omnino subiiciatur. Ita dico et hoc edico, ut quidquid ad ecclesiastice dispensacionis ordinem sano intellectu pertinere uidetur, pleniter habeat: christiane fidei doctrinam ubique tenere faciat; ordinatos tam presbyteros quam alios, ut caste uiuant, constringat; ordinandos ordinari et synodis uti faciat, discordes canonicali regula pacificare studeat; primiciarum ac decimarum omnium, que legaliter decimari possunt et debent, tam a maioribus quam a minoribus, generaliter iura recipiat; uiuorum ac mortuorum ecclesie debitas oblaciones perpetualiter possideat. Hoc autem ideo feci, ut deus et dominus noster Jesus Christus et gloriosa eius genitrix et uirgo, sanctus quoque Petrus ac beatissimus Domnius contra omnium aduersancium molimina uires ac triumphum terris conferrant, et in celis apud summum iudicem peccatorum ueniam exorent,[4] dignenturque preparare gloriam. Si quis autem, quod absit, hanc nostram donacionem disrumpere conatus fuerit, ira omnipotentis dei ueniat super eum et maledictiones cccx et viii sanctorum patrum incurrant super ipsum et xii apostolorum, atque in eterna damnacione perpetim sustineat combustionem; nec non lx libras componat auri, medietas quarum regali inferatur fisco, alia uero prefate ecclesie beatissimi Domnii conferatur. Hoc uero nostrum obseruantes decretum amena loca, ubi piorum anime requiescunt, elisii possideat (in) eternum.[5] Hacta sunt hec ante noticiam horum testium: in primis quidem Helene gloriosissime regine, Gregorii uenerabilis chroatensis episcopi, Johannis uenerabilis abbatis cenobii sancti Bartholomei, dein Dominici tepçii, Pribine cetinstici (iupani), Jacobi morstici,[6] Adamizi nonensis iupani, Stresigne[7] breberstici, Desimiri corbauistici, Dominici iadrensis sacerdotis, et Stephani capellani et presbiteri sancti Nicolai.

Et ego Theodorus, licet immeritus, sacerdos iussu domini mei regis prenominati Suinimiri, qui et Demetrii, atque domini Gregorii sui episcopi scriptor huius decreti et testis sum ibidem.

Registrum privilegiorum archiepiscopatus spalat. a. 1333. Vide nr. 2. (Luc. Memorie di Traù. p. 218.) Registrum ecclesiae spalat. in eiusdem archivo Spalati: Donationes principum nr. XIII. Illuc transcriptum est ex quodam montaneo antiquissimo per Dominicum cancellarium spalatensem et iuratum notarium spalat. archiepiscopi Andreae a. 1396. In montaneum vero dicitur „exemplum sumptum ex autentico in membrana cum impressione unius sigilli cerei, apparentibus tamen signis aliorum quatuor sigillorum, existente in archivo archiepiscopali spalatensi". Transsumptum a. 1396 confirmarunt die 6 martii: „Jacobus filius Ubertini quondam Leonardi de Puglia, Joannes quondam Colusii de Cingulo notarius, Natus quondam ser Dominico de Perusio. Dominicus Drago-slavi Malconich, ecclesie spalatensis cancellarius et notarius, scripsit presentibus archiepiscopo Andrea, fr. Benvenuto episcopo Farensi, fr. Joanne episcopo Mucharensi, fr. Nicolao ordinis s. Benedicti abbate monasterii s. Stephani de Pinis, et capitulo et canonicis maioris metropolitane ecclesie Spalati". Diploma itaque hoc descriptum est a) ex originali in antiquissimum „montaneum"; b) ex hoc in registrum a. 1333, dein iterum a. 1396; ac tandem c) in cod. msc. Donationes principum. Quare neque mirum est, pluribus refertum esse mendis.

Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 98. Farlati III, 149. Cod. dipl. CSD. I, 162.

Forma inconsveta suspectam reddit hanc chartam; vel in exemplari nostro, a tercia quartave manu proveniente, authenticum minus fideliter exhibetur.

[1] „sciencie", ut putamus, loco „clemencie". v. nr. 97. [2] loco „redeunt". aut forte „ueniunt". [3] V. nr. 124 „iupanus Centene", alias „Cetina". V. nr. 98. [4] exorant. [5] amenum. [6] gilfaci. Cf. nr. 111, 124. [7] Stersine, Stersuinne.

100.

A. 1078. Tenenii.

Svinimir rex confirmat praedecessoris sui Cresimiri donationales datas monasterio s. Mariae Jaderae de terra in Tokinija (V. nr. 52.)

Ego Suinimir, rex Chroacie atque Dalmacie, concedo, firmo et corroboro, coram Laurencio archiepiscopo et Johanne abbate sancti Bartholomei et Andrea nostro capellano et Dominico tepizo[1] et Crenia[2] iuppano hanc donacionem, quam dedit noster antecessor, rex Cresimir,[3] monasterio sanctę Marię, sito Jaderę, de terris in Tochinia et de conditione sicut in supra scripta continetur notula. Hoc actum est in Teneno, anno dominicę incarnacionis millesimo septuagesimo octauo.

Registrum membr. saec. XII in archivo monasterii s. Mariae Jaderae, fol. 9. a. Transsumptum in recentiori cod. msc. Descrizione etc. ibid. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 98. Farlati V, 50. Cod. dipl. CSD. I, 165.

[1] „tepize" i. e. teрьčij. [2] Ćrьnia. V. nr. 88. Kirne. [3] crescimir.

101.

A. 1078.

Dux Stephanus, dum se in monasterium s. Stephani prope Spalatum deposita omni dignitate reciperet, donat eidem duos campos patrimonii sui penes Naslap et Brestovi potok.

Nel nome di Christo. Io Stefano, già nobile duca di Croati, oppresso da graue infermità ho fatto chiamare i venerabili sacerdoti del regno di Croatia per ritrovar rimedio de miei peccati, per buon conseglio de quali mi ho fatto portare al monasterio di san Stefano protomartire; et ivi feci deposito di tutta la mia dignità, et ivi elessi la mia sepoltura raccomandandomi all' orationi dell' abbate del medemo monasterio. Et ho offerto al medemo monasterio due campi del mio patrimonio: uno al ponte ad Naslap[1] et ai beni del mio nepote et fino al fiume, l' altro campo a dritto per Brestovi-potoch[2] (fino) al fiume et ai medemi beni di mio nepote. Furono fatte queste cose alla presenza di Suinimiro rè, mio Signore, di Lepa regina, di Radovano figliuolo del rè, di Pietro prete e cardinale, legato della romana chiesa, di Lorenzo arcivescovo, di Gregorio vescovo, di Giovanni abbate di

In nomine Christi. Ego Stephanus, olim illustris dux Chroatorum, oppressus graui infirmitate aduocare feci uenerabiles sacerdotes regni Chroacie, ut remedium peccatis meis inuenirent, quorum bono consilio me transferendum curaui ad monasterium sancti Stephani protomartiris; atque ibi deposui omnem dignitatem meam et ibi elegi sepulchrum meum recomendando me oracioni eiusdem monasterii abbatis. Et obtuli eidem monasterio duos campos mei patrimonii: unum ad pontem penes Naslap[1] et ad mei nepotis bona et usque ad flumen; alium campum directe per Brestovi-potoch[2] usque ad flumen et ad eadem nepotis mei bona. Acta sunt hec in presencia Suinimiri regis, domini mei, Lepe regine, Radouani filii regis, Petri presbiteri et cardinalis, legati romane ecclesie, Laurencii archiepiscopi, Gregorii episcopi, Johannis abbatis sancti Bartholomei, Ursonis abbatis sancti Moy-

san Bartolomeo, di Ursone abbate di san Mosè, di Andrea capellano, di Nicolò capellano del rè.

Et io Theodoro, cancelliere del Signor rê, ho scritto questa carta, et fui testimonio.

sis, Andree capelani, Nicolai capellani regis.

Et ego Theodorus, cancellarius domini regis, cartam hanc scripsi et testis adfui.

Registrum olim in monasterio s. Stephani, nunc Venetiis in bibliotheca s. Marci: Scritture del monasterio di s. Stefano di Spalato cod. num. LI class. V msc. ital. Transsumptum in bibliotheca academiae scient. Zagrabiae nr. CCXVII fol. 18. Ad finem acti additur: „Et io pre(sbitero) Sabatio, nodaro giurato del commune, l'ho copiato in questo libro, come l'ho ritrovato nell'originale". Fuit vero Sabatius notarius Spalati a. 1178 (Cod. dipl. CSD. II, 105—7).

Farlati III, 153. Cod. dipl. CSD. I, 164.

Annus deducitur ex epistola papae Gregorii scripta Michaeli „Sclauorum regi" die 9 Januarii 1078 (lib. V epist. 12. Jaffè: Monumenta Gregoriana p. 302. item regesta pont. rom. nr. 3799. Farlati III, 150. Cod. dipl. CSD. I, 161), e qua constat legatum Petrum necdum illo tempore Romam reversum fuisse.

[1] Adneslab (Farl. Atneslug), quod separandum est „ad neslab". „Neslab" male pro „naslab", hoc vero loco „slap". Legendum itaque est: „na slap", de quo v. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. I. S. 25. II, nr. 584. Huius nomini loci plures sunt in Dalmatia et Croatia. [2] Brestempotoch loco Brestouipotoch i. e. brestovi potok. Cf. Bristivica, Brist, Briesta in Dalmatia.

102.

A. 1078.

Dabro, abbas monasterii s. Stephani prope Spalatum, cedit eidem monasterio omnem substantiam suam.

Nel nome del eterno dio et salvator nostro Gesù Christo. Io Dabrione indegno abbate, benchè infermo del corpo tuttavia sano della mente. Havendomi finalmente la divina misericordia dopo molti pericoli e travagli, accadutimi per i miei peccati, concesso quello di che sommamente l' ho pregato; et havendo io per conseglio degli amici rifiutato il peso, che già a dannatione dell' anima mia havevo

In nomine eterni dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Ego Dabro indignus abbas, licet corpore infirmus, mente tamen sanus. Cum diuina misericordia post multa pericula et labores, que propter peccata mea acciderant mihi, tandem concessisset mihi quod summopere precatus sum; et cum ego de consilio amicorum deposuerim onus, ad perniciem anime mee iam susceptum; atque fecissem illud,

accettato, et fatto quello, che molto prima dovevo fare: dispongo prima di ordinare nel cenobio di san Stefano, nel quale mi trovo indegnamente inscritto secondo la legge divina et regola di san Benedetto, et lasciare le cose nostre tutte e quelle che parano nostre, anzi raccomandate a noi, et furono di nostri antepassati, prima di Paolo arcivescovo et di donna Dabra, mia madre adottiva; et la chiesa di santa Maria posta in Paludo con tutte le sue appendici; et tutte le cose che parano nostre et tutte le cose a noi pertinenti, mobili et stabili, le quali tutte concedo in perpetuo a detto monasterio, da dover da quello esser havute, possedute et permutate. Et se alcuno di nostri parenti per istinto diabolico ardirà contrafare a questa nostra donatione, caschi nell' ira di dio trino et uno, et nella maleditione dei CCCXVIII santi padri. Furono fatte le sopradette cose alla presenza di questi testimonii: del venerabile Lorenzo arcivescovo et Gregorio vescovo, don Benedetto abbate, Pietro arcidiacono, don Ursone abbate, (Pietro presbitero) et cardinale, del priore di Traù (Vitale),[1] Giovanni capellano, don Pietro Bela, presbitero Giovanni, don Pietro decano.

Et io Theodoro prete ho scritto et fui testimonio.

quod multo antea agere debueram: dispono primum et ordino res in in cenobio sancti Stephani, cui indignus adscriptus inuenior, secundum legem diuinam et regulam sancti Benedicti, atque relinquo res nostras omnes et illas, que nostre esse uidentur, item que nobis commendate erant, et fuerant nostrorum maiorum, primo quidem Pauli archiepiscopi, item domne Dabre, matris mee adoptiue; atque ecclesiam sancte Marie sitam in Paludo cum omnibus pertinenciis suis; et omnes res, que nostre uidentur esse et que ad nos pertinent, mobiles atque immobiles; que omnia dicto monasterio concedo perpetuo ab illo habenda, possidenda aut permutanda. Si quis uero nostrorum consanguineorum instinctu diabolico huic donacioni nostre contraire temptauerit, iram trini et unius dei et malediccionem CCCXVIII sanctorum patrum incurrat. Hec supra dicta acta sunt in presencia horum testium: Laurencii uenerabilis archiepiscopi et Gregorii episcopi, domni Benedicti abbatis, Petri archidiaconi, domni Ursonis abbatis, (Petri presbiteri) et cardinalis, (Vitalis) prioris traguriensis, Johannis capellani, domni Petri Bela, presbiteri Johannis, domni Petri decani.

Et ego Theodorus presbiter scripsi et testis adfui.

Registrum olim in monasterio s. Stephani prope Spalatum, nunc Venetiis in bibliotheca s. Marci: Scritture del monasterio di s. Stefano di

Spalato cod. num. LI class. V msc. ital. Transsumptum in bibliotheca acad. scient. Zagrabiae nr. CCXVII. fol. 14.

Farlati III, 153. Cod. dipl. CSD. I, 139.

Annum deducimus a praesentia testis Petri cardinalis. Vide nr. 101.

[1] Vide nr. 96. a. 1075. ubi etiam Petrus Bela, alter nostri acti testis, adducitur.

103.

A. 1078. Sibenici.

Svinimirus rex terras avunculi sui Stresi in Massaro et a Salona usque Biači confirmat Petro Črni. Testes: Laurencius archiepiscopus, (Joannes) abbas s. Bartholomei, Duymus prior, (Dominicus) abbas s. Stephani, Dabro Platichleb, Jacobus morsticus, Damarad dvornik, Vlčina sagorsticus iupanus, Petrus praesbyter cardinalis, Joannes capellanus, Duymus podsuppus.

Vide nr. 111. J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 15. p. 99.

104.

C. a. 1078.

(Dubiae fidei.)

Svinimirus rex donat monasterio monialium s. Benedicti Spalati „territorium, quod est in Dillato subter vipera, quod lugoperscina uocitatur," usque ad „uiam supra mare, qua itur Tragurium."

„Priuilegium" Svinimiri commemoratur in litteris Grubiše comitis spalat. a. 1188, 15 martii. Apographum vetus in bibl. academiae scient. Zagrabiae. Cod. dipl. CSD. II, 144.

105.

C. a. 1078.

Chroatorum regina (Helena) donat monasterio s. Joannis Belgradi terras „sub monte sanctorum Cosme et Damiani" non longe a dicta ciuitate.

Commemoratur in Policorio p. 12. V. nr. 133, 57.

106.

C. a. 1078.

Nota de lite circa piscationem in insula Silago iterum composita et monasterio s. Chrysogoni Jaderae adiudicata.

Tempore domini Magii,[1] iaderensis prioris, pro necessitatibus publicis fuerunt uenditę piscationes: una in Melata, altera in Silago,[2] in ualle maiori[3] sancti Victoris ex parte altana, que continetur a loco, ubi Mecarus[4] dicitur, usque ad casas, quę suę piscationis quartam portionem se habentibus dare solebant, quas uero (non) pauci Jaderensium nobiles propter quartam portionem emerant. (Sed quia in dicta[5] divisione) piscium litigabant et se inuicem s(c)indentes et cedentes lacerabant,[6] uenit iam dictus[7] prior, cuius superius in alio loco mentionem fecimus, cum eis ad monasterium; et timens, ne in peius malum deueniret, presente Trasone abbate, fecit eos portionem suam piscium offerre coram omni populo beato Chrisogono[8] martiri. At illi omnes in hoc facto letati sunt; et minime iam sentientes litigium in pace fraternitatis manserunt, emptionem suam piscium data sacro quippe cenobio. Post multorum autem curricula annorum, quando omnia iam diruta fuerant, queque utilia erant et seruorum dei pertinentia, tempore Candonis, iterum piscatores, ad sinistram tendentes, machinabant auferre quartam partem uallis sancti Victoris adiicientes: „quod de tota Melata quartam dedimus partem". Unde paruo interuallo euoluto, Dragonis nobilissimi prioris sub tempore, iudicium inter eos fuit, quę et qualis[9] pars iustior esset. Statim, inflamati spiritu nequam, monachis sacramentum dederunt, quamuis se, nimium penitentes, egisse talia, (mox agnoscerent). Inter hec affuit Stephanus iaderensis presul una cum Drago priore et Manfredo[10] aduocato testes et omnes nobiles nostre urbis.

Et ego Dominicus, presbiter, rogatus ab omnibus propria manu scripsi et roboraui.

Transsumptum in archivo c. r. loc. consilii Jaderae: Acta s. Chrysogoni cass. I, masso H, nr. 7.

Cod. dipl. CSD. I, 147.

Quoniam Candidus a. 1076 Jaderae prior erat notaque haec „parvo interuallo" sub prioratu Dragonis at tempore episcopi Stephani scripta fuit: illam circa a. 1078 editam putamus.

[1] I. e. Madii, Maii. [2] Tilago. [3] malora. [4] Meyarus. [5] dictitione. [6] Hucusque ad verbum fere concordant cum litteris sub nro 20. [7] „in diebus". [8] Grisogono. [9] equalis. [10] Maifredo.

107.

A. 1079, 4 octobris. Romae.

Gregorius VII Wezelino militi, fideli suo, imperat, ut contra regem Svinimirum, in Dalmatia apostolica auctoritate constitutum, ferre arma desinat.

Gregorius episcopus seruus seruorum dei Wezelino[1] nobili militi salutem et apostolicam benedictionem. Scias, nos de prudentia tua multum mirari, ut, qui te esse dudum beato Petro et nobis fidelem promiseris, contra eum, quem in Dalmatia regem auctoritas apostolica constituit, tu modo coneris insurgere. Quapropter nobilitatem tuam monemus et ex parte beati Petri praecipimus: ut aduersum iam dictum regem deinceps arma capere non praesumas, sciens quicquid in illum ausus fueris, procul dubio te in apostolicam sedem facturum. Si uero aduersus ipsum aliquid te forte dicis habere a nobis iudicium debes expetere, et expectare iustitiam potius, quam contra eum ad iniuriam sedis apostolicae manus tuas armare. Quod si te temeritatis tuae non poenituerit, sed contra mandatum nostrum contumaciter ire temptaueris, scias indubitanter: quia gladium beati Petri in audaciam tuam euaginabimus et eodem pertinaciam tuam et omnium, qui tibi in ea re fauerint, nisi resipiscas, multabimus. Sin uero oboediens, sicut christianum decet, prudenter extiteris: gratiam beati Petri et apostolicae sedis benedictionem, sicut obtemperans filius, consequeris. Data Romae 4 Nonas Octobris, indictione III.

Gregorii VII registri VII, 3—5 (lib. VII ep. 4). Mansi: Conc. collectio. XX, 290. Philippus Jaffe: Monumenta Gregoriana. Berolini 1865. p. 384. Regesta pontif. rom. nr. 3869. Farlati III, 153. Cod. dipl. CSD. I, 166.

[1] De Vezelino disserui in Rad XXVIII, 147—7.

108.

C. a. 1076—1080.

„Membrana inuentarii monialium sancte Marie de Jadra.“[1] Item quae abbatissa Čika eidem monasterio in domibus et terris comparavit.

1.

(Fragmentum.)

. . . Duo ymnaria, unum matutinale, cereum laudum pro x et viii solidis; in candelis candeolisque in hac arcella maiori x solidos dedi. Hęc ego Cicca abbatissa in thesauro apposui nostro monasterio sancte Marię.

Nunc uero eadem scribo, quę in domibus siue terris uel constructionibus eodem tempore sunt acquisita. Eodem tempore comperaui medietatem domus a posterulensi Sergio, funditus deuastatam, ex australi parte curię, protendentem ab aquilone in meridiem; aliam uero medietatem donauit nobis Neupret cum sorore sua, quam monachauimus, et superadidit coquinulam cum subiacenti curiola. Domum autem illam restauraui totamque cooperui atque straui. Istius uero domus comparacio de propriis meis et meę filię Vekenegę bonis facta est.

Per idem uero tempus domna Dabra cum sua nepte D. ad nos ueniens monacha effecta attulit nobis domunculam ex occidentali parte cum puteo ac coquinula et subiacenti curiola, ab aquilone in meridiem protendente.

Per idem uero tempus ueniens ad nos dominus Uncio,[1] mortis (periculo) preuentus uir nobilis, attulit nobis suum subiacens alodium a termino domnę D. protendens in meridiem usque ad uiam, et insuper addidit xII solidos.

Per idem uero tempus a quibusdam conciuibus comparauimus ortum ante fores ęcclesię iuxta uiam ex occidentali parte pro xv solidis, in quo domum fratribus et hospitibus a fundamento fabricauimus et stratam, ut est honorifice, composuimus.

Per idem uero tempus domina Bona, filia Madii Segę iudicatoris,[2] pro filia sua Marichina,[3] quam monacham fecimus, dedit nobis quartam partem destructę domus Plani[4] post pinnaculum templi, et quantum illi quarta pars exigit, quartam partem subiacentis curię. Ego uero Cicca abbatissa comparaui tres partes illius domus de proprio meo patrimonio:[5] dedi Ciclę pro medietate domus et curię xxx solidos; dedi Petrizo, filio Trunçani, nepoti Segę xv solidos pro quarta parte domus et subiacentis curię.

Hęc in domibus et curia, ut prescripsi, adinuenta sunt monasterio sanctę Marię.

Adsunt in archivo monasterii s. Mariae Jaderae duo exemplaria: a) Registrum membr. saec. XII. fol. 12—13, in quo deest titulus. b) MSC. recentius, quod continet acta saec. XI—XIV ibid. fol. 16—17. cum titulo: „1073 membrana inventarii monialium sanctę Marię de Jadera".
Cod. dipl. CSD. I, 145.

In eodem registro sub a. fol. 2. adest brevis descriptio terrarum in Petrčani, quae incipit: „Hii sunt termini terrarum ecclesie sancte Marie monacharum, quę permanent in loco, qui dicitur Petrizani" . . Ast descriptio haec confecta fuit circa a. 1174, quo tempore vixit Petrus Farine, cuius fit ibidem memoria. Cod. dipl. CSD. I, 166. II, 93. 95.

[1] Inscriptio haec deest in registro *a*. [2] Cf. Unec, Unek, (unъ, unij, uněj, melior). Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 418. [3] Fuit iudex Jaderae anno 1076. Vide nr. 86. [4] Cf. Marika, Marinka, Marica. Miklošić op. cit. nr. 215. Marichna, Marichena. Cod. dipl. CSD. II, 9. 21. [5] Cf. Plên. ibid. nr. 288. [6] item „matrimonio".

2.

Cicca abbatissa „comparauit a Jaderensibus possessionem terre in loco, qui dicitur Capruli, pro uno equo albo XL romanatorum appreciato, tempore Stephani episcopi et Dragi prioris"

„Vendicionis cartula" commemoratur in litteris abbatissae Većenegae, eiusdem Ciccae filiae, a. 1105.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae. fol. 8. Cod. dipl. CSD. II, 11.

109.

C. a. 1078—80.

Svinimirus rex „collaudat" coram iupanis Júra nonensi et Lubomiro (de Sidraga) nec non tepiçone Jacobo iudicium sui tepiçonis Dominici, qui territorium monasterii s. Johannis Belgradi in Mirane, quod Stresina iupanus „berberisticus" eidem auferre voluit, Petro abbate „uiriliter decertante" eidem monasterio adiudicauit.

Vide nr. 133, 11.

110.

C. a. 1079—80.

Coram Suinimiro rege, eiusque iupanis: Strêsina breberistico, Jacobo tepiçone et Jura nonensi iupano nec non coram Madio abbate s. Chrysogoni donat Joannes Sclauus, monasterio s. Joannis Belgradi „totum suum alodium in Gorica".

V. nr. 133, 6.

Tempus deducitur e testium nominibus, quae in aliis annorum horum actis reperiuntur. Petrus praeterea abbas s. Chrysogoni, cui Madius successit, adhuc a. 1075 commemoratur (v. nr. 83).

111.

A. 1080.

Petrus Črne ecclesiam s. Petri in Selo cum monasterio pariter a se constructo dotat terris et possessionibus, quas describit et quo modo acquisiverit eas refert.

In Christi nomine, et eiusdem incarnationis anno millesimo octogesimo, indictione uero VIII.[1] Temporibus quoque domni Laurentii uenerabilis spalatine sedis archiepiscopi, regi(s) Chroatorum Suinimiri, nec non Ualizze prioris. Petrus ego Zerni,[2] qui et Gumaii[3] filius, una cum domina Anna mea coniuge, filia scilicet Maii Fave,[4] diuina docente clementia ac plurimorum dei seruorum fulti consilio salubre, causa nostrorum defunctorum immo delictorum redemptionis iniuimus consilium, quatinus de nostro proprio conquestu more fidelium omnipotenti deo pro posse nostro aliquam portionem offerre possemus; quodque deo iuuante expleri diffinimus. Igitur in loco, qui dicitur Sello,[5] circa ecclesiam sancti Stephani, que ditioni domini nostri, uidelicet beatissimi Domnii, subiacet, cepimus ad honorem principis apostolorum omnium Petri ecclesiam construere, quamque deo permittente studio artificum compleuimus; denique iam peracta, conuocato presule iam memorato ceterisque ministris ordinis diuini, v idus Octubris eandem consecrari rogauimus; ad cuius solempnitatem plurimi Spalatinorum Chroatorumque uirorum gratia remissionis seu absolutionis uenerunt. Deinde auctoritate duce diuina prephatus archiepiscopus cum ceteris sibi astantibus ministris pro dotis eiusdem ecclesie nos exigere cepit; nos uero pro uiribus et nostro posse quecumque tamen necessaria, eisdem dei seruis dictantibus, erant, optulimus sibi.

In primis quidem competentia officia missarum: librum missalem, I, calicem argenteum cum sua patena et omni apparatu misse, librum passionum sanctorum I, antipho(na)rium, nocturnale I, psalterium I.

Terras autem dedimus omnes, que in circuitu eius habentur ecclesie: a confinio territorii prelibate ecclesie sancti Domnii usque ad locum, qui dicitur saline, quicquid infra est, mons siue ualis, a maris ripa usque ad uineam tilsto-cosse.[6] Omnia enim ista nostro proprio acquisiuimus pretio: ideo in domo dei dedimus.

Nam in primis terram, in qua sita uidetur ecclesia, comparauimus a Pribislauo[7] pro duobus solidis et uno modio frumenti, alio autem de sale, quod dedimus pro fine sibi; et hoc factum est coram Stephano filio iupani Pribine[8] et presbitero Prodano et presbitero Drag(i)sano,[9] atque Girgi[10] de Tugari. †

Ibidem iuxta eandem terram emimus terras a Zulo pro IIII modiis frumenti et I argenteum pro fine; coram Johanne Mesagalina et Stephano Curano (et) Boledrugo de Tugari. †

Insuper emimus Semianum a suis inimicis pro XL romanatis; ipse autem non habens unde se redimeret, dedit mihi territorium, quod sui patris erat, ut ego diuiderem cum filio suo omne per medietatem; et in parte mea dedit totum territorium super ecclesia, et sibi retinuit territorium in Malcin; et quod remaneret, diuiderem; et sic a me liber abscessit. Et hec conuentio ac diffinitio facta fuit ante occclesiam in Nacle[11] coram his nobilibus, scilicet: presbitero Lasca et alio presbitero Lasca, presbitero Prodano, presbitero Picna[12] et Girgi de Tugari et Draganego et Habraham et fratre suo Andrea, et omnibus eiusdem loci uillanis; ac coram testibus aliis, quos a Spalato mecum duxi: Johanne filio Gastano,[13] Petro filio Salati et Bilza filio Girdeo.[14] †

Post hec uero Miroslauus cum filiis Michahelis, a(c) Cedeno[15] quidem et Chualo,[16] aduersus nostram diffinitionem hanc maligno spiritu concitatus surrexit et non modicam partem de prephato territorio a me subtrahere cepit: a territorio Pribislaui[17] usque sursum ad petram. Unde nos, conuocatis iterum multis Spalatinorum nobilibus, inter quos etiam Jacobum marianorum ducem[18] cum suis militibus ibidem interesse rogauimus, ante quorum presentiam cum prefato decertauimus Miroslauo; ubi et conuentionem, hi(i)sdem monentibus nobilibus, cum eis denuo fecimus. Qua propter afirmauit nobis prephatas terras, quas subtraere uolebat; et insuper nobis augmentauit monticellum, quod prope petra(m) situm est, et ualle(m) similiter incipiente(m) de saline usque Satilie et de Satilie usque ad mare. Et dedimus sibi pro conuentione octoginta modia ordei et unum solidum pro fine. Et ipse Miroslauo anteposuit se dicens: „quicumque a modo uoluerit te de hoc requirere, ego me omnibus pro te opponam". Actum est (hoc) ante notitiam horum testium: ducis uidelicet iam dicti, et sui psari[19] Sauide[20] ac ceteris[21] militibus eius, et Dragisani filii Semiani, Girgi de Tugari, Habraham et fratre eius Jadreio, Dabrouito setnico, et Semidrago et fratre eius Vilcizo[22] et alter frater Basili, et Draganego duornico et fratre illius Boledrugo, Formini spalatini qui et Busica,[23] presbiteri Petri Pisenica, Formini Platimisse, diaconi Duymi Boce, Grubiti Zane, Prodani, et diaconi Dabri, et aliorum multorum. †

Nam post multorum annorum curricula decidi in infirmitatem, ut nulla spes euadendi esset; ideo uotum uoui in ipsa infirmitate,

ut si ego conualescerem de infirmitate, in prefata ecclesia Petri apostoli ibi me totonderem et habitum beatissimi Benedicti reciperem. Igitur, dispensante diuina clemencia, surrexi de lectulo; et consilio et adiutorio Laurentii archiepiscopi ceterorumque clericorum in supra nominata ecclesia domnum Gregorium, nostrum nepotem, abbatem ordinauimus; et hoc quod uoui, auxilio dei adimpleui. Set cum cepimus edificare domos, que necessarie erant fratribus, aminiculo dei consumauimus; quapropter consilio memorati abbatis aliorumque fratrum uoluimus in nominato monticellum, quod comparaui a Miroslauo et a filiis Michahelis, uicum construere nostris famulis: ceperunt Uilkiki[24] nec non Prodanus duornico cum omnibus Tugaranis, causa inuidie, zeloque diaboli inflammati, resistere dicentes: „non licet tibi construere uicum in monticellum, quia nostrum est". Et ego illis: „uallem et montem, incipiente ex saline usque Satilie, omnia mea sunt; quia emi a Miroslauo coram idoneis testimoniis". Attigit eo tempore uenire in nostris partibus Slauizo rex et Petrus banus nec non Sarubba[25] causa discordie, que erat inter Slauizo et Lubomiro. Ụnde uocauerunt nos ante hos nominatos uiros omnes Tugarani; residentibus in ecclesia beati Petri, que sita est in Olmisi, scilicet coram Slauizo nec non Petro et Sarubba, ceperunt altercare nobiscum, et ita nobis iudicauerunt ut ego uocarem tres meliores ex prefatis testimoniis, uidelicet presbiterum Petrum Piseniza et Forminum Platimisse nec non diaconum Duymum Boce. Igitur habii Spalatum, mecumque adduxi eos; et ad nominatas partes[26] ascenderunt, et ita, ut supra scriptum est, quia monticellum et vallem et incipiente a saline usque ad uineam tilsto-cosse totum nostrum esse, testificauerunt coram Dabro diacono filio Diti,[27] presbitero Dominico Macica, presbitero Runtino, Duymo filio Jezamoza,[28] Oliuerio, Rugata, Vlcina, Damanego, Dabro Petriti, Kerna de Tugari, Dragana Tilstocosse. †

Et alias terras ultra torrentem comparauimus a Iuanizo pro I solido et pario de sola pro fine, coram Nycola et fratre suo Girgi. †

Et comparauimus terram aliam a Dobrouito et filio suo Dedomiro, que est supra terras sancti Stephani sub rupe, que uulgo dicitur lau, pro VI galetas uini et media pro fine, coram presbitero Urso et diacono Dabro, Johanne Mesagalina et Petro Carbone. †

Adhuc comparauimus promontorium, qui dicitur pissi rit,[29] a filiis Stephanizi, Petracia et Sdedrago, pro III solidis et duobus pariis de solis pro fine, coram Mesagalina et Petro Carbone. †

Ibidem prope uinea Nicolay comparauimus uineam a Girgi fratre

Nicole pro II solidis et I modium frumenti pro fine, coram Gregorio Cimpli et Johanne Cotini. †

Ibidem comparauimus uineam a presbitero sancto Maximo[30] pro I solido et I argenteum pro fine, coram Micha Masitulo et Andrea de Tugari. †

Comparaui terram de Zulo infra nostras terras pro I solido et II stara de sale pro fine; presbiter Madius Barbazani testis. †

Emimus terram de Iuanizo iuxta terra supra nominati Zuli pro IIII modia de grano et medio pro fine, ante presentiam horum testimoniorum: Paulo Acina, Fusco Pece filio Minya.[31] †

Adhuc quoque comparauimus de Zulo terra prope meas terras pro III stara de grano; et alias de ipso Zulo emi terra subtus terras sancti Maximi pro VII galetas uini et I prandium pro fine; presbiter Girgi, Prodano[32] frater de Marco, testes. †

Et comparaui de Zuli supra terras sancti Domnii secus meas terras pro IIII caseis et IIII panibus pro fine; filio Calendulo, Zanni, testes. †

Emimus terram, que pertinet ad Cozzinzani[33] iuxta territorium nostrum, de Bozza[34] et de fratre eius et de totis parentibus eius pro I pinguissimam porcam et CCC cepas pro fine, ante hos testes: Boledrug, Prodano[35] filio Semidrago, Boiano filio setnico Boza et frater eius Uilcanus. †

Ego Petrus comparaui terram in die sancti Benedicti de Drugana et de fratre eius Bolano, terra que fuit de sancto Maximo infra territorium sancti Petri; nam prefatus Drugana et Bolana mutauerunt suam terram a sancto Maximo, que habuerunt sursum, et mihi ista deorsum uendiderunt pro IIII solidi et uno modio de sale pro fine; presbiter Johannes Raguseus testis, Anastasius presbiter testis, et alius Johannes testis, Johanne filio Paulelle (teste). Ista sunt testimonia Raguseorum: Sabatius subdiaconus filius Cepuci, Velconiza filio Dabraza, testes, Andreas presbiter et Dretillo celarius, testes. †

Et aliam terram comparaui de Bolano filio Dabrouito supra terras sancto Maximo pro II solidis et I modio de grano pro fine, duornico Dragonego et Johannes Calendulo filio, testes. †

Et emi tres pezze de terra, supra nominata terra, de fratre eius Dragano pro I modio frumenti et II stara de sale pro fine; Draganego duornico testis. (†)

Ibidem comparaui terram, ubi dicitur Grebeni,[36] de filiis Semidragi, Prodano[37] et Drugana, pro XX uellera ouium et II (solidis)

pro fine; Ursana filio Junce[38] testis. Et omnes terras, que habuerunt supra Grebeni, totam comparaui a prenominatis fratribus pro I solido et II uellera et tres cubiti de lenzo pro fine; Ursana Junzze testis, Draganego testis. †

Et emi a Vilkizo, auunculo Prodani,[39] terras incipiente a terras Dragane usque ad terras Zuril(l)i et usque ad terras Uitaze, que sursum sunt, pro V modio frumenti et medio I caseum pro fine, coram Draganego duornico et Calendulo. Ibidem emi terram de Uitaza supra ipsas terras pro III modio frumenti et medio et I caseum pro fine; magister filio Calendulo et Boledrugo et Zuli, testes. †

Et emi terram de Zurillo et de filio eius Dabriki[40] pro I solido et II galetas uini pro fine, coram Girdana[41] Tilstacossa et Draganego duornico. † Et alia terra comparaui ab ipso Zurillo in loco, ubi dicitur arca supra terras sancti Stephani, pro VII galetas uini et mesa[42] pro fine; filio Calendulo et Boledrugo[43] nec non Jaderei, qui fuit a Casaro, testes. †

Comparaui uineas de Draganego, uites et terra, pro XI solidis et I modio sale pro fine, coram Girgi, Habraham et setnico Dabrauito. † Et de ipso Draganego comparaui aliam terram a[44] Bresteni[45] pro I solido et I ovis pro fine; coram Semiano et Girgi. †

Comparaui terra a Mucla longa, iuxta meas terras, de Iuanizo pro medio solido et I capra pro fine; coram filio Dragisani et Draganego et filio Calendulo. †

Et emi terra a Grubizo aurifico, incipiente de Stilbiza[46] usque deorsum ad terras prioris Tragurii, coram nostro abbate et presbitero Paulino et filio Calendulo et Zurillo, pro III capras et I modio frumenti pro fine. † Et emi terra de consobrino suo Zura, aurifico, ibidem iuxta eam pro I modio ordei et I caseum pro fine, coram Draganego et Zuli.†

Et emi uinea de Dabressa sursum iuxta Boledrago pro IIII solidis et I modio salis pro fine coram Girgi. † Comparaui de fratre suo Martino uineam, que est a Surbo,[47] pro I solido et I modio salis pro fine, coram Girgi. †

Comparaui curtem in Brazza de Tessen[48] Pupazuso, a Gomilie omnes agros et uineas, coram omnibus insulānis. †

Comparaui uineas in To(r)nico[49] de Cipriano, et aliam comparaui uineam ab ipso Cipriano ad uiam, que ducit ad uicum, pro IIII solidis pro fine coram Vsemiro.[50] †

Et emi terram a Prasizo,[51] que fuit auio meo Michaza, quam uendidit uxor eius, et ego redemi eam ab illorum nepotibus, qui

eam comparauerunt, uidelicet a Urascana[52] et de consobrino eius Uilcai[53] et a Michaza filio Jadrei, pro x solidis et II argentei atque II galetas uini pro fine, coram Osrizzo[54] podsuppo et Tomedrago[55] cluzaro et Uilcana brauaro, Petrana Scurpunne,[56] Balla[57] Duymo, Dragouito. †

Adhuc quoque comparaui terram supra Salona, ubi dicitur a Suatizzo, de nepote de Uale pro v solidis et medio pro fine, coram Sinice[58] et Radana.[59] † Deinde comparaui locum in Salona a Gribiza nepote de Baza pro II solidis et I modio de sale pro fine, ante presentiam Jacobi morstici et sue uxoris. Et in ipso loco statui molendinum et in ipsa domo prefata emi locum de filio Eruizo Nesnu et de nepote eius pro II solidis et meso et I galetas uini pro fine, coram eodem Jacobo morstico, Ueliaco cum filio suo Gregorio podsuppo, Uucha Cotino. Deinde post multos annos insurrexerunt contra me nepus suus et filius Uilcane brauari, Johannes, uolentes per iniustitiam tollere prefatum moledinum. Unde preiudicauit eos Uilcana brauaro, ita dicente: „fili, sine requirere prefatum molendinum, quia praue illum requiris; nam ego scio, quod pretium tulit exinde et pretium dedit Cicle pro seruitute sua," coram presentia Dobromiri filii Saraceni et filio Tripuni Zurra, puer Dedo. †

Post hec vero Suinimir rex dederat Stresi,[60] auunculi sui, totas terras, que erant in Masaro et incipiente a Salona usque Biaki, ut ipse tolleret tributum ab eis. Denique uolebat michi per uim tollere memoratam terram, ita dicendo quod esset regalis.[61] Nam ego statim iui ad Suinimirum in Subenico, et duxi mecum uenditores terre, et (sunt professi),[62] quod ipsa terra non esset regalis, nisi illorum, qui eam uendiderunt, tam de ista terra quam de illa quam comparaui in Vrana a cillaua niuua.[63] Unde mihi confirmauit prefatus rex nominatas terras, ut nullus deinceps querimonias faceret; et etiam maledictionem dedit omnibus, qui eam quesierint, ante Laurentium archiepiscopum, (Johannem) abbatem sancti Bartholomei, Duymum priorem, abbatem sancti Stephani Dabrum, Platichlebi et Jacobum morsticum,[64] Damarado[65] duornicum, Vilcina sagorsticum, presbiterum Petrum cardinalem,[66] Johannem capellanum, Duymo podsuppum. †

Ad hec emi terras a filiis Uiseni, Desico[67] et Bogdano et aliis fratribus, in loco ubi dicitur Podspilize,[68] cognomento Mirizo, terra et silua et petras, totum quod est in Mirizo, pro VI solidis pro fine et medium besvetie; coram his testibus: presbitero Dabro filio Te-

lina,[69] diacono Micha Jurre filio, diacono Cernata filio Pradani Pecce, diacono Dabro filius Petrici, Uilcina filius Climini, Grubo filio Bipirelle, Paulo Acina, Drase, et Gauzulo nepus Zane, Stano filio Petrici. Et ego Diti filius diaconus Dabro, sicut audiui a prefatis testibus sic sripsi. †

Denique emi de Germano prisbitero, pronepote Tamali,[70] tertiam partem ecclesie sancti Martini, que est sita in monte grasso, et totas teras, que pertinent de Tamali, pro III solidis et medium pro fine, coram his testibus: Nyciforo nepote Cini, Gauzulo filio Scanacani et (Petro) Cegayta, Trunzani filio Rugate nec non Paulo Acina, Dominicus abbas sancti Stephani, Johannes filius Pucipani et Sennica atque Cicla. †

Emi uineas de Uilcumiro,[71] fratre Prede, subtus ecclesia sancti Maximi, que fuit Arabizo, pro XII galetas uini et I porca pro fine, coram Germano Tamali et Paulino monacho et ceterorum monachorum. †

Post hec uero emi ex Girdana[72] medietatem de uinea, que est ubi dicitur in Bresti,[73] totam (que) sibi pertinet, pro I solido et medium pro fine modium de grano, coram Zirnugo[74] et Clonimiro fratre Grubsi,[75] et Vitan fratre duornico, et abbas cum suis monachis. Et ego Dabrus diaconus, sicut audiui ex memoratis testibus, sic scripsi.

Denique emi de muliere Beneda[76] et ex filiis suis uinea, que est suptus sancta Maria, que uocatur Nacle,[77] prope mare pro I modio de grano et I staro pro fine, Girdana et omnes monachi testes. †

Emi de Bratizo,[78] filio Chudina, uineam et agrum a Bresti secus me pro IIII galetas de uino et media pro fine, Cirnotta et presbitero Cechizo[79] et diaconus Stephanus, testes.[80]

Deinde comparaui similiter in ipsam domum locum de Uilcana, filio Martino Lacarda, pro II solidis I modio de sale pro fine; Formino Platamissa et Benedicto Orbazai atque Ui(t)cha, testes. †

Et emi in alio loco quarta pars de memorato loco de Semina[81] et de fratre eius pro II modio de grano et medio et mesa galeta uini et III pani pro fine, coram Uilcina Trubillo et Petro de Muto et Zanni de Maraldo. † Et emi quarta pars in ipsum locum de Drasizo filiastro de Crasano[82] pro I solido et mesa galeta uini pro fine, coram Formino Platamissa et Benedicto Orbazai. † Denique comparaui medietatem de ipsum supra scriptum locum a presbitero ueterano, qui cantat missam in sancti Johannis aram, pro II solidis et I galeta uini pro fine, coram Prodano, nepus de Mattana, presbiter Marco, diaconus Dabro, Duymo de Tulo, testes. †

Adhuc uero comparaui seruum, nomine Cyprianum, cum filiis et filiabus et uineis, que sunt super callem sub ecclesia sancti Maximi, a Nycola pro xv solidis pro fine, coram Petro Cegaita, Johanne de Porta, Dabro Laudula, Fusco Pucipani. In eadem ecclesia dedimus seruum nomine Nycolaum cum uxore sua Dabrina, cum filiis et filiabus, ac uineis suis, que sunt iuxta uineas Cypriani; quia comparauimus illum a fratre suo Girgi coram Lucaro et aliis multis; nam prenominatus Nycola sit in ipsa ecclesia, dedimus illum per manum suo fratri Girgi prenominato coram Stephano iupano, Formino Platimissa. † Comparaui (seruum) nomine Negoçai[83] a Duymo, filio Stresinna, pro vi solidis pro fine, coram Fusco Tiberi et Drago Muti. † Similiter comparaui seruum nomine Dragaza a presbitero de Orechoua pro v solidis, coram Basilio Stasucco et Lampredio Cybriulo, cui et c. pecora et ii vacce atque par bouum dedimus ad opus eiusdem ecclesie; et sit ibidem. † Emimus puerum adhuc paruum, qui nuncupatur Slobba,[84] a suo genitore, quem studio litterarum erudire fecimus, quemque libertauimus et usque ad presbiterii honore sub(limari) fecimus, ad eiusdem ecclesie opus ibi illum perpetuo manere uolumus. Et dedimus Petrum Dracculum,[85] quem comparaui a Catarinis pro iii solidis. Comparaui Zorzi Draculum a Bartholei setnico pro viii solidis pro fine, coram archiepiscopo (Laurentio) et Johanne capellano. † Comparaui seruum Andriulum nomine, quod dedi patri suo xl solidos ad laborem; et non habenti unde reddere tuli prenominatum filium pro sol(ido). Comparaui . . . pro solido et i staro de grano pro fine in tali pacto, ut si daret seruum similem sui, liber abscederet; sin autem non, (in) perpetuum fieret ecclesie seruus, coram omnes fratres et coram sorore sua hoc firmatum est. † Denique comparaui seruum nomine Pribilum ex Olmisanis pro iiii solidis de Preda[86] et Gradinna.[87] † Comparaui seruum nomine Bolezzo[88] filio Ulasizo[89] de Preda et ex Desa pro vii solidis, coram omnes monachos. † Ad hec comparaui seruum nomine Dragadet[90] de Gurgi filio Berivoii,[91] pro uno mernico, qui fuit per manupreso de Ludino[92] et ipse mediator ex seruo. Denique comparaui seruum nomine Dedona[93] cum filio de mulier(e) Casari et de filiis suis pro iii solidis pro fine, ante ecclesiam et coram omnes monachi et omnes Tugarini. † Adhuc quoque comparaui seruum nomine Maracus[94] de Radoslauo de Narento pro i cuballum pro fine. Comparaui seruum nomine Vilcota, quod dedit mihi Tollanus[95] pro seruum, quem mihi furauit Miroslauo, pater Tollani, per manupriso, coram Bartholy setnico.[96] † Compa-

raui seruum Radouano nomine ex Campisanis pro x solidis, et Dedullum[97] per manum ad Ursanum de Sirnounyze.[98] † Denique comparaui seruum filius Mirane;[99] et dedit michi per se puerulum nomine Bratessa coram Brano iupano et filio eius, et prenominatus filius Mirane pro manupriso. † Et emi seruum nomine Nycola et soror eius nomine Marina et monacho sancti Bartholomei pro III solidis pro fine. † Comparaui seruum nomine Desinna de Micha Tigala pro VII solidis pro fine, pro manupriso pater suus Vilconiza, coram Sarubba iupano et Gregorio Scafiule et Nyciforo filio Telina.[100] † Denique comparaui seruum nomine Lubizo de Gruba, filio Purci,[101] pro I ancilla et I seruiolum, rogante me patre suo ut illum redimerem, coram morstico[102] Rusino et Grubizo suo consobrino, pater uero suus per manupriso et mater, ante presentiam horum testimoniorum. Duymo de Srenine et Uilkiki et nepos suus Prodano[103] et omnes monachi, † Comparaui seruum nomine Raccana, qui fuit Usemiro,[104] de Subbenzani pro III solidis pro fine. Comparaui Lutizo seruum; nam ipse Lutizo mihi debebat III solidos, non habenti unde redderet, dedit se mihi seruum coram duo filii Zdedrago[105] et Stiglizo. † Comparaui seruum nomine Perinna pro II solidis pro fine. Comparaui filia Scarane[106] cum filio suo Nadeia[107] pro I solido et II stara de grano pro fine, Pradano duornico et frater eius testes. † Post hec emi mulier Nenadi[108] cum filia sua pro I solido et I libra de lino pro fine, ante Pradano duornico et fratre eius et Boledrugo de Nacle et Kerni de Tugar cum fratre pro Belata et Girdana. Ego Dabro diaconus scriptor sum et testis. † Ad hec comparaui mater de Striani de Cirnecha, filio prioris, pro III solidis; et filiam comparaui de Longobardis pro x solidis in tali tenore, ut sint omnes fratres et sorores in seruitute, Duymus prior et filius eius testes.[109] † Dedit Zacharia filium suum, Chuduli[110] nomine, ut esset seruus sancti Petri, pro III solidis pro fine. Et Raccana similiter dedit filium suum Belotiza in prefata ecclesia in sempiternum. Denique Dabressa dedit filium Stroiil[111] in memorata ecclesia, ut esset seruus in sempiternum. Comparaui seruum nomine Uelcoz[112] de Nebistan pro II solidis pro fine. Utecha et duo filii sint similiter in ecclesia sancti Petri. Porçarus similiter se dedit in nominata ecclesia; atque illum curauit Desina[113] abbas cum magno dispendio (ab infirmitate), quam habebat in capite † Comperaui medium molinum de Brataza fratre Zezani,[114] quam dedit ei (Cresimir rex[115]), pro XXV cubiti de lenzo et I galeta de uino pro fine, coram Madio longo et Formino Salato; et alium medium fuit de sancto Petro,

dedit illum mihi presbiter et omnes serui sancti Petri ut illum laborarem, ut fieret medietas mihi et alia medietas illis, coram duo filii Cacaunti et duo filii Riuelli. †

Omnia ista, que hic prelibata sunt, uolumus in sempiternum ecclesiam habere. Nostris autem filiis ad regendum hec omnia committimus, set tali modo ut que ibi sunt oblata, regant, custodiant, conseruent et ab omni perturbationis cursu defendant; cotidianum ut habeant officium, elaborent non ad opus suum set ad ecclesie, et ibi seruientibus illud custodiant. Quod si, quod absit, aliquis eorum aliter, preter quod precipimus, egerit, (a)ut ad suum opus illud retinuerit, iratum habeat trinum et unum deum, et maledictionem cccx et viii sanctorum patrum consequatur, et in perpetuo nostram possideat maledictionem.

Registrum membr. uti videtur, saec. XII, olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalatensis p. 1—15. Transsumptum in bibliotheca scientiarum academiae Zagabriae cod. msc. nr. 287. fol. 43 seq. Notum erat etiam Lucio: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 10 p. 85.

Farlati III, 154 initium tantum exhibet. Carrara: Archivio capitolare di Spalato p. 51—59. Cod. dipl. CSD. I, 070.

In codice rectus rerum ordo desideratur; quapropter ea, quae rei natura coniuncta ibidem autem disiecta sunt, ordine disposuimus.

[1] Indictioni VIII respondet a. 1083; sed actum hoc ad a. 1080 referendum esse, librariumque potius in indictione errasse censeo ex eo, quia alias eiusdem Petri donationales a. 1080 Isaac abbas s. Stephani scripsisse dicitur (nr. 112), quum tamen a. 1085 idem monasterium suo abbate eareret (v. nr. 116). [2] i. e. cerni, cьrni. Die Bildung der slav, Personennamen. nr. 446. [3] Gumay. Cf. „Sauina, uxor Gimmai". nr. 33. [4] Mayfave. [5] selle. Selo. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 567. [6] i. e. tьlsto kose. Cf. tusto brdo, tolsti vrh etc. ibid. nr. 681. [7] pribistrio, quod nil significat. V. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 297. [8] Pribina iupanus cetinensis a. 1076 v. doc. nr. 88. [9] Dragьšan, Dragošan. Miklošić ibid. nr. 118. [10] i. e. Gjirg, cf. Gurьg, Gjurga. ibid. nr. 63. [11] inacle i. e. in nacle. Naklo, Naklь. Miklošić: Die slav. Ortsn. aus Appellat. nr. 368. [12] Forsitan loco Pucna, Pecna a them. пѫк. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 313 [13] Cf. Gostên, Hoston. ibid. nr. 83. [14] Girde, Gьrde ibid. nr. 91. [15] loco Zedeno, Zьdeno, Sьdeno. Zden ibid. nr. 380. [16] i. e. Hval. ibid. nr. 421. [17] pribistrii. [18] alias „morsticus iupanus". V. infra [19] risari. [20] i. e. Zauide. Miklošić ibid. nr. 139. [21] certis. [22] Vьlkic. ibid. nr. 43. [23] Nisi forte Bosica i. e. Božica ibid. nr. 11. [24] Vьlkiki, Vьlkići. [25] Forsitan pro Svaruba. Cf. ibid. nr. 336. [26] petras. [27] Forsitan pro „Didi", Did = Dêd. Ibid. nr. 127. [28] Videtur esse compositum: Ježa-moža. Cf. Ježebodьc. ibid. nr. 471. [29] pьssi rьt. [30] i. e. sancti Maximi. [31] Mьnja. ibid. nr. 233. [32] pradano. [33] i. e. Kozinčani. Cf. Kozinka, Kozičin. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 253. [34] i. e. Božo, Boža. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 11. [35] pradano. [36] Die slav. Ortsnamen aus Ap-

pellat. nr. 125. [37] pradano. [38] Cf. Juni. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 474. [39] pradani. [40] i. e. Dabrik, Dobrik. ibid. nr. 114. [41] i. e. Gьrdan, Grъdan. ibid. nr. 91. [42] ital mezza. [43] bolledrugo. [44] ital. loco „in". [45] i. e. Breštani, Brestjani. Die slav. Ortsn. aus Appellat. nr. 28. [46] i. e. Stьlbiza, Stlъbica = Stubica. Ibid nr. 620. [47] i. e. Sъrb, Srub, sъrąbiti abscindere, srub Balken, Blockhaus, Bollwerk. ibid. nr. 655. [48] Die Bild. der slav. Personennam. nr. 414. Těšan, Têhen. [49] Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 687. Tornik. [50] Hi duo articuli occurrunt in cod. msc in pag. 17; sed huc sunt referendi uti vel ex inde patet, quod ibi etiam praecedant articulum sequentem, qui bis occurrit, nimirum in pag. 10 et 17. [51] i. e. Prasьc. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 337. [52] puto legendum esse „urašana" loco Urošan. Cf. Uroš ibid. nr. 419. In eodem msc. inferius additur „Matazza". [53] i. e. Vьlkaj, habetur etiam „velcai". [54] i. e. Ozric. ibid. nr. 265. Inferius in eodem msc. astrizo. [55] togedrago, apertum mendum. Tomidrug vide infra. Cf. ibid. nr. 401. [56] Forte loco Scurbunne, Skъrbune. cf. Scurben ibid. nr. 345. [57] ibid. nr. 1. Bala, Bale. [58] Forte Sidico i. e. Sьdico. ibid. nr. 380. [59] rarara (!), omnino mendum. Radana ibid. nr. 316. [60] Die Bildung der slav. Personennam. nr. 375. Strêzo. [61] essent regales. [62] in msc. tantum . . . recti. [63] i. e. Kilava niva. [64] marsticum. [65] Dauarado. V. ibid. nr. 316. Domarad. [66] V. ch. 101, a. 1078. [67] Ibid. nr. 107. Desko. [68] Die slav. Ortsnamen aus Appell. nr. 605. Podspilj. [69] Die Bild. der slav. Personennam. nr. 393. Talin. [70] Cf. ibid. 401. Tomilo. [71] i. e. Vьlkomir. [72] i. e. Gьrdana. ibid. nr. 91. Grъdan. [73] Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 28. Brestь. [74] i. e. Cьrnug. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 446. Črъnug, Črъnugović. [75] grubtiv. [76] Ibid. nr. 5. Beneda. [77] nache, error pro nacle. [78] i. e. Bratьc. [79] Cf. Čeč, Cekan ibid nr. 441. [80] Quae inde ab articulo: „Post haec vero Suinimir" sequuntur, in msc. cod. pag. 18—20 inserta sunt, sed ad has Petri Černe donationales aperte spectant. [81] Cf. Semъko op. cit. nr. 388. [82] i. e. Krasan ibid. nr. 177. [83] Cf. Nêgoč ibid. nr. 256. [84] i. e. Zloba. ibid. nr. 147. [85] Cf. ibid. nr. 119. drakъ rom. diabolus. [86] Ibid. nr. 307. [87] Ibid. nr. 85. [88] Ibid. nr. 14. Bolessius. [89] Ibid. nr. 42. Vlah, Vlašin, Vlaško. [90] Loco Dragaded, alias Dragodêd ibid. nr. 118. [91] Berivoy. ibid. nr. 5. [92] Ibid. nr. 208. Ljudin. [93] Ibid. nr. 127. Dedon. [94] Ibid. nr. 215. [95] Tolan ibid. nr. 400. Toljen. [96] setniquo. [97] Ibid. nr. 127. Dedol. [98] i. e. Žьrnovniza. Die slav. Ortsn. aus Appellat. nr. 788. [99] Die Bildung der slav. Person. nr. 221. Miran, Mirana. [100] cf. Talin. ibid. nr. 393. [101] Ibid. nr. 310. Purko. [102] marslico. [103] pradano. [104] i. e. Všemir. ibid. nr. 58. [105] cde-loco zde-drago. Cf. ibid. nr. 380. [106] Cf. Scorina (Skorina), Skoron. ibid. nr. 344. [107] Ibid. nr. 243. Nadej. [108] Probabiliter Ne-uadi. Cf. ibid. nr. 30. Vadim, Vadihna. [109] Articuli: „Comparaui filia Scarane", quique sequuntur, inserti sunt in msc. cod. pag. 20; et ad hasce donationales pertinent. [110] Čuduli? cf. ibid. 447: Čudna, Čudo-mil. [111] strosit, mendum librarii. Strojil v. ibid. nr. 374. [112] i. e. Vьlkoc. ibid. nr. 43, Vukač. [113] „decara"; puto mendum librarii esse pro „desina". [114] Cf. ibid. nr. 131: Žeza, Žezak. [115] „criuali rex" in msc. apertum mendum librarii; si altera uox bene adscripta est, prior poterat esse „cresimir".

112.

A. 1080.

Petrus Cerne cum coniuge Anna donat monasterio s. Petri a se condito terras suas in Bilaj.

In Christi nomine, et eiusdem incarnationis (anno) millesimo octauogesimo, indictione uero octaua. Temporibus quoque domini Laurencii uenerabilis archiepiscopi spalatine sedis, regis C(h)roatorum Suinimiri nec non Volize prioris. Ego Petrus Cerni, qui et Gumaii filius, una cum uxore mea domina Anna dedimus (monasterio sancti Petri) omnes terras, que sunt in Bilay,[1] incipiendo a muro, qui est supra mare, et ad alium murum, ubi fuit pons ad torrentem, qui uocatur Gargenus, et usque ad aquam, que uocatur Cripotin,[2] et inde ad alium torrentem, et inde uersus mare ad murum pristinum.

Et ego Ysac, habas sancti Stephani, hoc scripsi.

Registrum membr. olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalat. p. 28. Transsumptum in msc. cod. nr. 287. fol. 55. biblioth. acad. scient. Zagrabiae.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato. p. 67. Cod. dipl. CSD. I, 178.

[1] i. e. Bilaj; etiam „Belay" nr. 127. [2] Forsitan „Criuotin" i. e. Krivotin. Cf. Krivaja, Kriva rieka. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 270.

113.

C. a. 1082.

Monasterium s. Johannis Belgradi acquirit sub Lupo abbate terras in Servica et Narach.

Vide nro 133, 43—44.

Lupus fuit praedecessor Madii, praefueratque monasterio inter Petrum et Madium.

114.

A. 1083.

Svinimir rex donat archiepiscopo spalatensi territorium Konuština in Smina.

† In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno quidem dominice incarnacionis millesimo LXXXIII, indiccione uero VI-ta. Ego Suinimir, gracia dei Chroatorum atque Dalmatinorum rex. Cum me dei omnipotentis pietas sua miseracione in regali locaret solio, cum eciam

regni diademate sceptroque a uicario eiusdem clauigeri Petri, Gregorio uidelicet papa beatissimo, legaliter adhornarer: equanimiter cepi circa meos fideles, immo dei oratores, donacionis gracia esse solicitus, dignum ducens, quo nullus fieret exterus a nostra donacione. Igitur inter plurimos nostra regalis dignitas fideles et oratores hunc sibi eligere decreuit, Laurencium uidelicet spalatinum uenerabilem archiepiscopum, uice patris, cuique placuit corde gratissimo territorium in loco, qui Smina nuncupatur, illud quidem, quod Conustina[1] nominatur, donare tali uero modo, ut ipse illud possideat, habeat, donet(que) cuicumque uoluerit. Si quis autem, quod absit, nostrorum successorum instinctu diaboli hanc nostram donacionem disrumpere tentauerit, iratum habeat trinum et unum deum, et habeat malediccionem cccx et viii sanctorum patrum, et cum Juda, traditore domini, in inferno perpetualiter trudi mereatur. Hacta sunt autem hec ante presenciam huiusmodi testium: in primis regine Lepe, Radouani regis filii, presbiteri Andree et capellani regis, Dabri abbatis, Ugonis capellani archiepiscopi, Matica[2] postelnici, Simonis presbiteri, Dragolubi capellani, Uisse[3] ubrusari.

Ego Theodorus, sacerdos et cancellarius eiusdem regis, iussione regali scripsi.

Registrum privilegiorum archiepiscopatus spalat. a. 1333 (v. nr. 2. item J. Luc. Memorie die Traû p. 219) quondam in eiusdem archivo. Cod. msc. Donationes principum ecclesiae spalat. ibid. Transsumpto praeficitur haec adnotatio: „Exemplum sumptum ex originali in membrana cum sigillo plumbeo pendente cum cordula canapis, in cuius una facie est imago regis sedentis, in altera uero scriptum: SVINIMIR REX CHROATORUM (et Dalmatinorum), existente in archivio archiepiscopali spalatensi". Item transsumptum acto spalatini capituli a. 1397 insertum in bibliotheca comitis Fanfogna Tragurii.

Farlati: Illyr. sacr. III, 154. Cod. dipl. CSD. I, 177.

[1] Konjuština. Cf. Konjuša, Konjščina. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 231—232. Cf. Konjsko in districtu communis Clisii. [2] Ita in transsumpto a. 1897. Farlati „Mocuo". Cf. nr. 111 p. 129: Dominico Macica. [3] Više. Die Bild. der slav. Personennamen nr. 52.

115.

A. 1083.

Svinimir rex donat monasterio s. Stephani prope Spalatum territorium in Raduna.

(Charta interpolata.)

Nel nome della santa et indiui- dua trinità. L' anno dell' incarna-	In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno incarnacionis do-

tione del Signore millesimo LXXXIII nell' indictione sesta. Io Suinimiro, per la Dio gratia rè de' Croati et Dalmatini. Essendo per la Dio gratia quiete nel mio stato, et regnando il beatissimo papa Gregorio,[1] ho parimente voluto incominciare ad esser cortese verso i miei fedeli, anzi servitori di Dio, stimando cosa degna che nissuno fosse escluso dalla nostra donatione. Fra gli altri però fedeli e di Dio devoti habbiamo eletto Gisilberto abbate di san Stefano di Spalato, al quale con gratitudine habbiamo concesso il territorio nel luogo detto di Raduna,[3] da esser da esso perpetuamente havuto, con questo patto però che esso quello posseda, habbi et doni a chi si voglia. Et se alcuno de' nostri successori ardirà opporsi a questa nostra donatione, il che Dio non voglià, caschi nell ira dell' onnipotente Dio e nella maleditione dei santi padri, et meritevole d' esser condannato in perpetuo nell' inferno con Giuda traditore. Furono fatte le predette cose alla presenza di questi testimoni: aprima della regina Lepa, di Radovano figliuolo del rè, di prete Andrea capellano del rè, di Dabro abbate, et Ugo capellano dell' arcivescovo, di Matica[4] postelnico, di Simone prete, di Dragolubo capellano, di Vissa[5] ubrussaro.

Io Theodoro sacerdote e canceliere del medesimo rè per suo ordine ho scritto.

mini millesimo LXXXIII, indiccione VI. Ego Suinimir, dei gracia rex Chroatorum et Dalmatinorum. Cum gracia dei et regnante (in ecclesia) beatissimo papa Gregorio quies in regno meo uigeat, equanimiter cepi erga fideles meos, preprimis erga seruos dei, donacionis gracia esse sollicitus[2] dignum existimaus, ut nemo a beneficencia nostra excludatur. E ceteris tamen fidelibus et deo deuotis selegimus Gisilbertum abbatem sancti Stephani spalatini, cui çum gratitudine concessimus territorium in loco Raduna[3] dicto, ut ab eo perpetuo habeatur cum iure quidem illud possidendi, habendi et cuicunque libuerit donandi. Si quis autem nostrorum successorum, quod deus avertat, huic donacioni nostre contraire temptauerit, iram omnipotentis dei et maledictionem (CCCX et VIII) sanctorum patrum incurrat, et cum Juda traditore mereatur in infernum perpetuo damnari. Acta sunt hec in presencia horum testium: inprimis regine Lepe, Radouani regis filii, presbiteri Andree capellani regis, abbatis Dabri, et Hugonis capellani archiepiscopi, Matica[4] postelnici, Simonis presbiteri, Dragolubi capellani, Visse[5] ubrusari.

Egô Theodorus, sacerdos et eiusdem regis cancellarius, iussu ipsius scripsi.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc Venetiis in bibliotheca s. Marci: Scritture del monasterio di S. Stefano di Spalato cod. num. LI clas. V msc. ital. Transsuptum in bibliotheca acad. scient. Zagabriae nr. CCXVII fol. 15—16. Versio italica admodum negligens.

Charta haec confecta est e priori, concessa ecclesiae spalatensi (v. nr. 114), uti utriusque tenor, ac praeprimis formula, edocet. Nomen abbatis desumptum est e donationalibus Petri Cresimiri a. 1069 (v. nr. 58.), quod quidem eo a fortiori putamus, quum litterae sub nro 111 et 112 alios s. Stephani abbates exhibeant. Illud quoque respiciendum est, quod litterae Stephani regis, quae de eodem loco Raduna agunt (nr. 125) ne uno quidem verbo acti huius mentionem faciant.

Farlati III, 154. Cod. dipl. CSD. I, 177.

[1] i. e. „Essendo per la dio gratia et regnando il beatissimo papa Gregorio quiete nel mio stato". [2] V. supra nr. 114 p. 139. [3] Pagus Radunić in communi Muć, districtu spalatensi. V. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen nr. 249. [4] „Mosica". Vide nr. praecedenti. [5] i. e. Viša.

116.

A. 1085.

Laurencius, archiepiscopus spalatensis, concedit monasterio s. Stephani prope Spalatum ecclesiam s. Michaëlis ad muros eiusdem civitatis.

(Charta suspecta.)

Nel nome della santa et individua Trinità. L' anno dell' incarnatione del Signore millesimo LXXXV, nell' inditione VII(I). Io Lorenzo, per la Dio grazia (arci)vescovo di Spalato, insieme con Valiza[1] priore clero e tutto il popolo, habbiamo consigliato (a) don Dabrone[2] abbate del cenobio di s. Stefano protomartire per causa di persecuzione di diverse genti; e però per commune consiglio è stato trattato, che se li concedesse un luoco vicino alla chiesa di s. Michiele[3] che è posta verso le mura della città et il lido del mare; et in oltre gli avevamo esibito di dargli, quando le piace ed in che modo

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno incarnacionis domini millesimo LXXXV, indiccione VII(I). Ego Laurencius, dei gracia (archi)episcopus spalatensis, una cum Valiza[1] priore, clero et universo populo, dedimus consilium domno Dabroni[2] abbati monasterii sancti Stephani protomartiris, (ut) ob incursiones diuersarum gencium (quibus hoc monasterium expositum erat, aliud securiori in loco sibi edificet.) Itaque de communi consilio agebatur, ut illi concedatur locus quidam proximus ecclesie sancti Michaelis,[3] que ad muros ciuitatis et ad littus maris posita est. Insuper polliciti su-

le pare, anco la chiesa. Il qual conseglio sentito il predetto abbate con i suoi fratri ha cominciato a fabricare et compita l'opera ha fabbricato un palazzo. Finalmente non doppo molti anni il rettore della predetta chiesa, cioè don Dabrale,[4] già arcivescovo, incominciò a tralasciare la medesima chiesa; e quella a noi refutò dicendo non voler più servire in quella; e noi accettatala, la esibissimo insieme con i libri et adornamenti, che vi si ritrovavano, ai monaci del predetto monasterio, inuitandoli a venir a quella. I quali essendo venuti così cominciai a parlarli, insieme con l' arcidiacono e tutti quelli che forono presenti: „ecco, che fù il tempo, fratelli e figliuoli, e s'è approssimata l'hora, che con ili divino aiuto n'è concesso adempire quello, che avemmo promesso; pigliate hora voi, benchè senza abbate, e ricevete il promesso dono." Et essendo data la cura di scrivere quest' ordine a Giovanni capellano; et havendo lui, benchè più volte pregatone, per sua indisposizione (trascurato), io Theodoro, indegno prete, ho scritto, così pregato dal medesimo venerabile arcivescouo, il quale me trovai presente dal principio al fine; acciò questa donatione, che è stata fatta da tutti li sopra detti, arcivescovo, clero, priore, nobili et popolo tutto, et unita alla chiesa di s. Stefano protomartire, stii perpetuamente fer-

mus illi dare ecclesiam ipsam, quando ipsi placuerit, et modo quo ipsi libuerit. Quo consilio audito predictus abbas cum suis monachis cepit edificare et opere completo construxit edificium. Tandem non multos post annos rector predicte ecclesie, uidelicet Dabralis olim archiepiscopus,[4] ipsam ecclesiam deserere cepit, et renunciauit nobis illam dicens, se nolle amplius inibi seruire; nos uero acceptantes eam tradidimus ipsam una cum libris et supellectili, ibi existente, monachis predicti monasterii, invitantes eos, ut illuc (habitatum) veniant. Qui cum uenissent, ego cum archidiacono et ceteris omnibus, qui aderant, eos ita alloqui cepi: „ecce aduenit tempus, fratres et filii, et adpropinquauit hora, quum diuino adiutorio nobis concessum est adimplere illud, quod promiseramus; nunc itaque, licet sine abbate, accipite et recipite promissum donum." Et cum Johanni capellano cura esset data paginam scribendi, ipse uero, licet sepius rogatus, ob infirmitatem suam hoc negligeret: ego Theodorus, indignus presbiter, qui ab initio usque ad finem his interfui, ab eodem uenerabili archiepiscopo rogatus, scripsi ut donacio hec, que ab omnibus supra dictis, (scilicet) archiepiscopo, clero, priore, nobilibus et uniuerso populo, facta est (monasterio sancti Stephani), perpetuo firma sit; neque (ecclesia s.

ma, nè possi per scrupolo o malignità d' alcuno esser scorporata. Et se alcuno di nostri successori per qualsi voglia causa la vorrà disunire da detta chiesa di s. Stefano, il che non piaccia a Dio, anzi da Michiele principe degli angeli, incorra la disgratia di esso santo, et ne senti perpetuo dolore. Furono fatte le predette cose alla presenza delli infrascriti testimonii, cioè: Pietro arcidiacono Gregorio vescovo, Pietro primicerio, presbitero Martino, presbitero Domenico Mazzuola, Giovanni capellano, presbitero Maio Barbagianni et presbitero Ceculo.

Et io Theodoro prete invece del capellano, che haveva la cura di scrivere queste cose, le ho scritto, et sono stato testimonio.

Michaelis), unita ecclesie sancti Stephani protomartiris, cuiusque scrupulo vel malignitate (ab eodem) seiungi possit. Et si quispiam nostrorum successorum, quod deus auertat, cuiusuis cause pretextu eam (ecclesiam sancti Michaelis) a predicta ecclesia sancti Stephani seu pocius ab ipso Michaële principe angelorum disiungere uoluerit, eiusdem sancti indignacionem incurrat et perpetuum dolorem (in inferno) sustineat. Hec acta sunt in presencia infra scriptorum testium, nimirum Petri archidiaconi, Gregorii episcopi, Petri primicerii, presbiteri Martini, presbiteri Dominici Mazzuola, Johannis capellani, presbiteri Madii de Barbazanis et presbiteri Ceculi.

Et ego Theodorus pro (Johanne) capellano, cui hoc scribere commissum erat, scripsi et testis adfui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc Venetiis in bibliotheca s. Marci: Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato cod. nr. LI class. V msc. ital. Transsumptum in bibliotheca scient. academiae Zagrabiae nr. CCXVII fol. 12. Versio italica item perquam negligens.

Farlati III, 155. Cod. dipl. CSD. I, 178.

Transsumptum adeo vitiosum, ut ipsam chartae authentiam in dubium vocet. Authenticum tot talesque lacunas certe exhibere non potuit. Nos lacunas ad sensum explevimus. Quae in expositione narrantur, longiori temporis intervallo agebantur.

[1] Vide nr. 57. [2] V. nr. 102. [3] Joannes, primus post translationem metropolitanae sedis Spalati archiepiscopus, „aedificavit ecclesiam sancti Michaelis de mare". [4] Laurentii ante Joannem praedecessor, depositus de sede. Hist. salonit. c. 15.

117.

A. 1086.

Petrus Črne cum coniuge sua Anna donat monasterio s. Petri in Selo terras in campo ad potok et Polog penes Salonam.

In Christi nomine, amen. Anno incarnationis eiusdem millesimo octauogesimo (vi), indictione nona. Temporibus quoque domini Laurentii uenerabilis archiepiscopi sedis spalatine, domini Suinimiri regis C(h)roatorum, nec non Volize prioris. Ego Petrus Cerni, qui et Gumaii filius, una cum coniuge mea domina Anna, dedimus monasterio sancti Petri omnes nostras terras, quas habemus in loco uocato campo, incipiendo a muro in inferiori uersus mare recta linea et sicut currit littus usque ad potoch et usque ad ripam superiorem, et recte sicut currit ripa uersus torrentem usque ad pedem montis Pologi[1] et uersus mare sicut currit ripa, et inde ad murum pristinum. Et hii fuerunt testes: Bogdan, Rac(h),[2] Dragonego (duor)-nic,[3] Juray setnico cum aliis.

Et ego Dabrona hoc breue scripsi iussu Pribimiri, uicarii regis.

Registrum membr. olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalat. p. 29. Transsumptum in msc. cod. bibliothecae acad. scient. Zagrabiae nr. 287 fol. 55—6.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato p. 68. Cod. dipl. CSD. I, 179.

[1] MSC. habet „po . . . longe". [2] „rac" pro „Rach". Cf. Rahoje, Rahan. Die Bildung der slav. Personennamen nr. 322. Novaković: srpski pomenici str. 96: „Рахань". [3] „ric". Ita legitur in cod. msc. sed „ric" pro „nic" alteram syllabam vocis „duor-nic" esse puto, prioremque a librario neglectam fuisse. Vide „Draganego duornico" nr. 111. p. 130, 131.

118.

A. 1086. Spalati.

Chartula Mirazzae, abbatissae monasterii s. Benedicti Spalati, de terris a se acquisitis.

In dei nomine et saluatoris Jesu Christi. Anno sacre eiusdem incarnacionis m(illesimo) octogesimo vi, indiccione viiii. (Sub) domno Laurencio, spalatine sedis uenerabili archiepiscopo, comitatu (domini) Duimo prioris. Ego Mirazza,[1] quamquam indigna (sancti Benedicti) abbatissa, una cum meis sororibus quicquid a no(bis) repertum fuerat, presenti scripto memorie mandamus. Comparauimus igitur de Duimo Casline[2] terram, que a parte aquilonis iuxta monasterium

sita est, cum cripta et omnibus sibi pertinenciis (de) intus et foris, per c solidos (cum iure) perpetue tenendi, possidendi (et habendi, ita ut pars) prope m(onasterium, Duimi) alia monasterii sit. Hoc actum est ante hos testes: Dusigrani[3] abbate sancti Petri, Lorran(do) iudice filius Sal(ati), (Cec)uli, Draze Neslani,[4] Platimissa Micha filius Mari (Plati)misse, Petrana . . . . aduocatus . . . . . . Item ab eodem Duimo Caslina postea (aliam terram) prope territorio per VIIII solidos comparauimus ante predictos testes.

Nota acto archiepiscopi Laurentii a. 1069 (nr. 57) subscripta, olim in monasterio monialium s. Benedicti sive s. Rainerii Spalati nunc in archivo monialium s. Mariae Jaderae.

Cod. dipl. CSD. I, 180.

[1] Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 221: Mirata, Mirča, Mireša. [2] „Petrana Casilina" commemoratur in charta a. 1040. V. nr. 36. [3] Forsitan „Dusi-vel Desi-radi" op. cit. nr. 107. [4] Idem nomenin acto a. 1119. Cod. dipl. CSD. II. 21.

119.

A. 1087, 8 Octobris. Teneni.

Svinimir rex monasterio s. Mariae Jaderae confirmat regiam libertatem, a Cresimiro illi concessam.

Et ego Suinimir,[1] rex Chroacię Dalmacięque, tibi abbatissę Ciche,[2] regali iure, tuoque monasterio sanctę Marię eandem, quam precessor meus, Cresimir rex,[3] subscribo libertatem,[4] firma perpetuitate, Laurenci archiepiscopi laudacione. Petrus chroatensis episcopus laudo. Johannes abbas sancti Bartholomei laudo. Firminus nonensis episcopus laudo. Et alii episcopi et comites laudantes confirmauerunt. Confirmacio ista data abbatissę Ciche in Teneno in festiuitate sancti Dimitrii anno domini millesimo octogesimo VII.

Registrum membr. saec. XII in archivo monasterii s. Mariae fol. 17. a. Transsumptum in msc. cod. recentiori: Descrizione etc. ibidem.

Cod. dipl. CSD. I, 180.

[1] suynimir. [2] cicke. [3] Vide nr. 51. [4] Ordo verborum esset: „tuoque monasterio . . regali iure subscribo libertatem".

120.

C. a. 1087.

(Dubiae fidei.)

Svinimirus rex, „magistro suo Scestaki"[1] donat „quoddam territorium a quadam maceria, que Cauca[2] dicitur, usque ad uiam gran-

dem uersus occidentem, que sclauice colnicus[3] dicitur, et ab inde recto tramite deorsum uersus usque ad Blatam."

In litteris Petrače Negomiri a. 1187, 30 septembris: Policorion p. 36. Cod. dipl. CSD. I, 140. Retulit Niceforus (1146) abbas s. Joannis ev. (Cosmae et Damiani Rogovae) ad Belgradum.

[1] V. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 451. Šestak, Šestъko. [2] Cf. Kavsko, Kavki. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 200. [3] i. e. kolnik.

121.

A. 1076—1087.

(Acta spuria.)

1.

Suinimirus rex „cuidam nobili de genere Lapaç, Vonyça nomine, cum quadam filia sua Clauda"[1] donat terras nonullas, in quibus „eorum posteri nobiles resederunt."

Diploma regis Ludovici a. 1359 in archivo r. camerae Budae. Transsumptum capituli nonensis a. 1367. Fejér: cod. dipl. regni Hungariae tom. IX, vol. III. p. 156. Cod. dipl. CSD. I, 216.

[1] Catalogus ducum et regum Dalmatiae et Croatiae" (cod. miscell. in bibliotheca com. Fanfogna Tragurii) habet: „Svinimirus; filia: Clauda, uxor Vinike ex nobili familia Lapuch".

2.

Svinimirus rex donat terram Carini „Michaeli Nelipçio ab Oršić et eiusdem coniugi, filiae autem suae Winicae, eorumque posteris".

Litterae spuriae Stephani Tvrtki a. 1390 in tabulario comitum Oršić, idiomate croatico exaratae, versae in latinum a J. Mikoczi: Otia Croatiae. Budae 1806 p. 433.

122.

A. 1076—87.

(Spuria.)

Laudatur Radula, Martini Lapsanović comitis de Karina avus, quia „Zvonimirum Dalmatiae regem ab interritu ter liberauit, qui fuit terror Bulgariae, gentisque suae decus, qui septies ac decies Bulgaros fudit; demumque fortissime cum dimicaret, suo et suorum septem fratrum sanguine Kosovo polje irrigavit, a Bulgaris caesus."

In spuriis litteris regis Colomani a. 1105 ap. Mikoczi: Otia Croatiae p. 433. Krčelić. Notitiae praëliminares p. 114.

123.

A. 1088/9. Spalati.

Synodus Spalati congregata definit coram rege Stephano II. litem inter abbatissam Cicham et neptim suam Věčam.

(Charta suspecta.)

Ego Laurencius, (s)palatensis archiepiscopus, iussi describi iudicium sinodaliter diffinitum a memet ipso et a subscriptis coepiscopis, scilicet A(ndrea) iaderensi atque P(etro)[1] chroatensi quam J(ohanne) traguriensi ac V(itali) arbensi, coram Stephano rege Chroacie (et Dalmacie) et Jacobo moristico,[2] Firminoque[3] priore multisque aliis nobilibus presentibus, in ecclesia sancti Domnii, inter Veçam[4] Madii prioris filiam ac Ciccam abbatissam, suam neptim, Vekenege genitam. Episcopus Stephanus, suus nepos, et Madius, eiusdem gener, Nicifori frater, aduersus Ciccam sic interpellabat ex parte Veçe dicens, se pro ea subiisse debitum xxxx solidorum; insuper ob id sua pignora dedisse. Quibus e contra Gregorius, predicti Madii filius, pro prefata abbatissa[5] sic respondebat: se ab ea nil accepisse, filios enumerando sororum, una cum ea pro parte domus, quam non habuerat, pignora possuisse et in eodem fratres, sororum filios, sibi illos xxxx (solidos) dedisse; ab illa uero penitus nichil, sed, sicut ab aliis, accepisse absque placito, absque termino pro parte domus xxxx solidos. Et hoc abbatissa confirmabat testibus: domno Madio iaderensi archidiacono et Dominico Tic(h)ine,[6] a quibus in medium deductis dicta abbatisse sunt confirmata. Quibus sic iudicauimus, ut ea pignora, que abbatisse ui ablata sunt, reddantur, et xxxx solidos partitores, se ipsos numerantes, siue de suis propriis seu de communi facientes eis, cui subiacent, reddant; hec uero suam, prout sibi data est, teneat partem.

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae fol. 19 b. 20. a.

Cod. dipl. CSD. I, 181.

Tempus, quo charta edita esset, deducitur e regimine Stephani II, successoris regis Svinimiri.

Charta valde vitiosa; verborum ordo, praecipue inde a „quibus e contra — solidos" adeo confusus, ut sensus difficulter eruatur. Plura adsunt, quae hanc chartam reddunt suspectam: si Stephanus episcopus eiusdem nominis praesul Jaderae subintelligendus est, quum in capite membranae Andreas eiusdem sedis episcopus adducatur, prior potuit tantum, si dignitati resignaverat, coram iudicio actor comparere; genealogica praeterea series ab altera in charta a. 1066 et 1091 (nr. 50, 128) exposita discrepare videtur; prioratus tandem Formini hoc tem-

pore vix demonstrari posset, cum hisce annis Duimus prior Spalati esset.

[1] „A“ loco „P“ v. nr. 119. [2] „maristico“. V. nr. 124. [3] Pro „Duimo“, qui prior Spalati fuit a. 1086 et 1097 (nr. 119, 138.), eratque successor Volice (nr. 117). [4] „Veza, Veze“. Cf. Věcka, Věcemila, Věće-nega, thema вѧщє. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 57. [5] i. e. Cicha. [6] Vide chartam nro 85.

124.

A. 1088/9. „Apud castrum Sibinico“.

Stephanus II rex monialibus s. Benedicti Spalati „donacionis scriptum“ praedecessoris sui Svinimiri de territorio Pustica in Lazani confirmat, et molendinum „prope Salonam“ donat.

† In Christi[1] nomine. Stephanus ego, nutu dei Chroat(orum et Dalmatinorum rex). Huius paginis seriem uel dictaminis causam cunctis nostri regni conprovincialibus ad futuram (diuini numin)is notare his studui scriptis. Cum igitur omnipotentis dei pietas me sua clemencia pa(trum), auum, proauumque solio (in) regio, omnibus Chroacię et Dalmacię nobilibus collaudantibus, exaltauerit honore: undique u(niuersa) nobilitas, seu exigui populi manus, ac ceteri ęcclesiarum cenobiorumque rec(tores u)el rectroact(is pro) causis (aut co)nfirmacio(nis r)erum, uel gracia comunis nostri regni utilitatis ad nostram, ut moris est (omnibus) imperantibus, confluere (ce)perunt. Itaque mater et procu(ratri)x sanctimonialium spalatini cęnobii, sancti uidelicet Benedicti martiris, inter hos nostri presencia una cum quibusdam suis sororibus quoddam scriptum[2] a nuper rege defuncto Suinimiro concessum sibi hoc ad opus sui cenobii de quodam torritorio regali, quod in loco, qui dicitur Lasani, habetur, secum deferens, in die natiuitatis sancte dei genitricis et uirginis Marię[3] se medium statuit; et hoc idcirco e(t i)ta, ut, quemammodum a memorato rege illud donacionis scriptum habebatur ratum atque firmatum, pari modo immo meliori a nostra regali dignitate cum nostri impressione sigilli roborari nec non perpetim deberet firmari. Quo cognito, tum illarum precibus flexi, tum nostrorum nobilium consilio suffulti, quod postulauerant, adimpleri illis precepimus. Igitur memoratum territorium iam dicto in loco inconcussum perpetualiter atque inuiolatum ad opus prescripti monasterii cum terris, que Pustiça nominatur, firmamus, ita quidem ut nostrorum successorum nullus, uel cuiuslibet persona, magna uel parva, nullo

modo his nostris firmacionibus et sigilli impressioni contraire debeat; Quodsi, quod absit, aliud aliquis agere temptauerit, et prenominatam domum dei his (terris) disuestire uoluerit, trinum et unum deum habeat iratum et cccto-rum et xviii sanctorum patrum consequatur malediccionem, et cum Juda traditore in inferno mancipetur. Actum est hoc apud castrum Sibinico in die prefatę solempnitatis ante noticiam horum testimoniorum: in primis Laurencii archiepiscopi, Johannis tragurini episcopi, Petri spalatini archidiaconi, presbiteri Petri spalatini, Jacobi morstici, (Lu)bomiri (t)epçi, Stresigna[4] breberistici, Uiseni zetinstiçi, Dragoslaui sagorstici, Uratina[5] polstici, Osrina dridistiçi, Desimiri (ubrusa)ri[6] . . . . . uone . . s(astobrins)cici,[7] Tole(mir) (t)epkiça, ac ceterorum nostrorum nobilium.

Ad hec quoque causa diuini amoris a parte nostri sibi concessimus prope Salone molendinum, similiter et starea, que est propria nostra; (hec quoque predic)tis testibus confirmantibus. Quibus eis omnibus legatum iupanum Centene, Uisenum uidelicet, (dedimus).

Membrana orig. litt. long. olim in monasterio s. Benedicti Spalati, nunc in archivo regnicolari Zagrabiae: Documenta antiquissima nr. IX. pluribus in locis corrosa.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat lib. II, c. 11 p. 87. Farlati III, 158. Jura regni CDS. I, 20. Cod. dipl. CSD. I, 181.

Nos lacunas explere studuimus.

[1] xpi. [2] Vide nr. 97. [3] i. e. 8 septembris. [4] i. e. Strêzinja. [5] Cf. Vratena, Vratoje, Vratko. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 47. [6] V. chartam nr. 125. [7] i. e. zastobrinski, ita etiam: morsc(t)i (morski), breberьsc(t)i, cetinsc(t)i, zagorsc(t)i, polsc(t)i, dridьsc(t)i, subintelligitur „iupanus“.

125.

A. 1089.

Rex Stephanus II donat monasterio s. Stephani prope Spalatum regium territorium in Raduna.

Nel nome della santa et individua Trinità. L' anno della incarnazione del Signore millesimo lxxxix, nell' indictione xii et epacta xxv.[1] Io Stefano, per la Dio grazia rè de Croati et Dalmatini, ho fatto scrivere questa nota di nostra regal donatione. Che essendo scritto, che con il tempo si

In nomine sancte et indiuidue trinitatis. Anno incarnacionis domini millesimo lxxxix, indictione xii et epacta xxv.[1] Ego Stephanus dei gracia rex Chroatorum et Dalmatinorum, feci scribere hanc notam nostre regie donacionis. Cum scriptum sit, quod imperia et regna huius mundi in tempore con-

consuma(no) gl' imperii et i regni di questo mondo nella guisa a punto che svanisce il fumo per l'aria; e che quello, che si concede per l'amor di Dio, si trasmuta in meglio, dicendo l'apostolo: „si semina in corrutione, nasce con incorrutione; si semina nell' ignobilità, nasce nella gloria; si semina corpo animale, nasce corpo spirituale;" et dicendo il salmista: „chi semina nelle lagrime, raccoglie in allegrezza". Le qual cose sono da pensar grandemente et con ogni spirito mandarle ad esecutione da cadauno secondo le sue forze. Però io, rè prenominato, mosso da questi esempi et incitato[2] dalle preghiere[3] dei buoni servi di Dio, anzi del nostro abbate di s. Stefano, chiamato Theodoro, ho voluto sodisfare alla sua dimanda: li concedemo dunque il territorio nostro regale posto in luoco detto Raduna,[4] tutto qual si sia, per l'amor di Dio e per la liberatione dell'anima nostra, anzi di nostri padre e madre, nel giorno del tremendo giuditio, da esser da esso perpetuamente havuto, posseduto et permutato. E quello che non è da tralasciarsi di scrivere, benchè con qualche rossore, acciò possa dai posteri esser letto, è che constretto da qualche necessità et recorso da loro per ausilio[5] in nostro servitio domandatoli qualche dono, il che loro molto cortesemente adempirono con cento et più soldi di

sumentur eo modo, quo fumus in auras euanescit; et quod quidquid ob amorem dei erogatur, id in melius mutetur dicente apostolo: „seminatur in corruptione, surget in incorruptione; seminatur in ignobilitate, surget in gloria; seminatur corpus animale, surget corpus spirituale;" et dicente psalmista: „qui seminat in lacrymis, in gaudio metet." Que quidem magnopere recogitanda et omni ingenio ab unoquoque pro uiribus in executionem mandanda sunt. Quapropter ego, rex supra nominatus, his impulsus exemplis et bonorum dei seruorum, presertim nostri abbatis sancti Stephani nomine Theodori, precibus excitatus, postulato eius assentire uolui itaque illi regium nostrum territorium situm in loco, qui Raduna[4] dicitur, totum atque integrum concessimus ob amorem dei et salutem anime nostre, immo patris et matris nostre, in die tremendi iudicii, perpetuo ab eo habendum, possidendum aut permutandum. Illud uero non est pretermittendum quominus, licet non sine quodam rubore, adnotetur, ut a posteris legi possit, quod scilicet necessitate quadam adactus et ad dictos seruos dei auxilii gratia confugiens, pecierim ab illis donum aliquod in servicium nostrum, quod ipsi perquam benigne prestiterunt prebendo plusquam centum solidos aureos, ita tamen ut digne compensentur. Quod uero hucusque adimplere

oro, per esser degnamente recompensati, il che sin ora non ho potuto adempire; sapendo queste cose Lorenzo venerabile arcivescovo, e Gregorio già vescovo di Croatia et Gregorio nostro cancelier. Se alcuno ardirà per instinto diabolico contravenire o corrompere questa nostra donatione, incorra nella disgratia di Dio trino et uno, et nella maleditione dei santi padri, et sia tenuto alla restitutione dei cento solidi predetti al monasterio di san Stefano protomartire, che è posto vicino alla città di Spalato nel promontorio. Fatte furono le cose predette alla presenza di questi testimonii: prima il prenominato arcivescovo, Gregorio (già) vescovo, ... ,[6] Dobroslao figliolo di Gorbina, Desimiro ubrusaro, Dragoslao dri(di)stico, Domenico postelnico, Budizo capellano, Budimiro figliolo di Beridrag.[7]

Et io Gregorio, cancelliero del prefato rè, signore mio, ho scritto queste cose di suo ordine et fui testimonio.

Et io Giovanni figliolo di Bratarado[8] per ordine di detto rè, signor mio, introduttore di questo territorio, fui testimonio.

non potui. Que omnia nota sunt Laurencio uenerabili archiepiscopo et Gregorio quondam episcopo Chroatie et Gregorio cancellario nostro. Si quis diabolico instinctu huic donacioni nostre contraire aut illam corrumpere attemptatauerit, iram dei trini et unius et maledictionem (cccx et viii) sanctorum (patrum) incurrat, et predictos centum solidos monasterio sancti Stephani protomartiris, quod penes ciuitatem Spalatum in promontorio positum est, restituere teneatur. Hec facta fuerunt in presencia horum testium: inprimis prenominati archiepiscopi (Laurencii), Gregorii olim episcopi, ... Dobroslaui filii Gorbine, Desimiri ubrusari, Dragoslaui dridistici, Dominici postelnici, Budiçi capellani, Budimiri filii Beridragi.

Et ego Gregorius, cancellarius prefati regis, domini mei, hec iussu eius scripsi et testis adfui.

Et ego Johannes filius Bratoradi de mandato dicti regis, domini mei, introductor in territorium istud, testis fui.

Registrum olim monasterii s. Stephani prope Spalatum, nunc Venetiis in bibliotheca s. Marci: Scritture del monastero di s. Stefano di Spalato cod. nr. LI class. V msc. ital. Transsumptum in bibliotheca scient. academiae Zagrabiae nr. CCXVII fol. 11. Versio italica negligens; ast iam latinum exemplar vitiosum esse debuit. Cf. nr. 115.

Farlati III, 158. Cod. dipl. CSD. I, 182.

[1] Anno 1089, indictione XII, numerabatur epacta VI; scriptor diplomatis retinuit epactam anni proxime elapsi. [2] invitato. [3] esempi. [4] Cf. Ra-

donja. Die Bildung der Ortsnam. aus Personennamen. nr. 249. Radunić, pagus communis Mućensis in districtu spalatensi. Mašek: Repertorio. Zara 1872. p. 32. [5] male „conseglio". [6] „Agralisto da Bari", quod adeo corruptum videtur, ut textui inseri non possit. [7] Cf. Beri-voj, Beri-slav. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 6. Analoge „Beri-drag". [8] Cf. Brato-ljub, Brato-mil, Drago-brat, Milo-brat. ibid. nr. 18.

126.

C. a. 1089.

Stephanus II rex confirmat sui patrui regis Cresimiri donationales de loco molendini Salonae monasterio s. Stephani prope Spalatum concessas.

Et io Stefano, herede del medemo mio zio (Cresimiro) nel regno per la divina clemenza, confermo questa donatione in perpetuo avanti il predetto arcivescovo (Lorenzo) et Gregorio vescovo di Croatia.

Io Giovanni, capellano del medemo arcivescovo, ho scritto per ordine del predetto rè Stefano et fui testimonio.

Et ego Stephanus, dei clementia eiusdem patrui mei (Cresimiri) in regno heres,[1] confirmo istam donationem in perpetuum coram predicto archiepiscopo (Laurentio) et Gregorio chroatensi episcopo.

Ego Johannes, capellanus eiusdem archiepiscopi,[2] de mandato prefati regis Stephani scripsi et testis adfui.

Appendix subscripta diplomati regis P. Cresimiri sub nr. 58.
Farlati III. 138. Cod. dipl. CSD. I, 133.

[1] Farlati inexacte vertit: „diuina clementia futurus in regno successor". [2] Quod sequitur, Farlati ommittit.

127.

C. a. 1090.

„Breve recordationis" Petrizi, facti monachi in monasterio s. Petri in Selo, de conventione inita cum Ludino, filio Miroslavi, et de terris a se acquisitis.

Breuem recordationem ego Petrizo facio de conuentione, quam feci cum Ludino, filio Miroslauo, quando illum retinui Spalato apud me. Nam dimisi sibi duos seruos et trecentos porcos tali quidem tenore, ut si deinceps mihi faceret aliquod damnum, (isti parentes eius, scilicet Vilcano Degoynego et Braniza et Vekemiro et Jeroslavo[1] et Slauizo frater eius, et duo nepotes, filii Casari, et omnes parentes iurauerunt, etiam ipse Ludinus), ut mihi componerent

damnum prenominati parentes. Insuper et nepta dedi ei baptizare. Post hec habli ad monasterium. Set ipse non quieuit facere mihi damnum: uenit et deuastauit totam uillam meam, cepit quatuor seruos et duas ancillas, et patrem ancillarum flagelauit usque ad mortem; et cepit duos optimos equos et unum mulum et tres boues et due uacce et quinque tele de sagis, habentes unaquaque uiginti cubiti, et quatuor tela et nouem camise et una racana, due cucure, et quatuor spate, et quinque par(i)a . . . . et duodecim marre et sex uomeres et quinque delatoria et sex saga, octo pulatoria et duodecim sicli et sex porcos. Post hec habii ad prenominatos, parentes eius uidelicet, et per manu prisos ita dicendo: „reddite michi damnum, que fecit uester consanguineus". At ipsi responderunt: „uerum est, sicut tu dicis; iam nos te rogamus, ut accipias totam hereditatem illorum, que pertinet illis ex suo patre". Set ego nolebam, „nisi michi uincxeritis terra a Belay,[2] que terra incipiente a muris usque ad meas terras, quas emi a Tomizay[3] et de fratre suo Sbinna."[4] Denique dederunt michi totam hereditatem ipsorum et ipsa terra a Belay, ante presentia horum testimoniorum: presbiterorum Johannis Kerne, Mica[5] de Suliza[6], Michune monacho, Sauida, Vratina[7] de Malla.[8] Nam ipsi prenominati testes, presbiter Johannes et filio Suliza et Sauida et filio Malla, Vratina, ambulauerunt per totas terras, quas michi dederunt parentes illorum. Postea iuimus a Raccinico[9] et dederunt totum, quod est in Raccinico; et in Jessenouo[10] totas uineas; et ubicunque que pertinet illis. Post hec dicebat Susalo de Bilsoy:[11] „quia non est uerum, non dedit a Rac(c)inico". Set prescripti testes testificauerunt in Clisa coram iudice Volenno[12] et Vlcina de Stresazza,[13] Tesseno de Sittimiro,[14] Tomidrug filio Naiesda, Dimitrio filio Slocolle; quod Rac(c)inico et omnia, que illis pertinent, dedimus in sempiternum.

Denique emi terra de Tomizay et de fratre suo Sbina in loco, ubi dicitur a Belay, ex uno torrente usque ad alium pro trecentos uellera de lana et quinquaginta dedi eis pro fine. Et eodem die comparaui de Uilcmiro et de fratre suo Preda curtem in Sirnouniza et uinea in Peruno[15] pro uno equo, ante presentia horum testium: presbiter Uilcana, Teodorus Pudisini,[16] Sauida et filio Malla et filio Souinna et filio Ruselio, Vecemiro et filio eius Cernugnno,[17] et omnes parentes eius. Et comedi cum prefatis testibus unam porcam et unum modium de farina et duodecim galetas uini in loco, ubi dicitur a Cobilache.[18] De duobus emtionibus isti prenominati sunt testes, et de Tomizaj et de Preda.

Registrum membr. olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalat. p. 21—23. Transsumptum in cod. msc. biblioth. acad. scient. Zagrabiae nr. 287. fol. 51—52.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato. p. 62—4. Cod. dipl. CSD. I, 176.

[1] V. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 467 Jaroslav. [2] Die slav. Ortsnam. aus Appellat. nr. 12. Belaj. [3] Cf. Tomica. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 401. [4] Ibid. nr. 379. Sbina, Zbyna. [5] Ibid. nr. 222. Mića. [6] Ibid. nr. 378. Sul, Sulek, Sulik. Inde nomen loci: Sulice. [7] Ibid. nr. 47. [8] Mala. Ibid. nr. 213. [9] Die slav. Ortsnam. aus Appellat nr. 521. Račьnik. [10] iesemeno. Ibid. nr. 180. [11] Cf. Bêloš, forte Bilšo, Bêlšo. ibid. nr. 27. [12] Ibid. nr. 45. Volen. [13] Ibid. nr. 375. Stregonja, Strêzna, Stresko. [14] Žitimir. ibid nr. 137. [15] Perun. Die slav. Ortsnam. aus Appellat. nr. 428. [16] Forte loco Budisini, Budiš. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 21. [17] Ibid. nr. 446. Črnug, Černugno, cf. Crnohna. [18] Kobiljak. Die slav. Ortsnamen aus Appell. nr. 42.

128.

A. 1091.

Drago prior iadrensis cum suis nobilibus adiudicat Večenegae, uxori Dobroslaui, haereditatis partem, quod iudicium spalatensis archiepiscopus Laurentius confirmat.

1.

Anno incarnacionis Jesu Christi[1] nostri domini millesimo xci. Kyri Alexio Constantinopoleos imperante; tempore quo Uladislaus Pannoniorum rex, Chroacię inuadens regnum domnum Almum, suum nepotem, in illo statuit regem; iaderensi uero cathedre domno Andrea uenerabiliter presulante; meque Drago, domni Prestanti episcopi nepote, iam tercio priorante. Accidit, ut in primo anno mei tercii prioratus[2] coram nobis ac prefato episcopo aliisque quam pluribus oriretur querimonia domne Veke(nege), filie Ciche, que uiri sui, uidelicet Dobroslaui, thorum custodiens uiginti annis deo deuota monastico utebatur habitu, quam Petrus, socer suus, filius domni Dabri, uerbis suorum deceptus propinquorum, suo exhereditauerat uerbo, filiumque suum, quem cum quadam Sclauuncula natum habebat, moriens tocius sue hereditatis fecerat heredem; hanc autem monachali irretitam uinculo, que illum alimentis uestimentisque fouerat continue, quod ueris probatur assercionibus, expertem suorum fieri iusserat dicens, filio mortuo huic uiuenti nurui, quasi mortue, nil deberi dari. Quem eciam iam dictus Dobroslauus, filius eius, paterna motus pietate consensu coniugis sue Veke(nege),

quam futuram nouerat monacham eadem notificante, moriendo sue illum proprietatis fecerat participem, par boum sibi tribuens cum suis culturis, aureosque nastalos[3] quin eiam suam uineam; nempe neminem estimans illi compotizari hereditati sua pretermissa coniuge; quippe nondum ipse pater alia utebatur uxore. Unde factum est, ut utrisque coram nobis litigantibus ipsamet domna Vek(eneg)a cum sua matre aliisue propinquis, et ex alia parte Madio electo eiusque fratre Petrinna nec nou Zanizo, Mazikyrne[4] filio, cum pluribus aliis consencientibus, demum iussu presulis episcopali, quo sedebamus, egressi palacio ibidemque cisternam ingredientes cum iam dicto episcopo et Johanne iudicatore aliis(que) nobilibus ducto in medium utrorumque certamine, quid hinc rei exitus doceret, perscrutari cepimus. Quod more antiquorum diiudicare uolentes (decreuimus): ut ipsa[5] sua frueretur parte, uelut si uiuus adesset cuius caritate se monastice dederat professioni. Sed huic rei contrariantibus hoc displicuit, seque archiepiscopali uelle obedire iudicio conclamarunt. Quibus et illa una nobiscum assenciens sepissime inuitauit, ut ad suum cum ea irent prepositum.[6] Quae sub unius anni induciis, nobis cernentibus, cencies exclamati ire renuerunt. Quos nos hoc modo difiniuimus, in primis anni illius atributo sibi tribuno Trunzanno Maio, Peze filio: partis domus et uinee heredem eam fecimus; ut uel sic Spalatum, prout expetierant, cum ea proficiscerentur. Quibus et ex hoc inducie a mense iulio usque in natalem domini largite sunt. Sed procaciter resistentes et se hinc subtraxere. Quapropter ego Dragus prior, commune seruans sacramentum, neminem uolens ab aliquo uim sustinere, cum iam nominato episcopo aliisque nobilibus ad domum illius pergentes, que sita est in quadriuio sancti Petri, legali hoc definientes iudicio, sub episcopali uinculato precepto, illam pleniter habere debere partem iussimus, ipsique nos illis domum partientes monache occidentalem partem domus dedimus, duasque ulnas et eo amplius medietatis domus propter maritum illam consentire uoluimus infantulo.

Hec ego Maius archidiaconus, quia his omnibus interfui, et ut a memoratis presulibus michi iniunctum est, fideliter ueraciterque scripsi.

Et post tradita coram his testibus lecta et sigillo dicti prioris signata: Johannes iudicator (testis), Vitaza testis, Micha testis, Desinna testis, Madio (filius) Zelle testis, Budinellus[7] testis, Madius gener Zelle testis, Prestancio testis, Pru(u)ona[8] testis, Grubize filius

Gregorii testis, Gauzulus Prestabarba testis, Barba testis, Neupret testis, Dolmaldus testis, Brate testis, et alii quam plures collaudantes et confirmantes.

[1] ihu xpi. [2] mee tercie recuperationis. V. nr. 134. [3] „i. e. pretiosam supellectilem auream et gemmeam". Farlati V, 52. [4] Forsitan „Mari Kirne" i. e. Čirne, Čьrne, Črъne. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 215, 446. [5] scilicet Vekenega. [6] „propositum". [7] Cf. Budil, Budela, Budin, Budina. Op. cit. nr. 21. [8] Prъvan, Prъvanja ibid. nr. 306. Potuit etiam „Piruona" scribi.

2.

Quoniam quod a minoribus legaliter diffinitum est iudicibus, a maioribus, si oportet, debeat confirmari: corroboro ego L(aurencius), salonitane sedis archiepiscopus, et laudo hoc iudicium, a tanto honestissimo uiro D(rago), iaderano priore, cum suis nobilibus iam dictum. In ecclesiasticis enim et mundialibus sancitum habetur legibus: ne quelibet persona, in sua arrogancia erecta, contra iudicia semel iam facta conqueratur iterum in sua male uisa querimonia. In libello quidem, quem Vekenega, filia Ciche, a prelibato priore datum et ab eo archidiacono M(aio) scriptum, ad meam contulit laudacionem, iuste et canonice cognoui definitum. Quis namque arrogans exhereditare auderet hanc uiduam ab hereditate mariti sui? dum non solum eius lectum sic nobiliter, ut puta cognoscimus, obseruauit; ac inter uiduas, quas laudat apostolus P(aulus) se ad certamen et ad premium, utique assumpto earundem habitu proiectoque cum suis sarcinis mundo, se contulit. Unde hec ordinata, sicut superius, confirmo et immo laudo, atque sub ligamine anathematis et Niceni concilii uinculo quemquam pono, qui hoc nititur infringere et delere. Hanc uero sigillo sancti Domnii cartulam iussi signari, ut contra omnes permaneat conquestores in sua stabilitate firma. In hac laudacione A(ndreas) episcopus Jadere, et D(ragus) eiusdem ciuitatis prior, testes.

Registrum membr. in monasterio s. Mariae Jaderae fol. 20 b. 21—23 a. Transsumptum in msc. chart. Descrizione etc.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. III, c. 1. p. 106 initium tantum adducit. Valerius de Ponte: Commentarius rerum ecclesiasticarum Jadrensium. Farlati V, 14. Item idem Farlati III, 159. V, 50. Cod. dipl. CSD. I, 184—6.

129.

Circa a. 1091. Jaderae.

„Cartula libertatis" data a Jadertinis monasterio s. Mariae.

a.

Ego Andreas, presul Jadere urbis, una cum Drago priore et clero et populo eiusdem ciuitatis. Placuit nobis dare insulam Siluę[1] et ueram libertatem ueramque ingenuitatem monasterio sancte Marię, sito[2] in eadem urbe, in die consecracionis eius basilice, iure perpetuo tenenda(m), ob salutem omnium nostrum uiuorum et defunctorum. Quod si quis proteruus deinceps hoc nostrum actum uiolare aut rumpere temptauerit in aliquo; et per uim sanctis monialibus, illic habitantibus, uel usque ad formellam casei, rapuerit: diuinam et sanctorum eius et nostram percipiat maledictionem, et medietas domus suę cadat[3] in publico. Ego Johannes, baiudicator, laudo et confirmo. (Ego) Candidus laudo et confirmo.

b.

(Charta interpolata.)

In Christi nomine. Ego Dragus, gracia eius prior Jadere urbis, una cum nobilibus et omni populo huius ciuitatis tibi, domna Cicca abbatissa, tuisque sororibus presentibus et futuris. Placuit nobis concedere propter deum et sancta(m) dei genitrice(m) et pro salute animarum et corporum nostrorum (monasterio sancte Marie) ueram libertatem, quam nullus ex nostris monasteriis habet, ut non cauallus, non famulus usque ad formellam casei per uim eis aliquis tollerit. Et si quis hoc nostrum (actum) rumpere uel contraire uoluerit, deificam habeat malediccionem et incurrat eis penam medietas domus sue. Actum est hoc in die consecracionis basilice sancte Marie ante Andream nostrum episcopum et (coram) eius clero et Madio abbate[4] et Ursone abbate.[5]

Registrum membr. in archivo monialium s. Mariae Jaderae fol. 14 a. b.

Lucius ex antiquo registro privilegiorum eiusdem monasterii: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16. p. 102. Farlati V, 49. Cod. dipl. CSD. I, 144.

Utrumque exemplar diplomatis in re convenit; sed alterum (sub b.) vitiatum esse vel ipsa collatio edocet. Nota chronologica, quae initio exemplaris a. adducitur, non concordat cum tempore, quo personae documenti rem publicam curarunt. Hoc quippe exemplar in registro ita incipit: „Anno dñice incarnacionis mill. LXXII, indic. VII". Nec indictio convenit cum anno, nec diploma, si authenticum est, anno 1072 edi potuit vel ideo, quia hoc tempore non Andreas sed Stephanus, qui

in aliis actis inde ab a. 1066 usque ad a. 1078 commemoratur, episcopus erat Jaderae. Andreas primum a. 1088/9, 1091, 1096 (v. nr. 123, 128, 134) adducitur episcopus. Cum hoc tempore conveniunt etiam testes, Joannes et Candidus, qui aeque in actis a. 1091 et 1096 commemorantur. Quodsi igitur hoc diploma authenticum est, nota illa chronologica aliunde tantum errore librarii inferri potuit.

[1] Nunc Selve, slav. Željva in districtu iadertino. [2] „situm". Luc. „sito". [3] careat. Luc. „cadat". [4] scilicet s. Chrysogoni. Vide nr. 133, 6. [5] s. Moysis. Lucius habet „Trasone".

130.

A. 1093—5.

Ladislaus rex Zagrabiae episcopatum instituit.

1.

Regnante nobilissimo rege Ladisclauo, strigoniensis uero ecclesie primatum Acha gubernante et baaciensi archiepiscopo Fabiano existente, besprimensi episcopo Cosma, pallatino comite Jula, semegiensi comite Grab,[1] predictus rex diuina gratia inspirante horum ceterorumque nobilium consilio zagrabiensem constituit episcopatum, uidelicet ut quos error idolatrie a dei cultura extraneos fecerat, episcopalis cura ad uiam ueritatis reduceret. Ad instruendam ergo huius plebis ignorantiam quendam boemicum uenerabilis uite uirum, nomine Duch,[2] idoneum repperit, quem eidem ecclesie pastorem per suum ca(pel)lanum Fancicam delegauit, qui et illi ecclesie officionarios de semigiensi et zalensi comitatu ordinauit. Preterea alter capellanus, Cupan[3] nomine, precepto eiusdem regis dedit eidem ecclesie populum de Dumbro(u)a[4] cum terra et silua sibi appendente.

Initium acti strigoniensis archiepiscopi Feliciani a. 1134. Membrana in archiepiscopali archivo Zagrabiae.

B. Krčelić: Historia cathedr. ecclesiae Zagrabiensis p. 1. J. Tkalčić: Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis. Zagrabiae 1873. I, 1. Cod. dipl. CSD. II, 26.

Actum Feliciani continetur quoque in confirmatoriis papae Gregorii IX a. 1227, 18 Julii. Regesta Gregorii IX an. I, ep. 149 ap. A. Theiner: Monumenta Hung. I, 85.

Fabianus, Cosmas et comes Grab ad a. 1093. adducuntur. Fejér: cod. dipl. Hung. I, 482.

[1] Cf. Grabiša. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 84. [2] Ibid. nr. 124. [3] Kupan ibid. nr. 187. Copan capellanus regis Ladislavi in acto a. 1091 ap. Fejér: cod. dipl. I, 469. [4] i. e. Dąbrava, nunc Dubrava, pagus et parochia in districtu Ivanićensi, comitatu vero Belovarensi.

2.

. . Ad Zagrabiensem episcopatum ac monasterium zagrabiense a sancto Ladislao rege . . . constructum, qui terram Sclauonie siue banatum ab errore ydolatrie ad christianitatem conuertens corone Hungarie subiugauit; qui eciam in eodem banatu episcopatum instituit et monasterium in honore sancti regis Stephani construxit . . ."

E diplomate Andreae II a. 1217 in archivo capituli Zagrab. fasc. I nr. 1.

Krčelić op. cit. p. 2. Tkalčić I, 45.

131.

A. 1095, 7 martii. Jaderae.

Synodus confirmat „cartulam libertatis" et donationis, datam a Jadertinis monasterio s. Mariae. Vide nr. 129.

Anno dominicę incarnacionis millesimo xcɪɪɪɪ(ɪ), indiccione ɪɪɪ epacta xɪɪ concurrente vɪɪ. Regnante Alexio imperatore constantinopolitano, episcopante Jadere Andrea, tercio existente Drago priore. Nonis in marcii, quartarum nihilominus feriarum. Laurencius dei gracia spalatensis sedis archiepicopus, A(ndreas) iadertinus episcopus, Petrus arbensis episcopus, Petrus uecliensis episcopus, J(ohannes) traguriensis episcopus, B(onus)[1] Belgradensis episcopus A. nonensis episcopus G.[2] abbas monasterii sancti Chrisogoni, Theodorus (abbas monasterii) sancti Stephani, Petrus (abbas monasterii) sancti Nicolai, Johannes (abbas monasterii) sancti Petri, cum omnibus clericis atque laicis, deum timentibus, Jadertine scilicet ecclesie. Congregatis nobis, cum plurima uentilanda et examinanda allata, ut moris est generalis concilii, confluerent, interea eciam nichilominus illud affuit muniminis scriptum, quo[3] episcopus et prior, nobiles et ignobiles iaderenses ecclesie beate Marie semper uirginis, monasterio uidelicet uirginum deo deuote famulancium, nouiter in eadem ciuitate nostris temporibus constructo, tempore consecracionis iam dicte ecclesie deuote et alacriter concesserunt insulam Silue; hoc denique etiam[4] continens, ut (uirgines monasterii,) quod[5] de solo patrimonio nobilium puellarum illuc ob amorem Christi concurrencium edificatum fuerat, sic ab omni infestatione tributi quiete uiuerent, ut libere ab omni mancipacione humani seruicii toto mentis affectu seruirent, cui se disponsantes ancillulas tradiderunt; hoc solummodo petentes abbatissa ingenuitate precipua,

nomine Cicha, cum omnibus sororibus uolentibus illis amplissima de fisco ciuili dona conferre. Quod namque dum diligencius perscrutantes inuestigaremus illud inde cassare studuimus, quod cassandum et impossibile ad obseruandum perspeximus: inerat siquidem ei,[6] ut si quis ex omnibus bonis monasterio usque ad formellam casei uiolenter (rapere) presumeret, anathematis uinculo ex templo[7] ligaretur. Quo iure abraso cetera perpetua stabilitate firmare salubrius decreuimus, ita quidem ut nullus de clero uel populo, magna uel parua persona, ingenuus uel seruus, ab inde in antea quicquam auferre presumat; quod si presumpserit et emendare post hactam querimoniam resistendo noluerit, anathematis uinculo inpenitens inodatus intereat. Excepto quando prior sepe dicte ciuitatis pro communi utilitate omnium conciuium uel filius[8] eius iuerit, uel suum legatum transmiserit, (excipiantur); quod tamen cum omni honestate et mensura fiat. Hoc denique promulgato acclamatum est: „si placeret?" succlamatum quoque est (ab) omnibus: „placet".

Registrum membr. in monasterio s. Mariae Jaderae fol. 15—16.

J. Lucius: de regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 16 p. 102. Farlati V, 49—50. Cod. dipl. CSD. I, 143.

In registro adducitur praefata nota chronologica, in qua indictio et epacta apprime concordant, annus tantum male appositus est: „mill. XC. IIII" nempe pro „mill. XC. IIIII" vel. V, ita ut I excidisse existimandum sit.

[1] Putamus ita compleri posse hoc nomen ex eo, quod Bonus ante a. 1103 „per longos annos" Belgradi episcopus fuisset. Policorion p. 15. Farlati IV, 6. Cod. dipl. CSD. II. 9. [2] Forsitan mendum librarii loco M. quia Madius anno sequenti abbas adducitur. [3] quod. [4] licet. [5] que. [6] sc. scripto. [7] ex triplo. [8] alius.

132.

C. a. 1085—1095.

Monasterium s. Johannis Belgradi acquirit sub Madio abbate possessiones et terras in Hrastani, Lesani, Gorica, Narach, Nabreze, Jelčani, Sidraga, Kutuno, sub monte ss. Cosme et Damiani, atque in valle Sustina.

Vide nro 133. 45—58.

133.

Conscriptio terrarum et possessionum monasterii s. Joannis Belgradi, quae idem sibi usque ad finem saeculi XI. comparavit.

A. terrae tempore Andreae abbatis acquisitae (a. 1059 et seq. V. nr. 47).

1.

De alia terra in eodem loco.[1] Est et ibidem alia, quam donauit eidem monasterio quidam Plato nomine, qui et bonus Barrus cognomine. Et hoc sub tempore Andree[2] abbatis.

Registrum membr. olim monasterii s. Joannis belgrad. Policorion p. 11. in archivo c. r. loc. consilii Jaderae.

Cod. dipl. CSD. I, 120.

[1] Scilicet „in ualle pagnana", insula s. Joannis ev. [2] Vide diploma nr. 40. Andreas fuit primus abbas monasterii s. Joannis Belgradi.

2.

De alia ibidem. Est et ibidem alia, quam dedit eidem monasterio quidam Cachinus. Et hoc sub tempore abbatis A(ndree).

Ibid.

3.

De alia in eodem loco. Est et alia ibidem, quam Pesa[1] nomine una cum suis fratribus dedit eidem monasterio. Et hoc sub tempore abbatis A(ndree).

Ibid.

[1] „Peisa", v. chartam nr. 40. Cf. Peše, Pešau. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 284.

B. Terrae tempore Petri abbatis adquisitae (c. a. 1070—1078. V. nr. 96).

4.

De curte Cosyça in C(h)rastani:[1] Chossiça[2] tepiço[3] pro gloria superne patrie concessit eidem monasterio curtem, frugibus terre fertilem, in Chrastani cum omnibus inibi coniacentibus, humili prece sinceraque deuocione fratres eius loci ad se conuocans, eosque superne obsecrans; sub tempore P(etri) uenerabilis abbatis, his legitime testificantibus, scilicet:[4] Sla(u)iça,[5] Chalinna,[6] Dragazai.[7]

Policorion p. 4. Cod. dipl. CSD. I, 159.

[1] „Crastani", potius „Chrastani", uti infra nr. 13. 16. [2] i. e. Kosica. Vide Miklošić: Die Bild. der slav. Personennam. nr. 169. [3] teuzo, mendum pro „tepiço". [4] silicet. [5] Slaiça. [6] Chaleinna, alibi: Chalenna, Chalainna, Miklošić op. cit nr. 159.: Kalina. [7] Deiigazai, corruptum loco „Dragazai", v. infra nr. 22.

5.

De terris, quas Apriço dedit in Elçani.[1] Apriço socolaristich,[2] pro eterna gloria concessit eidem monasterio terram in Elčani, testibus his: Radoslao, Lisiçai, Musan et Stephano fratre Radoslai. Et hoc sub Petri abbatis tempore.

Habuit autem Apriço hanc terram tali ordine: Quadam die hic Apriço regem Cresimirum[3] ac reginam hospicio suscepit (et) regali apparatu eis cenam ministrauit; qua peracta eos largis muneribus honorauit, regi pro se optimum puerum cum optimo equo atribuit, regine uero ancillam optimam donauit, et regis schitonosse[4] scutum et lanceam, et aliis diuersis diuersa dedit munera.

Alias uero terras, interiacentes eidem, rex condonauit monasterio sancti Johannis sub tempore Petri abbatis.

Policorion p. 4. 5. Cod. dipl. CSD. I, 147.

[1] i. e Jelčani. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 185. [2] Sacalaristich. V. nr. 61: „Apricius socolar". [3] Chresimirum. [4] schitanosse.

6.

De alodio Johannis in Goriça.[1] Johannes Sclauus et idem monachus concessit eidem monasterio totum suum alodium, quod est in (a) Goriça uolente ac collaudante suo fratre Nosdra; in horum presentia testium: regis uidelicet Suuynimiri suorumque nobilium iuppanorum: Stressinne berberistichi et Jacobi tepiçonis[2] et Jurre nonensis iuppani, Madii abbatis sancti Chrisogoni cum quibusdam suis monachis.

Policorion p. 5. Cod. dipl. CSD. I, 167.

[1] „agorriça". i. e. „à Gorriça". Vide infra nr. 14 Gorica, pagus in communi belgradensi. Mašek: Repertorio p. 37. [2] teuçonis.

7.

De terra, quam dedit Budiço presbiter: Budiço presbiter concessit eidem monasterio pro eterna uita terram in Dollani, pro qua P(etrus) abbas cum suis fratribus dedit ei optimum equum. Testibus his: Chrukonna[1] postiuppo et Uitale et Ursanna.[2]

Policorion p. 5. Cod. dipl. CSD. I, 159.

[1] chrukenna. Vide nr. 40. p. 54. [2] „ursainna" i. e. Ursana. V. nr. 17 „Ursana tribunus", item nr. 36.

8.

De alodio Petri presbiteri et monachi: Presbiter Petrus, effectus ibidem monachus, concessit eidem monasterio totum

suum alodium ibidem in Dollani, testibus his utriusque doni[1]: Chruchonna[2] postiuppo, Uitale, Ursana.[3] Et hoc sub Petri abbatis tempore.

Ibid.

[1] Scilicet huius et prioris sub nr. 7. [2] „chruchenna". [3] „urseinna".

9.

De territorio in Seruiça.[1] Terra uero, que est in Seruiça, incipiens a latu orientis, protensa uero ad usque puteum occidentis in longitudine, et a colle aquilonis tensa usque ad alium collem meridiei ex latitudine, partim data est eidem monasterio a rege Cresimiro,[2] ut predictum est; partem uero tribuit Petrus Chaida[3] factus ibidem monachus; aliam quoque Velcaça[4] et Dragorado ibidem dedit aliam partem, silicet quicquid suum fuit. Et hoc fecit pro suo filio, quem P(etrus) abbas excomparauit de Cossiça tepiçone.[5] Et pro illius parte dedit P(etrus) abbas illi Dragorado uaccam unam et iuuencum, arare potentem, et quinque lanatas.

Ibid.

[1] In margine: „Hanc tenet miroslauus". [2] Chresymiro. [3] Kajda. Conf. Kojadin, Kajin. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam. nr. 156, 166. [4] „Veilcaça", Velъkača. Cf. Veljko, Veljis. ibid. nr. 32. [5] teuçone. Vide supra nr. 4.

10.

De terra in Chamennani, que fuit Pribinne Gussichi filii Pruuanego.[1] Terra autem in Chamennani,[2] que incipit ab orientis puteo ad usque alium puteum occidentis, de latitudine uero ad usque latus boreale quicquid est ibi arabile, effectus ibidem unus ex fratribus, donauit eidem monasterio Pribinna[3] Gussichius. Et hanc terram concessit ei rex Cresimir[4] pro benedictione post tonsionem capillorum. Testibus his: Juranna[5] iupano, Vuerdata filio Apricii,[6] Johanne schytonossa[7] regis Suuinimiri, Thaisa[8] filio Jurra, et fere omnibus uillanis de his tribus uicis: silicet Triziçi,[9] Vilchichi[10] et Chamennani, et Michael capellano et Drago et Prestancio et Gregorio.

Policorion p. 6. Cod. dipl. CSD. I, 165.

[1] In margine: „hanc tenent cobileglauichi et passauani". [2] i. e. Kamenjani. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 195. [3] Prebinnna. [4] chressimir. [5] Jurainna. V. nr. 40. [6] „Aprilezi". V. infra nr. 52: „Uerdata Apriçonis filio. [7] schytanossa. [8] Idem infra nr. 52: „Thasa" Těša? [9] Treiçiçi. Puto legendum esse Trižići, Trъžići. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 694. [10] Vchichi. Vilčići ibid. nr. 733. v. infra nr. 16.

11.

De territorio Mirane:[1] Petrus abbas cum suis fratribus comparauit eidem monasterio mediam partem tocius territorii Mirane precio xxx solidorum romanorum a Chreniçio,[2] cuiusdam Johannis filio, et ab eius consobrino nomine Johanne; testibus his: Dragorado, Chrucana[3] postiuppo, Drasauith,[4] Negouan, Vitech,[5] Strerado[6] et Druska[7] filio eius, et Gorbina presbitero, et Radanech[8] presbitero de Sichova,[9] et quodam presbitero de Jagadeua,[10] et Dabrana,[11] et Dragabut[12] eiusque filio Slauinna[13] de Cerani.[14]

Determinatio huius teritorii. Hec autem terra determinatur sic: ab amigdalo, que est ab aquilone, incipiens recta mensura tenditur per transuersum usque ad collem, que est ab austro; item ab eadem amigdalo iuxta lapides prolatatur in longitudine usque ad siluam, que sibi est contigua ab oriente.

Quomodo P(etrus) abbas certauit contra berberistich pro hac terra: Hanc terram uero conatus est aufere P(etro) abbati Stresinna berberistich suique parentes; quare idem P(etrus) abbas, qui comotus cum quibusdam ex fratribus Nonam adiit et in presencia regis Suuinimir contra eos uiriliter decertauit; ac iuuante Christi gracia honeste superauit, dato iudicio a tepiçone Dominico, eodem berberistich uolente et collaudante rege Suuinimir suisque nobilibus; testibus his: eodem silicet rege Suuinimir, eodem etiam Stresina berberistich et Jurra nonensi iuppano, et Jacobo tepiçone cum fratribus eius, et Lubomir iuppano.

Policorion p. 7. Cod. dipl. CSD. I, 156. Vide chartam nr. 91, in qua plures testes iidem adducuntur.

[1] „meirane", alias „mirane" v. chartam nr. 91. [2] Hranić. Miklosić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 427. [3] V. chartam nr. 40. Krukona, „Chrucaina". [4] Dražević, Dragovit. Miklosić op. cit. nr. 118. [5] Veitrich, Veiteich, Vitech i. e. Vitek. Ibid. nr. 39. [6] Strearado, Strerado. Cf. Strelut, Stremil. ibid. nr. 375. [7] „Drusba". [8] Cf. Radan, Radenko, Radonьc. ibid. nr. 316. forsitan „Radanec". [9] Sikova, Sěkova. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen, nr. 570. [10] Jagodeua, Jagodov. Ibid. nr. 174. [11] Dabrainna. [12] I. e. Dragabud: conf. Drahobud. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 118. [13] Sluuinna. [14] i. e. Cerani, cf. Cerovljani. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 54.

12.

De curte filiorum Dobraçao[1] in Chrastani. Filii Dobraçai uendiderunt eidem monasterio curtem optimam in C(h)rastani pro vii solidis; testibus: Thesinna[2] suoque fratre Braticha,[3] Sidinna.[4] Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Policorion p. 7. Cod. dipl. I, 159.

[1] Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 114. Dobrьčin, Dobric, Dobrica, Dobrašin, Dobriša· Cf. infra nr. 14: „Dabraça". [2] i. e. Těšina. [3] i. e. Bratica. nr. 18. [4] Sьdina. ibid. nr. 380.

13.

De terra Luthstrach[1] fratris Chroatini. Eidem monasterio uendidit Luthstrach frater Chroatini suum optimum alodium in Chrastani pro xiiii solidis. Testibus his: Slai(v)iça duornich, Chalenna et suo fratre Pribinna et Juranna[2] et Desinna. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid. p. 8.

[1] V. chart. nr. 63. Lutostracho. [2] Jurainna.

14.

De alodiis in Garriça.[1] Eidem monasteiio uendiderunt alodia sua in Garriça po xxxv solidis isti uillani, uidelicet: Thessimir et Dabraça, cum omnibus suis pertinentiis in aquis, in siluis, in pratis. Testibus his: Sla(u)iça[2] duornich, et Chalenna,[3] et Pribinna (cum) suo fratre et Thessina suoque fratre, ac suis filiis duobus Sçidinna[4] et Desinna, et Lubidrago, et fere omnibus de eodem uico uillanis. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid. Cod. dipl. I, 160.

[1] Alias „gorriça". V. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 119, [2] Vide infra nr. 17. [3] chaleinna. V. supra nr. 13. [4] Szidinna, Sьdina.

15.

De alodiis in Jassene[1] uico. Eidem monasterio alodia sua uendiderunt hi uillani, scilicet: Thesinna et Dilgaçai.[2] Vbi? in (J)assene uico. Quo precio? pro tribus romanatis. Quibus adentibus? istis: Sçidinna et Juranna[3] una cum Budinna suo fratre, utrisque filiis Petri. Et hoc sub tempore abbatis P(etri.)

Ibid.

[1] Jasen. Die slav. Ortsn aus Appellat. nr. 180. [2] Dьlgaša, Dьlgoša. V Die Bild. der slav. Personennam. nr. 112: Dlъgoš. [3] Jurainna.

16.

De agro Andree in Chrastani, in loco, qui dicitur Uilchiça.[1] Eidem monasterio uendidit suum agrum in Uilchiça, quis? Andreas filius Trebauiço.[2] Quo pretio? pro tribus romanatis.

Quorum testimonio? istorum: Tessinna cum suis filiis et Dragaçai. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

[1] veilchiza, uilchiza, i. e. Vьlčica. ibid. nr. 733. [2] i. e. Trebavic. Cf. Trêbava. Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 409.

17.

De terra Stanimir, uendita in Dubrouiçaij. Eidem monasterio uendidit Stanimir terram in Dubrouiça pro viiii romanatis; testibus his: Slauiça duornich et Chalenna,[1] et Delgaça[2] et filiis Petri, Juranna[3] et Budinna. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

[1] chaleinna. [2] deugaça. Delgaça, Dьlgaša supra nr. 15.Dilgaça. [3] iuraina.

18.

De terra Zouinna[1] filii Negomir. Eidem monasterio uendidit terram suam in Suuicham[2] Zouinna, filius Negomir, tragos quinque pro ea in precio accipiens. Testibus his: Thesinna suisque filiis. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

[1] „çouina", vide chartam nr. 74. Zavina. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 138. [2] Scuischane. Vide chartam nr. 40.

19.

De territorio uendito a Juranna iupano in Sidraga.[1] Eidem monasterio uendidit Juranna[2] iuppanus de Sidraga suum territorium, quod est in Sidraga, a puteo usque ad palacium; pro eo accipiens optimum equum; testibus his: Michael, Gregorio, Drago, Prestancio, Druse, Petriça. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Policorion p. 9. Cod. dipl. CSD. I, 158.

[1] In margine: „Hanc tenent templarii". [2] „iurainna".

20.

De terra, quam in eodem loco uendidit Dedacha[1] uillanus. Eidem monasterio uendidit suam terram Dedacha uillanus pro iii romanatis; testibus: Chruchonna[2] postiuppo et Uitadrago, et aliis pluribus. Et hoc sub tempore abbatis P(etri),

Ibid.

[1] Cf. Dedak. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 127. [2] chruchenna".

21.

De uinea, quam dedit Nassemir[1] Gussichius. Eidem monasterio donauit Nassemir Gussichius, factus ibidem monachus, bonam vineam in na Brijschiae;[2] testibus: priore Dragoslao, et Michael, et Gregorio, et Prestancio, et Drago de Castriça; et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

[1] i. e Nosimir. ibid. nr. 255. [2] nabrijshie". etiam „nabrese" (infra nr. 50) i. e. na Brižie, na Breže.

22.

De terra, quam dedit Nassemir in Nasseri.[1] Eidem monasterio dedit idem Nassemir Gussichius uineam in Nasseri, similiter pro requie animarum, immo quicquid terrarum ibidem sitarum sue parti pertinebat. Testificantibus: presbitero de (N)asserícha[2] Radiçai,[3] Dragaçai et Desinna suo fratre, et Symone cum suo fratre. Nec non et uineam idem ibidem concessit in territorio Vlosy nasseri, et quicquid terrarum illic sitarum sue parti pertinuit. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Policorion p. 10. Cod. dipl. CSD. I, 159.

[1] Forte: na Seri. Cf. Sêra (sulfur). Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 574. [2] Forte na Serika, idem ac „na Seri". [3] „Rauiçai". Die Bild. der slav. Personennam. nr. 316. Radić, Radiša.

23.

De uinea in teritorio na Sumoch(ui).[1] Andreas Gussichius, Pribinego filius, uendidit eidem monasterio pro duobus bonis equis bonam uineam in teritorio Sumochui[2] Nasseri, cum idoneis testibus, uidelicet: presbitero Nasseri Dabraçai, Charabiçi, Desinna et fratre suo Symone, suoque fratre.

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] In margine: „Catulus". [2] Cf. Smokovo, Smokvica. Die slav. Ortsnamen aus Appell. nr. 594.

24.

De terra, que est in Jagothne.[1] Abbas Petrus emit terram in Jagothne[2] de Bratichi Besrodic pro xii romanatis, dans pro ea etiam bonum equum, et quicquid inibi est terrarum, aquarum, petrarum, siluarum et omnium illic pertinentium. Testibus his idoneis: Lubomir iuppano de Sidraga.

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 159.

[1] In margine: „Hanc tenet Drago et Drasco". [2] I. e. Jagodnje. Cf. Jagodnje, pagus in Dalmacia, in communi Benkovac.

25.

De territorio in insula sancti Johannis euangeliste. In ualle Pagnana Candulus presbiter dedit terram eidem monasterio, effectus ibidem monachus.

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 168.

26.

De terra in eadem ualle Pagnana. Abbas P(etrus) emit terram in eodem loco supra ecclesiam sancti Alexandri a quodam absaritano pro iiij solidis romanatis.

Ibid.

27.

De alia terra in eadem ualle. Est et ibidem alia, quam emit abbas P(etrus) de Plachabudi[1] pro iij solidis romanatis.

Policorion ibid. Cod. dipl. I, 157.

[1] Forsitan „Pluchabudi, Plъchabudi i. e. Plъko-bud. Cf. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 21, 287 item p. 28.

28.

De alia terra in eadem ualle. Est et ibidem alia, pro qua idem P(etrus) abbas mutuauit bis tantum terre ad locum Muraçol[1] cum monachabus sancti Thome apostoli.

Policorion p. 11. Cod. dipl. CSD. loc. cit.

[1] Muraçulum. Vide nr. 40.

29.

De alia terra in eadem ualle. Est ibidem alia, quam Johanes absarensis dedit eidem monasterio pro animabus, tam sua quam et parentum suorum.

Ibid.

30.

De terra ex alio latere callis. Est et ibidem alia ex alio latere callis, in qua est largum uinetum, partem cuius donauerunt eidem monasterio archidiaconus belgradensis, Dominicus uero duornicius[1] duas partes; at episcopus Theodosius maiorem partem. Et hoc sub tempore abbatis P(etri.)

Ibid.

[1] dernicius, quod „duornicius“ i. e. duornic (dvornik) corrigendum esse puto.

31.

De alia in eodem loco. Est et ibidem alia, quam idem P(etrus) abbas accepit pro mutuo ab hereditariis sancti Clementis, dans eis terras Thome presbiteri in territorio, quod Roretum dicitur.

Ibid.

32.

De alia in eodem loco. Est et ibidem alia, quam Rosa sochrus Strezii[1] donauit eidem monasterio: tamen partim dando, partim eam pro alia mutuando.

Ibid.

[1] streiçij i. e. Strezii, Strêzo. Cf. Streso, avunculus regis Svinimiri. V. nr. 103, 111. item infra nr. 42 et 49.

33.

De alia terra ibidem. Est et ibidem alia, quam P(etrus) abbas accepit pro mutuo, dans pro ea ter tantum terre hereditario ecclesie sancti Georgij in loco, qui Frugi dicitur.

Ibid.

34.

De alia ibidem. Est et alia ibidem, pro qua P(etrus) abbas dedit Dominico brauario aliam terram in Roreto.

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 158.

35.

De alia ibidem. Est et ibidem alia, quam emit abbas P(etrus) a quodam ueglensi pro iiij romanatis.

Ibid.

36.

De alodio Barbare vidue. Idem abbas P(etrus) comparauit a rege Cresimiro[1] alodium cuiusdam Barbare uidue pro quadraginta romanatis; parentibus uero eiusdem Barbare dedit xv similiter romanatos, uidelicet iij. casas cum tota curte que infra est, et duas terre pecias in ualle Pagnana.

Policorion p. 12. Cod. dipl. ibid.

[1] chresimiro.

37.

De terra in ualle Sustina. Idem abbas P(etrus) comparauit terram in ualle Sustina de Valentino filio Petri episcopi pro xv.

romanatis, et ex altero latere callis emit idem Petrus abbas unam terre petiam pro eodem precio xv romanatorum ab Andrea. Est et ibidem alia, quam idem Petrus abbas comparauit de Iuuaça consobrino cuiusdam Ualentini pro vij. romanatis.

Ibid.

38.

De alia ibidem (in Kutuno.) Alia est et ibidem, pro qua P(etrus) abbas dedit Uitaçai[1] uineam Petri presbiteri, filii Rose, in Zulio.

Ibid.

[1] Vitača. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 39.

39.

De alia ibidem. Est et ibidem alia uinea, quam dedit eidem monasterio Plato, filius archipresbiteri Cernec, pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

40.

De alia in eodem loco. Est et alia uinea ibidem, quam donauit eidem monasterio quidam nomine Breida pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore abbatis P(etri).

Ibid.

41.

De terra Platonis et Johannis sui auunculi sub monte sanctorum Cosme et Damiani. Idem predictus Plato una cum Truncanno suo auunculo et quodam Uitaça suo consanguineo condonarunt eidem monasterio terram, que est ab austro sub monte sanctorum Cosme et Damiani, pro animabus tam sua quam et suorum parentum. Et hoc sub tempore P(etri) abbatis.

Ibid.

42.

De terra Rose socrus Strezij.[1] Rosa quedam, socrus Strezij, uendidit eidem monasterio terram inibi pro xv romanatis. Et hoc sub tempore abbatis P(etri)

Ibid.

[1] „Streiçij". vide supra nr. 32.

C. Terrae tempore Lupi abbatis adquisitae (c. a. 1080—5).

43.

De territorio in Seruiça . . . Est et ibidem alia terra, empta sub tempore Lupi abbatis a capellano sanctorum Cosme et Damiani pro una uacca, in Jagodana, et ab uillanis inibi cohabitantibus.

Policorion p. 5. Cod. dipl. CSD. I, 159. vide supra nr. 9.

44.

De terra in Narach[1], quam uendidit socer Dubro(v)a Nichifori. Est terra in Narach, quam emit abbas Lupus octo solidis a sochro Nichifori Jaderė, et est sex locis diuisa. Testibus his: Sla(u)iça duornich, et Chalinna,[2] Nichiforo grasso, Thessinna[3] et filius eius, et Dilgaça.[4]

Policorion p. 6. Cod. dipl. CSD. I, 167.

[1] Forte: na Rak. [2] Chalainna. Kalina. [3] I. e. Têšina. [4] deilgaça Dъlgača. Cf. Dlъgoš. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 112.

D. Terrae tempore Madii abbatis adquisitae (circa a. 1085.—95).

45.

De curte Thasa[1] in C(h)rastani:[2] Thesa[3] Gussychius, Gurgi[4] filius, pro uite superne gloria concessit eidem monasterio curtem in C(h)rastani, quam habuit ab Jadrochina;[5] testibus his: Pribinna[6] filio Boroe,[7] Juranna[8] et Budinna fratre eius, filiis Petri, sub tempore abbatis M(aii).

Policorion p. 4. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] Thasa pro Thesa i. e. Têša. Die Bild. slav. Pers. 414. [2] Crastani [3] Thaisa. [4] Cf. Gurъg, Gjurga. Ibid. nr. 63. [5] iodrochina. Jarochna ibid. nr. 467. [6] Prebinna. [7] Cf. Boroje ibid. nr. 16. [8] Jurainna.

46.

De curte Petri in Lessani:[1] Petrus, Semiuiti filius, curtem in Lessani cum tota illius pertinentia pro eterna gloria concessit eidem monasterio, pro qua et optimum equum a parte fratrum habuit; testibus his: Juranna[2] (d)iacono et Musan, Lisiçai, Milodrago; sub M(aii) abbatis tempore.

Ibid.

[1] Lesani, Lešani. Miklošić: Die slavischen Ortsnamen aus Appellativen. nr. 304. [2] Jurainna.

47.

De alia terra in eodem loco (Narach) Est et alia ibidem, quam emit M(aius) abbas, Lupi a(bbatis) successor, octo solidis de Chalinna[1] et Junassa,[2] quinque locis dispertita. Testibus his:[3]

Policorion p. 6. Cod. dipl. CSD. I, 167. 48.

[1] chalainna. vide inferius nr. 48 [2] Junaša. Cf. Miklošić: die Bildung der slav. Personennamen. nr. 474. [3] Nomina testium desunt.

48.

De alia terra in eodem loco. Est et alia ibidem, quam emit ille idem abbas M(aius) a Desinna pro .x. romanatos a filio Bolemiri et a nepote Radaniça cum pratis, aquis, siluis et omnibus suis appendicijs. Testibus his: Simolli[1] duornich, et Chalinna,[2] et Petro de uico Triziçi,[3] et Dilgaça, et Çudinna.[4] Hec autem sunt nomina auorum illius, qui hoc territorium uendidit: Cyprianus auus eius, auia Helena, pater eius Clonimir. Ipse autem uenditor nominatus est uuladicha[5] de Chelmennani.[6] Cuius uenditionis sunt hii testes idonei: Lampredius, Michail, Petrus longus, Nichiforus, Prestancius.

Ibid.

[1] „seimolli". Cf. Smil, Smila. Ibid. nr. 349. Item Smolen ibid. nr. 351. [2] Chalenna. [3] treiçiçi i. e. Trъžići. [4] Ibid. nr. 417. Čudna, Čudomil. [5] ubladicha pro „uuladicha vladika. Miklošić op. cit. nr. 40. [6] I. e. Helmenani, Hъlmъnani. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen. nr. 148.

49.

De terra Pissachani in eodem loco: Est et ibidem alia, quam emit ille idem abbas M(adius pro) xxxv solidis de Pissachani et quicquid pertinebat illi terre in aquis, pratis, siluis. Testibus his: Stresinna berberistich et quinque suis militibus, et Stresata,[1] Suinimiri Regis auunculo.

Policorion p. 7. Cod. dipl. CSD. loc. cit.

[1] Sreisata. Strêzo. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 375.

50.

De terra in Nabrese.[1] Madius abbas cum suis fratribus in Nabrese comparauit terram pro xv. solidis romanatis de Suinidrago Trebenignanin;[2] testibus: Chruchonna[3] postiuppo, et fere omnibus uillanis, qui sunt in Jaggodnani,[4] et aliis, qui sunt in Lesani, et Uitale genero[5] postiuppi, et Pecchai.[6]

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] nabreze. Miklosić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 29 [2] Cf. Trebenj, Trebinja, Trebinje. ibid. nr. 692. [3] „Chruchena". [4] Jaggognani. Cf. Jagodniki. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 174. [5] gno. [6] Cf. Pechan. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 284.

51.

De terra ad muros, quam uendidit Pribinego. Eidem monasterio uendidit suam terram, que est ad muros, Pribinego et sui parentes pro vii solidis. Testibus his: Chruchonna[1] postiuppo, et Uitale suo genero, et Charabiça.[2] Et hoc sub tempore abbatis M(adii).

Policorion p. 8—9. Cod. dipl. CSD. I, 167.

[1] „chruchenna". [2] Cf. Karьba. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 161.

52.

De territorio Thasa in Elçani.[1] Eidem monasterio uendidit totum suum territorium in Elçani[2] Thasa filius Jurra pro xv romanatis, et hoc sub tempore abbatis M(adii) testibus his: Radoslao, Musan, Lisiçai, et Stephano fratre Radoslai, et Milodrago, et Juranna (d)iacono[3] et Vuerdata Apriçonis filio.

Ibid.

[1] In margine: „hanc tenet miroslaus". [2] i. e. Jelšani. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 393. [3] „iacono" — uel melius„ diacono". Nota in margine.

53.

De territorio quod vendidit Zouinna et sui fratres.[1] Eidem monasterio in eodem territorio uendidit suam terram Zouinna et fratres eius Iuuaça et alii duo pro xv romanatis. Testibus his: Radoslao et suo fratre Stephano et Uechedrago[2] filio Chroatini et Bosithecha[3] de Coquichino[4] uico, et fere omnibus uillanis de Gaunichi uico, et Andrea comerçario, et Dabriçe Napisdimecho. Et hoc sub tempore abbatis M(adii).

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] In margine: „Hanc tenet miroslauus". [2] uechedrach. Većedrag. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 57. [3] i. e. Božitěha. Ibid. p. 25. Božetech. [4] i. e. kokićino vico. Cf. Kokovice, Kokorov, Kokorin, Kokorić in Dalmatia. Die Bild. der slav. Ortsnamen aus Personennam. nr. 38.

54.

De terra, quam donauit Uuerdata, filius Apriconis. Uuerdata, Apriçonis filius, donauit terram in na Brijshie[1] eidem monasterio pro sua et parentum animabus; tamen tam pro ea quam

et caritatis indicio accepit a fratribus unum equum, ualentem vi romanatos. Testibus: Lisiçai, Radoslao, Juranna (di)acono. Et hoc sub tempore abbatis M(adii).

Ibid.

[1] alias na Brežje.

55.

De terra in Sydraga, quam emit abbas M(adius) de Jacobo filio Priuanego.[1] Est et terra in Sidraga, pro cuius parte media donauit abbas M(adius) optimum equum et unum solidum romanatum Jacobo filio Priuanego; alteram uero partem dedit Thechena,[2] filius Uuerdenna, pro sua et animabus parentum. His testibus idoneis: Petro filio Madii, et Prestancio, et Michael et Pribinna et suo fratre Tholimir.

Policorion p. 10. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] i. e. Prьvaneg. [2] Cf. Têhan et Têšan, Têhen. Têhna. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 414. [3] „prebinna".

56.

De terra in Kutuno, quam dedit Prestancius castellanus. Prestancius castellanus dedit eidem monasterio terram ad sanctam Mariam in Kutuno[1] pro anima sui filii eo sepulti. Et hoc sub tempore M(adii) abbatis.

Policorion p. 12. Cod. dipl. CSD. I. 158.

[1] Cf. Kut, Kutina. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 205.

57.

De terra Madii filii Armati. Est et alia ibidem,[1] pro qua M(adius) abbas mutuavit alias terras cum Madio filio Armati in Pustimano, eas dico terras que fuerunt regine, et illam que fuit nurus Dragaçai.

Policorion ibid. Cod. dipl. CSD. I, 168.

[1] scilicet „sub monte sanctorum Cosme et Damiani".

58.

De terra Dese archipresbiteri in valle Sustina.

Archipresbiter Desa, filius presbiteri Johannis, uendidit eidem monasterio terram in ualle Sustina, et aliam terre peciam ab occidente iuxta puteum.

Ibid. p. 12, 13.

Ex hac terrarum conscriptione, quae in msc. cod. Policorio continentur, desumpta sunt quoque acta sub nr. 43, 48, 56, 64, 89, 90, 91, 92 adducta, quae ob illorum formam suis locis inseruimus.

Conscriptio haec confecta fuit ad finem saeculi XI non multum post abbatem Madium, qui ultimus in eadem commemoratur.

134.

A. 1096. Jaderae.

Dragus, prior Jaderae, concedit monasterio s. Chrysogoni Jaderae servicia, quae antiquitus priores eiusdem civitatis in castro Lubricata habebant.

Anno, ex quo redemptor humani generis dominus Jesus Christus sacram carnem ex intemerata uirgine Maria recepit, mill(esimo) xcvi. habebatur, indiccione IIII, epacta XXIII, currente VII.[1] Imperante Alexio magno imperatore, apud nos Jadera episcopante Andreas presul. Quia magis illud mortalibus prodesse conspicimus, qui in utilitatibus seruorum dei, prout competit, aliquid elaborare procurat, quam qui in mundanis rebus inutiliter insudare aliquo modo insistit, uerbi gracia, quia mundus transit et concupiscencia eius. Et idcirco ego Dragus, Jaderensis prior, nepos scilicet Dragoni magni prioris, iam senex, in quinto anno tercii mei prioratus post plurima pericula et agones, que ab incolis nostris et diuersarum gencium feritate quassatus, sed adiuuante me larga dei misericordia adiutus emulaui in bonis anticessorum meorum actus, ob salute animarum nostrarum, preteritorum uidelicet insistencium et futurorum, consiliatus omnibus nobilibus nostris, flagitante domno Madio abbate cęnobii sancti Chrisogoni martiris cum confratribus suis, concessi eis omnia illa servicia, quę antiquitus priores nostri in castro Lubricata[2] habuisse manifestum est, id est sal, quem incolę illius loci per unaquamque domum nouem modia colligentes omni anno, et duas piscaciones deseruiebant absque illa, quę nostro episcopio debentur. Hanc quidem donacionis paginam lecta est a domno Maio archidiacono post euangelium in die natalicii eiusdem martiris ad missam in presencia supradicti pontificis et eius clerus, quam audientes ab omni populo acclamatum est: fiat, fiat, fiat. Et post facto silencio ego dictus prior una cum proceribus nostrę urbis post signa corroboracionis addidimus hęc: si quis nostrorum hoc actum post rumpere temptauerit, deificam et huius sancti martiris et nostram habeat maledictionem. Iterum multociens dictum est: fiat, fiat.

† Signum manus Dragi prioris, et eius filii. † Signum manus Candidi et filiorum eius. † Signum manus Vitazę, nuper prioris et fratrum eius. † Designę iudicis et fratris eius. † Slauanę commerzarii et

fratris eius † Petrinne Andree filii et filiorum eius. † Madii Zallę filii et nepotum eius. † Dodę et nepotum ac filiorum eius. † Filiorum domni Pauli, et omnium procerum communi signo.

Membrana forsitan originalis, litt. longob. in archivo c. r. consilii locumt. Jaderae: Acta s. Chrysogoni masso A, caps. I, nr. 2. In fine chartae alia manu et pallidiori atramento additum: „† Ego Gregorjus episcopus hanc concessionem confirmo". Gregorius Jaderae episcopus commemoratur in actis a. 1105—1111. Cod dipl. CSD. II, 11—16.

Farlati V, 52. Cod. dipl. CSD. I, 186.

[1] loco II. [2] Const. porph. de adm. imp. c. 29, p. 140 ed. Bonn. adducit quoque „εἰς ἕτερον νησίον τὸ Λουμβρικάτον". „Lumbricatum" erit Johannis diaconi (chron. venet. Pertz: Script. Germ. VII, 32) „Levigrada insula", nunc Vergada insulae Pasman ad meridiem.

135.

Ad a. 1096.

Nota, quomodo Maius abbas territorium monasterii s. Chrysogoni in insula Pustimana contra invasores defendit.

Tempore, quo Maius cenobio beati Chrisogoni[1] abbas erat, fuerunt quidam, qui ui uolebant de territoriis, que sunt in insula Pustimani, que dederat episcopus Prestancius cum fratre suo Maio beato Chrisogono, partem sibi usurpare et iam ceperant ibi laborare. Predictus autem abbas hec ut uidit, ualde contristatus est; et consilio inito cum monachis suis quosdam nobiles uiros iadretinos illuc secum uenire rogauit; atque nauicula ascensa cum eis et cum monachis suis illuc peruenit. Et ecce (eos), qui[3] iam ceperant fines territorii sancti Chrisogoni laborare, foreas e(li)minauit, nec non cum decreto illorum nobilium et collaudacione eorum collonellas siue aceruos, qui fuerant ab inuasoribus immurati uel destructi,[4] ubi prius steterant, erexerunt. Et terminis predicta territoria lustrauerunt: a mare uersus boream usque ad locum tribus uallibus, quod est in summitate moncium, et usque ad mare ad locum, qui dicitur Pechize;[5] uersus austrum ab ecclesia sancti Michaelis usque ad montem, qui dicitur Godinichi,[6] usque ad mare et in sinistra terminos (et) terras, montes et ualles. Et nullus fuit, qui hoc decretum rumpere seu uiolare pressumpsisset. Nam nomina illorum, qui cum abbate fuerunt et hec statuerunt, hec sunt: Drago prior, Vitaza (nuper) prior, Desinna iudex, Micha iudex, Cando, Budinellus,[7] Cerneca, Sloba,[8] et alii multi. Cum abbate uero suo fuerunt monaci hii: Benedictus presbiter et monachus, Gaudius presbiter et monachus et alii plures.

In archivo consilii loc. Jaderae cap. II. nr. 12. Cod. dipl. CSD. I, 187.

Annus, quo circiter nota haec scripta fuit, eruitur e nominibus personarum, quae hicce adducuntur, si cum illis, quae in praecedenti acta adferuntur, comparantur.

[1] Grisogoni. [2] que. [3] immurata uel destructa. [4] i. e. Pećice. V. Die slav. Ortsnam. aus Appellat. nr. 430. [5] i. e. Godinići. Cf. Godilja, Godljevo, Godačica, Godičevo. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen nr. 73. [6] Bodanellus. [7] „Slora". V. Die Bild. der slav. Personennam. nr. 147.

136.

C. a. 1096.

Prodanus, filius Draganegi offert terram supra saline ad Salonam monasterio s. Petri in Selo.

Denique ego filio Draganego, Prodano, offero terra supra saline in monasterio sancti Petri, quod mihi precepit dare pater meus pro remedio anime sue, coram auunculo suo Nicle[1] nec non eiusdem ecclesie abbate.

Regestrum membr. olim monasterii s. Petri in Selo in archivo capituli spalat. p. 16—17. Transsumptum in cod. msc. bibliothecae acad. scient. Zagrabiae nr. 287. fol. 50.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato p. 60. Cod. dipl. CSD. I, 149.

Hunc Prodanum puto filium fuisse illius Draganegi, qui a 1086 (v. nr. 117) testis adducitur.

[1] Die Bildung der slav. Personennam. nr. 252. Niko, Nikna, Nikъša.

137.

C. a. 1096.

Nota monasterii s. Petri in Selo de terris in Zunano et Calamito, quas Paulus et Petrus, filii Palunduzuli, eidem dederunt.

Post hec uero in ipsum monasterium Paulus et Petrus, filii Palunduzuli, fratrisque nostri, dederunt terras per remedium anime sue: in primis a Zunano uineam, et aliam in Calamito[1] supra uineas Petracca,[2] et uineam a sancto Ysydoro et uineam a Ballo, et a sancto Casiano uineam, quam habuit impignatam Susazo,[3] pro IIII solidis, et a sancto Casiano agrum, in Spalazulo uero II petie de terra, a Spinunti[4] quoque I agrum, et medietatem de domo in Spalato, que fuit de Anzulo. Ista omnia supra scripta dederunt pro remedio anime sue, et quartam partem de terra eorum.

Registrum membran. alias monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalat. p. 17. Transsumptum in msc. cod. bibliothecae scient. academiae Zagrabiae nr. 287. fol. 50.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato p. 60. Cod. dipl. CSD. I, 149.

[1] vallis, „que sclauonice dicitur Tirstenic, latine uero Calamet". A. 1144. Cod. dipl. CSD. II, 37. [2] Die Bildung der slav. Personennamen nr. 283.

Petrata. Petrik, Petrunka, Petric, Petraško. [3] Cf. Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen nr. 306. [4] locus „supra mare, suptus ecclesia sancte Marie". Cod. dipl. CSD. I. 169.

138.

A. 1097 (mense Maio). Spalati.

„Promissionis cartula" Spalatinorum de subsidio V. Michaeli, Venetiarum duci, dando.

Promissio facta domino Vitali p(rim)o Michaeli, duci Venetorum, a Spalatinis.

Nos spalatini priores, scilicet senior et iunior, cum cuncto populo, maioribus et minoribus, promittimus uobis domino nostro Vitali Michaeli, glorioso duci Venetie siue Chroatie et imperiali prothoseuastori, ut, cum uenerit stolus uester Spalatum, nos preparare debeamus unam saginam uel duas galleas[1] alias ad ueniendum uobiscum; tantum tamen[2] in prouidentia uestra sit, quas illarum uobiscum ducere uelitis. Quod si hoc non obseruauerimus, tunc componere debeamus in camera uestri palatii solidos romanatos mille. Et hec promissionis cartula in sua firmitate permaneat. Signum (†) manus Petri senioris prioris, qui hoc rogauit fieri.[4] Signum (†) manus Doymi[3] prioris, qui hoc rogauit fieri". Signum (†) manus Andree Petri, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Petri, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Gaudii iudicis, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Andree, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Petri, fratris prioris, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Cherneche, qui hoc rogauit fieri. Signum (†) manus Pauli, (qui hoc rogauit fieri). Signum (†) manus Prodani, (qui hoc rogauit fieri). Signum (†) manus Dragi, (qui hoc rogauit fieri). Signum (†) manus Luchari, (qui hoc rogauit fieri),

Ego Petrus subdiaconus, rogatus a supra scriptis, compleui et roboraui.

Hec promissio facta est presentibus legatis uestris, dominis scilicet Badouario da Spinale et Faletro Stornato.

Codex Trevisanus: a) msc. in c. r. archivo aulico Vindob. p. 169. b) msc. Cicognianum Venetiis nr. 2558. p. 109. c) msc. in bibl. s. Marci Venetiis class. X. cod. LXXXI. fol. 117.

Tafel und Thomas: Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. I, 63. Monumenta spectantia historiam Slavorum merid. Zagrabiae 1868. I, 3. Cod. dipl. CSD. I, 187.

Annus deducitur e narratione A. Danduli: Chron. venet. ed. Murator. Script. rer. ital. XII, 256. et sequenti fragmento tragurinae cartulae.

[1] Cod. vindob. „gattas", secus „galea" et „gatta" navis genus denotat. [2] ibid „omnem". [3] Cod. b. „Aloymi" i. e. Doymi. [4] „q. h. r. f."

139.

A. 1097, mense Maio. Tragurii.

„Promissionis cartula" Tragurinorum, data V. Michaeli duci Venetiae.
(Fragmentum.)

In nomine dei eterni. In anno ab incarnatione eiusdem millesimo nonagesimo septimo, mense madii, indictione quinta. Tragurii. Quoniam sub tantorum dominorum regimine nos degere, atque sub eorundem euigilata cura atque assidua tutęla nos persistere congruum atque tutissimum satis esse cognouimus: iccirco nos Jo(h)annes, dei gratia tragurensis episcopus, cum nostris successoribus, una cum Drago priore et Petro Bela, cum cunctis nostris conciuibus, maioribus et minoribus, (et) cum nostris heredibus, promittimus uobis domino nostrǫ Vitali Michaeli, duci Venetie et Dalmatie atque Chroatie et imperiali protoseuastori, ut ammodo sine uestro uolontario consensu . . .

Fragmentum in cod. Trevisano: a) msc. in bibliotheca aulica Viennae fol. 169. b) in bibliotheca Cicogniana Venetiis msc. nr. 2558. fol. 110.

Monumenta spectantia historiam Slavorum merid. Zagrabiae 1868. I, 4. Cod. dipl. CSD. I, 209.

140.

C. a. 1097.

„Memoratorium" Branae de terris suis in Sekirica subtus Stubica, datis monasterio s. Petri in Selo.

Memoratorium facio ego Brana una cum filiis meis, uidelicet Dragus prior tragurinus nec non Vilcina[1], de terris, que sunt a Sekyriza[2] subtus Stilbiza;[3] uolumus et confiirmamus ut si(n)t in monasterio sancti Petri principis apostolorum pro remedio anime nostre meique uiri nec non filiorum meorum. Quod si, quod absit, aliquis, preter quod precipimus, egerit: iratum habeat trinum et unum deum, et nostram maledictionem consequatur. Hec oblata sunt coram Duymo priore et Georgio Vsdischa[4].

Registrum membr. uti videtur saec XII olim monasterii s. Petri in Selo ad Salonam, in archivo capituli Spalat. p. 15, 16. Transsumpt. in msc. cod. bibliothecae acad. scient. Zagrabiae nr. 287 fol. 49.

Farlati IV. 323. Carrara: Archivio capitolare di Spalato. p. 59 Cod. dipl. CSD. I, 166.

Annus, quo „memoratorium hoc" editum est, deducitur e prioratu spalatensi Duimi et traguriensi Dragi. V. nr. 138—9.

[1] i. e. Vьlčina. [2] Sěkirica. Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 569. [3] i. e. Stьlbica, srb. Stlьbica, Stubica. Ibid. nr. 620. [4] i. e. Vsdiska. Cf. Sdiško. Die Bildung der slav. Personennam. nr. 88.

*

141.

C. a. 1091—1099.

Nota Madiae, abbatissae s. Benedicti Spalati, de quibusdam terris.

Sub primo Simonis ducis anno. Ego Madia sancti Benedicti monasterii paginam testimonio nostro scribere iubeo de terris, que sunt ubi dicitur ad petram Nebogam; et alia peza de terra, que dicitur ad muros, quas Dabriza[1] monacha, filia Bonice,[2] in tempore abatisse Chatene[3] prephati monasterii primo sua pro anima suorumque parentum in sancti Benedicti cenobio optulit, in quibus vero multo tempore tricium tulerunt et duobus uicibus uineas plantauerunt. Denique iam transactis pluribus annis Preda et Vilcmiro,[4] eius frater, contra moniales proterue insurexerunt et supra dictos terras suas proprias suorumque parentum esse dicebant. Quibus autem prorsus insistere non ualuimus: uius rei causa cum eis tali sub uoce uno solido, duobus galetis uini et decem panibus sanxiuimus, ut prephate terre perpetua monasterio sancti Benedicti permanerent, ipsique ipsis ammodo inde nullam inferre molestiam audeant. Hoc autem actum est coram diacono Cirnecha[5] Tribuchi,[6] Calo[7] Socalone, Aprizzo Cicle[8], Matalario, Petrina (Soca)lone nepote, Gaudio Scarnize, Sabati Zanni Offroni filio, Zirno[9] Sabne filio, et Georgio sancti Benedicti capellano presbitero.

Nota in membrana sub acto spalatensi adducto ad nr. 36. lit. long. saec. XII.

Cod. dipl. CSD. I, 156.

Nonnulla e nominibus huius acti commemorantur in donationalibus Petri Crne a. 1080. Abbatissam Madiam puto post Mirazzam, adeoque post 1086 annum (v. doc. nr. 118), praefuisse monasterio spalatensi s. Benedicti. Difficultatem excitat initium nostri acti; nam nec duci Simeoni aliis in documentis invenitur vestigium, nec annos ducatus actis nostris praeligere solitum erat. Si itaque haec inscriptio arbitrio librarii acto nostro addita non est,[10] potuit quidam Simon arripere ducatum Spalati tantum tempore et occasione turbarum, quae post mortem Stephani II in Dalmatia et Croatia ortae et primum anno 1102 sopitae sunt (v. Rad XXX, 120 seq). Ad haec vero tempora charta nostra, habita argumenti et personarum eiusdem ratione, omnino referenda est.

[1] i. e. Dobrica. Die Bild. der. slav. Personennamen nr. 114. [2] Cf. ib. nr. 15. Bonata, Bonec. [3] eius fit memoria in litteris nr. 36. Fuit abbatissa post a. 1069. [4] commemorantur in litteris a. 1080. nr. 111. p. 133. [5] i. e. Cьrnєka. Miklošić op. cit. nr. 446. [6] Cf. Trebka, Terebicha. ibid. nr. 409. [7] Cf. ibid. nr. 160 Kalъ niger, Kalja, Kalin. [8] V. Cicla testis in doc. a. 1080 nr. 111 [9] i. e. Zьrno, Čьrno. [10] Recordare, velim, Simeonis comitis, quem rex Theodoricus circa a. 508 „ad provinciam Dalmatiam" direxerat. Cassiodori opera varia lib. III. ep. 25, 26. Cod. dipl. CSD. I, 193—4.

142.

Ad finem saec. XI.

Inventarium librorum et supellectilis monasterii s. Petri in Selo.

1.

In nomine domini. Incipit nota librorum: in primis misalum, et duo (an)tefenarios nocturnales et alios uernales, et uitas patrum, et tres omelias, et matutinalem, et pasionalem, et unum collectarium,[1] et unum penitentialem, et unum ordo ad uisitandum infirmum et unum textus regule de generibus uel uita monachorum, et unum luminarium,[2] et unum librum pro mortuorum, et salterium et lectionarium (pro) anni circulo, et alium salterium, et ordo ad penitentiam dandam, et ordo ad monachum faciendum, et librum cum lectionibus dominicis et cum canticis monasticis, et orationalem de pasca usque in sancti Martini, et alium ymnarium, et ordo de dominicis diebus siue cotidianis secundum ordinem sancti Benedicti, et psalterium cum litteris francigenis.

2.

Inprimis I crucem de ramo, que fuit facta in Limoza,[3] et duo pluuiales: unum est purpura et alter examitum,[4] et duo planete: una bergata[5] et alia purpura, et tertia de banbaco,[6] et I dalmatica alba et una str(ia)ta, et III pannis de sirico, et unum pannum inpintum, et III paratura de lino, et IIII curtine nautirçalis, et V sauana,[7] et VII cuperturis de cruce, et II mapulele de seta et XVIIII mapulele de lino.

Et I omelia de aduento et I omelia quadragesimalo et I omelia post parasceuen et I omelia Gregorialis, et I uita patrum, et II antìfonariis, et I mattinale,[8] et III psalteriis, et II imnis, et I canones et I liber. Et est aput ecclesiam I matutinalum, et I imnus, et I manualum, et I orationalum, et I psalterius, et I sermocinalis.

Regestum membr. olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalatensis p. 27, 29. Transsumptum in bibliotheca scientiarum academiae Zagrabiae nr. 287. fol. 55.

Carrara: Archivio capitolare di Spalato p. 67—8. Prior pars etiam in Cod. dipl. CSD. I, 189.

Hoc inventarium referimus ad finem saec. XI.

[1] i. e. liber collectas continens. Du Cange: Glossarium ad h. v. [2] male „liminarium.“ Luminarium, lucernarium i. e. officium vespertinarum precum, quod vesperae occaso sole peragi solet, quando scilicet accenduntur lumina, lucernae. Du-Cange: op. cit. ad v. luminaria, lucernarium. [3] i. e. opus de Limogia

seu Lemovicinum, de l'euvre de Limoges. Ita vocant encausticen vulgo email, qua imprimis praecellunt Lemovices. Du-Cange ad v. Limogia. [4] exametum, pannus holosericus. Ibid. ad v. amitum. [5] fors pro „berbecina" i. e. ex pelle berbecina. Berbix, berbis aries, ovis; inde bergarius, bergaria etc. Ibid. ad h. v. [6] bambaxium i. e. tela bombacina. Ibid. ad h. v. [7] „sabatia" sabanum, σάβανον = linteum Ibid. ad h. v. [8] etiam „matutinale" i. e. officium Ibid. ad. h. v.

143.

Ad finem saec. XI.

Inventarium librorum et supellectilis s. Benedicti Spalati.

In primis I crux de I libra et media, et alia crux de XXX pese de argenteo, et I calicem de due parti de libra, et I turabulum de I libra et VIIII pese, et I psalterium[1] de X rom(anatis), et I antiphonarium de VI rom(anatis), et III libri pasionali, et II libri de missa, et I manualum,[2] et I librum euangelium de nocte et I librum de epistola Pauli, et II antiphonaria, I de die et I de nocte, et II libri de omelie et prophetarum, et breuiarum, et ymnarium, et oracionalium, et regula, et I planeta de dalmatino, et I planeta de dimito[3] nigro, et I de zenda,[4] et I crux de lignum domini, et II sauana de gata uati, et II sauana de zenda, et I sa(uana) de sirico, et II manipula de sirico.

Membrana in bibliotheca academiae scientiarum Slav. merid. Zagrabiae: Diplom. vol. I.

Conscriptio terrarum eiusdem monasterii in membrana litt. long. regnicolaris archivi zagrab. acta antiq. doc. X (Cod. dipl. CSD. I, 169) facta fuit post a. 1119, nam Dominicus Galate, qui terram quandam donavit, primum circa a. 1119 (II, 22. 22) adducitur; Petrizo vero filius Theodori Tiberi, quorum alter eodem tempore (ib. 21.) commemoratur, terram „in Laureto" adhuc tardius concedere potuit. Ad idem ferre tempus referimus quoque notam abbatissae Grubae (cod. dipl. CSD. I, 180), quae infra diploma archiepiscopi Laurentii (vide nr. 57) exarata est;[5] nam Pradana eo primum tempore donauit monasterio s. Benedicti „paratinam" (II, 22), in qua abbatissa Gruba domum tardius aedificavit.

[1] „splaterium". [2] manuale i. e liber in quo continetur ordo servitii, extremae unctionis, cathechismi, baptismi etc. Du Cange: Glossarium ad h. v. [3] Italis dimito i. e. species crassioris panni. Ibid. ad h. v. [4] Italis zendado i. e. tela subserica vel pannus sericus. Ibid. ad h. v. [5] Hic quaeso, emendes ad p. 78 l. 9. typi errorem, legasque a. 1119.

II.

RESCRIPTA ET SYNODALIA.

144.

A. 858.—867.

Papa Nicolaus I electo et clero nonensi: „Sine nutu sedis apostolicae ecclesia non debet institui.“

(Fragmentum.)

Nicolaus papa electo et clero Nonensis ecclesiae. Ecclesia, id est catholicorum collectio, quomodo sine apostolicae sedis instituetur nutu, quando iuxta sacra decreta nec ipsa debet absque praeceptione papae basilica noviter construi, quae ipsam catholicorum intra semet amplecti catervam dignoscitur?

Gratiani decreti P. III, dist. I, c. 8. L. Richter: Corpus iuris canonici. Lipsiae 1836. vol. I, p. 1132. Jaffè: Regesta pontificum romanorum. Berolini 1851, nr. 2161. Cod. dipl. CSD. I, 199

145.

A. 858—867.

Papa Nicolaus I episcopo ecclesiae salonitanae: „Non separetur a viro, quae filiastrum suum de sacro fonte levavit.“

Nicolaus salonitano episcopo: Nosse desideras, utrum mulier, quae viri filium ex alia femina genitum de sacro fonte levaverit, postmodum possit cum eodem viro copulari? Quos ideo iungi posse decernimus, quia secundum sacros canones, nisi amborum consensu nullius religionis obtentu debet coniunx dimittere coniugem. Pertinet autem ad ingens uxoris exitium, quae habens odio virum vel infirmitatem eius non considerans quasi causa pietatis operatur impietatem, maxime quum apostolus praecipiat: „nolite, inquiens, fraudare invicem, nisi ex consensu ad tempus, ut vacetis orationi“; et iterum: „revertimini in id ipsum, ne tentet vos satanas propter incontinentiam vestram“. Ergo si non ex consensu utriusque coniugis hoc factum esse probatur, non fraudentur invicem, sed revertantur in id ipsum, praesertim cum dicat apostolus: „uxor sui corporis potestatem non habet, sed vir; et vir potestatem sui corporis non habet, sed mulier.“

Ivonis decr. I c. 136. Gratiani decr. P. II. C. XXX. quaest. 1. c. 3. L. Richter: Corpus iuris canonici vol. I, p. 952. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 2158.

146.

Circa a. 873.—5.

Joannes papa VIII clero et ordini salonitano significat, se praesbyteris tempore Nicolai I excommunicatis nonnulla poenitentiae opera commisisse.

Clero et ordini salonitano. De illis praesbyteris, qui tempore sanctissimi praedecessoris nostri domini papae Nicolai excommunicati sacrum ministerium contingere presumpserunt, ipsi in se damnationis, sicut sacri canones statuerunt, sententiam intulerunt. Tamen quia miseratio apostolica veniam solet praestare correctis, ob multitudinem misericordiae illis hanc indulgentiam exhibemus, ut, sancta communione signati, studeant tribus continuis annis per hebdomadam omni secunda et quarta et sexta feria a vino et a carne penitus ieiunare, et ultra lugenda nequaquam committere.

Ivonis decr. XIV. c. 35. Gratiani decr. P. II. C. XI. quaest. 3. c. 109. Corp. iur. can. ed. Richter vol. I, p. 578. Mansi: conc. col. XVII, 225. Jaffè: regesta rom. pont. nr. 2252.

In Joannis VIII registro apud Mansi loc. cit. (epist. 311) et Ivonis decr. loc. cit. haec quidem epistola „clero et ordini salernitano" inscribitur; sed cum, habita ratione epistolarum eiusdem pontificis (nr. 144—5), quas iam adduximus, haec quoque epistola etiam nostro salonitano clero potuit dirigi, eam hicce loci adducere placuit.

Fuit vero haec epistola omnino primis pontificatus Joannis VIII annis scripta.

147.

Circa a. 886.

Papa Stephanus VI Theodosium, episcopum nonensem, reprehendit, quod duabus simul sponsis nubere gentem suam doceat. Monet, ut potestate intra canonum limites contentus sit.

Theodosio episcopo. Nunquidne duabus simul sponsis nubere barbaricam gentem instruis? Nunquidne sacramentum ecclesiae exponentem apostolum non legisti: erunt duo in carne una? an forsitan tui codices falso tres in carne una asserunt? Desine iam tali tabescere ignavia; et disce paternis obedire regulis, ne inveniaris statutos a patribus terminos transgredi, vel per ambitionem de maiori ad maiorem transire ecclesiam, quod tentantem laica etiam communione sacri privant canones.

Ivonis decr. VIII c. 59. Jaffè: regesta pont. rom. nr. 2658.

148.

A. 885—891

Papa Stephanus VI Walbertum, patriarcham aquileiensem, redarguit, quod salonensem archiepiscopum transgressis iurisdictionis suae terminis consecraverit.

Walberto patriarche. Miramur prudentiam tuam Cumensi[1] ecclesiae denegare consecrare pastorem, cum te iam ad hoc prouocatum noueris apostolica exhortatione. Nunc vero iterato tibi scribimus, nolentes alicuius ecclesiae privilegium infringere, licet apostolica praerogativa possimus de qualibet ecclesia clericum ordinare. Desine iam cuiuspiam zelo electum a clero et expetitum a populo Liutwardum, Cumensis ecclesiae antistitem protelare; quia si protelaueris et eum consecrare iam toties monitus non maturaueris, quum ad nos uenerit, procul dubio consecratus abibit. Quia (cum) apostolica auctoritate id facere ualeamus, tuo tamen incitamur exemplo, qui transgressis terminis tibi commissis in ecclesia Salonensi episcopum ordinare ad indecentiam sedis apostolicae praesumpisti; quod quantae praevaricationis sit, ipse perpende.

Ivonis decretum V, c. 13. Mansi: Conc. coll. XVIII, 25 (Gratiani decr. P. II. C. IX. q. 3. c. 20). Farlati III, 79.

[1] Videtur legendum esse „Comensi", Comum urbs episcopalis in provincia mediolanensi.

149.

Anno 924.

Concilium Spalati sub Chroatorum rege Tomislavo et Chulmorum duce Michaele, praesentibus legatis papae Joannis X episcopis Joanne anconitano et Leone praenestino.

(Acta retractata.)

1.

Papa Joannes X mittit nuncios Joannem anconitanum et Leonem praenestinum in Chroatiam et Dalmatiam cum litteris ad Joannem spalatensem archiepiscopum et eius suffraganeos item ad regem Tomislavum et ducem Michaelem, episcopos, clerum, županos et populum „per Sclavoniam et Dalmatiam".

Tempore Johannis papae sanctissimi,[1] consulatu peragente in provincia Chroatorum et Dalmatiarum finibus Tamislao[2] rege et Michaele in suis finibus[3] praesidente duce. Beatissimo igitur Johanne

romanae ecclesiae praesidente cathedra[4] dictus Chroatorum rex et Michael cum suis proceribus simulque episcopis Dalmatiarum: Johannes archiepiscopus (et) p(rimas in) Spalato, item[5] Forminus, Gregorius, caeterique episcopi,[6] consulenter poposcerunt[7] dictum venerabilem papam, ut ad eos destinare dignaretur episcopos suos et monitorium, christianae religionis dogma continentem.

Quorum postulationibus saepe fatus pontifex assensum praebens Johannem uenerabilem episcopum anchonitanae ecclesiae, Leonem uero palestrinensem episcopum cum suis epistolis, melliflua[8] ructantibus eloquia, destinauit, ut cum praefatis personis,[9] iudicibus et episcopis synodaliter congregatis, et perpera extirpare et deo placita canonice sancire deberent.

a.

Redarguitur primas Dalmatiae cum suffraganeis de romana sede tamdiu neglecta, obiurgantur fideles quod „ad Methodii doctrinam confugiant“, ministerium sacrificii non „in extranea“ sed in latina lingua peragendum esse.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, reuerendissimo et sanctissimo confratri nostro Johanni, sanctae salonitanae ecclesiae archiepiscopo, omnibusque suffraganeis. Cum religio uestrae dilectionis per tot annorum curricula et mensium spatia sanctam romanam ecclesiam apostolicam atque uniuersalem, in cuius cathedra deo auctore nos praesidemus, uisitare neglexerit, omnino miramur; cum per caritatis augmentum omnis religio ad soliditatem fidei et ad lapidem pertineat, sicut scriptum est: „tu es Petrus, et super hanc petram aedificabo ecclesiam meam;“ meam uidelicet, quod (non est) aliud dicere nisi absque reprehensione et in fidei robore solidatam, non habentem maculam aut rugam, a qua omnes ecclesiae augmentum intelligentiae atque saporem bonae doctrinae suscipere debent. Et quia fama reuelante cognouimus, per confinia uestrae[10] parochiae aliam doctrinam pullulare, quae in sacris uoluminibus non reperitur, uobis tacentibus et consentientibus, ualde doluimus iuxta illud apostoli: „si quis aliud docuerit praeter id, quod in sacris canonibus atque uoluminibus reperitur, etiam si angelus de coelo fuerit, anathema sit“. Sed absit hoc a fidelibus, qui Christum colunt et aliam uitam per orationem se credunt posse habere, ut doctrinam euangelii atque canonum uolumina apostolicaque etiam praecepta praetermittentes ad Methodii doctrinam confugiant, quem in nullo

uolumine inter sacros auctores comperimus. Unde hortamur uos, dilectissimi,[11] ut cum nostris episcopis, Johanne scilicet sanctae ancouitanae et Leone sanctae palestrinae ecclesiarum dei, iuncti cunctaque per Sclauinicam[12] terram audacter corrigere satagatis; ea nempe ratione, ut nullo modo ab illorum supra dictorum episcoporum doctrina in aliquo deuiare praesumatis, ita ut secundum mores sanctae romanae ecclesiae in Sclauinorum[13] terra ministerium sacrificii peragant, in latina scilicet lingua non autem in extranea; quia nullus filius aliquid loqui debet uel sapere nisi ut pater ei insinuaverit. Et quia Sclaui(ni) specialissimi filii sanctae romanae ecclesiae sunt, in doctrina matris permanere debent; sicut ait apostolus: „filioli, quos per doctrinam euangelii ego genui;" et iterum: „filius sapiens laetificat patrem". In hoc utique gaudemus, si Sclaui(ni) nostram doctrinam sequi delectantur, ut deo sacrificium gratum exhibeant; quoniam qui non fide sacrificant, nec deo pura libamina offerunt, uereor ne illis (e)ueniat, quod scriptum est: „maledictus homo, qui opera dei negligenter facit." Unde uos moneo, ut mala radix in uestris partibus minime pullulet, sed uestra praedicatione assidua dessicata maneat, ut deo fructum offerre valeatis per praedicationem uestri ministerii, alii[14] centesimum, alii sexagesimum. Qui habet auros audiendi, audiat.

b.

Chroatorum et Chulmorum dominis, clero, primoribus et populo commendatur, ut pueros a „cunabulis in studio literarum deo offerant", neve „in barbara seu sclavinica lingua deo sacrificium offerri" sinant; legatis romanis in omnibus fidem praebeant.

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, dilecto filio Tamislao regi C(h)roatorum et Michaeli excellentissimo duci Chulmorum,[15] nec non reuerendissimo ac sanctissimo confratri nostro Johanni, sanctae salonitanae eccleiae archiepiscopo, omnibusque episcopis suffraganeis, uerum etiam omnibus zupanis cunctisque sacerdotibus et uniuerso populo per Sclauoniam[16] et Dalmatiam commorantibus, dilectissimis filiis nostris. Diuina omnipotentis dei dispensatione hoc actum est, ut sollicitudo omnium ecclesiarum nobis commissa esse credatur, ea uidelicet ratione ut spirituali augmento ualeamus nequitiae caliginem radicitus extirpare ab omni coetu christianorum, praesertim ab illis qui specialissimi filii sanctae romanae ecclesiae comprobantur. Quis enim ambigit, Sclauinorum regna in primitiis apostolicae et uniuersalis ecclesiae esse commemorata? cum a cunabulis escam

praedicationis apostolicae ecclesiae perceperunt cum lacte carnis, sicut Saxones nouo tempore a nostro antecessore piae memoriae Gregorio papa[17] doctrinam pariter et litterarum studia, in ea uidelicet lingua, in qua illorum mater apostolica ecclesia infulata manebat. Unde hortamur uos, dilectissimi filii, ut caritas dei per zelum rectitudinis in uestris resplendeat cordibus, quatenus omni torpore mentis expulso[18] deo omnipotenti placere possitis. Et quia in dècalogi mandato commissum est, ut decimas et primitias ex nostris facultatibus contulissemus: in nouo quippe praeceptum est, ut non solum ex facultatibus uerum etiam ex nostris diebus in spatio uitae praefixis deo decimas offeramus. Unde hortamur uos, o dilectissimi filii, ut uestros tenerrimos pueros a cunabulis in studio litterarum deo offeratis; quatenus diuinitus informati uos suis admonitionibus ualeant releuare ab illecebris delictorum ad supernam patriam, in qua Christus est cum omnibus electorum agminibus. Quis etenim specialis filius sanctae romanae ecclesiae, sicut uos estis, in barbara seu sclauinica[19] lingua deo sacrificium offere delectatur? Non quippe ambigo, ut in eis aliud maneat nisi illud quod scriptum est: „ex nobis exierunt et non sunt ex nobis; nam si ex nobis essent, manerent utique nobiscum," nisi in nostra conuersatione et lingua. Unde iterum atque iterum uos monemus, dilectissimi filii, ut in nostra conuersatione maneatis, et linguam et praecepta reuerendissimorum episcoporum, Johannis scilicet sanctae anchonitanae ecclesiae et Leonis sanctae palestrinae ecclesiae, (qui sunt) nostri familiarissimi, a nostro latere uobis transmissi,[20] atque perspicaci industria suffulti, in omnibus nobis creduli audiatis.[21] Quod uobis attentius commendamus, ut illorum admonitionibus obediatis; et quidquid uobis ab illis iniunctum fuerit ex diuinis siue canonicis argumentis, sub omni celeritate obedienter adimplere satagite; si non uultis sequestrari a nostro collegio.

2.

Capitula concilii.

Quo quum[22] peruenientes dicti episcopi, Dalmatiarum peragrantes ciuitates et (cum) Chroatorum atque Serborum proceribus conuenientes, congregatis in Spalato episcopis et iudicibus, celeberrimum concilium peregere. Ubi, diuino iuuamine freti, haec quae sequuntur capitula obseruare censuere:

I. Quum antiquitus beatus Domnius ab apostolo Petro praedicare Salonam missus est: constituitur,[23] ut ipsa ecclesia et ciuitas, ubi

sancta eius membra requiescunt, inter omnes ecclesias prouinciae huius primatum[24] habeat, et metropolis nomen super omnes episcopatus legitime sortiatur, ita dumtaxat ut ad eius iussionem episcopi, qui per diuinam gratiam cathedram ipsam obtinuerint,[25] et synodus celebretur et consecratio episcoporum (fiat); quia dicente domino: „ubi fuerit corpus, illic congregabuntur et aquilae“.

II. Ut in cunctis ecclesiis, in quibus semper[26] recolitur episcopos habitasse, nunc autem cleri ordo et populus[27] sufficiens adest intra dioceseos limites, episcopus habeatur; quia iuxta decreta non licet in modicis ciuitatibus uel uillis episcopos statuere, ne nomen episcopi uilescat. Et ut episcopus uacans uacantem diocesim cum consilio metropolitani et caeterorum episcoporum co(ns)e(nsu) accipiat.

III. Quoniam minime termini a patribus statuti transferri debent: unusquisque episcopus descriptos sibi terminos possideat, et alienam diocesim nullatenus inuadat, iure proprio seruato in regenerandis[28] (catechumenis), consecrandis ecclesiis, uel sacerdotibus promouendis; atque a suo episcopo chrisma accipiendum.

IV. Ut possessiones ecclesiarum, quae pro peccatis conditorum oblatae sunt ad honorem sanctorum, saecularibus minime mancipentur (seruitiis); quia res, deo semel dedicata, humano dominio subdi non debet.

V. Ut si quae ecclesiae uel possessio per priuilegium a fidelibus sub anathemate in principali ecclesia beati Petri apostoli subditae sunt, minime subtrahantur,[29] quatenus et offerentes[30] et res ipsa tuentibus Christi clauigeri Petri tueantur suffragiis.

VI. Ut si, diuino iudicio (permittente), in tumultu plebis princeps prouinciae occidatur, quia, quod a multis committitur, inultum manet: pro[31] ipso reatu, qui cognoscuntur obnoxii esse, debent pro ipsa anima elemosynas facere; et si quam ecclesiam dedicavit uel libertos fecit, defendere uxorem aut filios fouere benigne.

VII. Ut si quis malignus, diaboli spiritu afflatus, singulari consilio, sicut Judas, dominum suum occiderit: lapide a collo[32] suspenso, ferro corpore praecinctus, exul poeniteat.

VIII. De episcopis ragusitano et catharitano, quorum manifeste una sedes dignoscitur: ipsam diocesim aequa lance inter se diuidant ita, ut si unus dictae ecclesiae pastor obierit, donec ordinetur episcopus, residuus[33] episcopus ecclesiae ecclesiasticam curam gerat.

IX. De Licinio episcopo: ut in ecclesia, in qua ordinatus est, contentus permaneat. Quod si dictus Licinius nec legaliter in sua ecclesia perstiterit (ut) haeres, sed ut auentitius et extraneus accedens

et in sua mallet prima adhaerere ecclesia: ut presbyter permaneat.

Et nullus deinceps in ecclesia[34] episcoporum uel praesbyterorum missam celebret, donec proprius episcopus eam consecret canonice. Si quis postmodum praesumptor in ea contra praemissa fecerit, a nostro collegio excludatur.

X. Ut nullum episcopus nostrae prouinciae audeat in quolibet gradu sclauinica lingua promouere; (poterit) tam(en) in clericatu et monachatu deo deseruire. Nec in sua ecclesia sinat eum missam facere; praeter si necessitatem sacerdotum haberet: per supplicationem a romano pontifice licentiam ei sacerdotalis ministerii tribuat.

XI. Ut episcopus Chroatorum, sicut nos omnes, nostrae ecclesiae metropolitanae[35] subesse se sciat.

XII. Quodsi rex et proceres Chroatorum omnes dioceses[36] episcoporum intra[37] limites nostrae metropolitanae suo cupiunt uindicare pontifici: nullus ex nostris per omnem prouinciam eorum neque regenerationes faciat, neque ecclesias uel presbyteros consecret. Tam(en)[38] in suis sedibus commorantibus pro animae opus quisquis ad nos accesserit, (et) consecrari, regenerari, chrisma sibi dari poposcerit: absque scrupulo omni per totam prouinciam ipsa tribuant. De caetero autem cum suo pontifice deo reddant rationem de his omnibus, quae in eis christianae religionis dogma(ti) defueri(n)t; nostra coram deo conscientia est absoluta.

XIII. Ut in ecclesia, ubi praesbyter occisus est, ante satisfactionem ipsius (occisoris) uel plebis, ut congruum ipsi episcopo uidetur, nullus missam faciat.

Et ut a praesbyteris res ecclesiae non destruantur. Neque semel suscepta ecclesia sine causa relinquatur. Quod si aliter fecerit, donec perdita restituat et ecclesia propria recipiat, excomunicetur.

XIV Ut uxores propriae deinceps non dimittantur, nisi propter fornicationem. Quod si quis dimiserit, sic permaneat.

Et ut haeredes suos (et) seruos suos litterarum[39] studiis tradant, quicumque christianitatem perfectam habere cupiunt; ut illi eos instanter corripiant et ipsi eos libenter exaudiant, non ut peregrinos sed ut proprios.

XV. Quod si sacerdos incontinenter primam, quam sortitus est, teneat uxorem, propter ipsam continentiam separetur a consortio cellae.[40] Si uero aliam duxerit: excomunicetur.

3.

Constitutiones concilii a sede romana confirmantur excepto capitulo de iurisdictione nonensis episcopi. Papa Joannes X archiepiscopum spalatensem Joannem cum Gregorio nonensi episcopo iubet ad se venire componendae litis causa, praesentibus legatis suis ortae.

Hac ita(que) habita deliberatione, quae supra scripta continentur, cuncta per ordinem sancta synodus romano pontifici confirmanda per dictos suos legatos episcopos et Petrum praesbyterum spalatensem insertis litteris nunciare decreuit, quatenus diuinitus antiquae religionis dogma in ecclesiis Dalmatinorum arbitrio summi pontificis uniuersa praelibata sortirentur.

Sed cum terminare cuncta legitime antiquo more praestolaremur: fuit frater noster episcopus[41] nonensis, qui, sibi uindicare cupiens primatum dalmatianorum episcoporum, hoc quod non expediebat, contra dictam synodum in auribus apostolicis iniustum iniecit certamen. Quam ob rem diuersa a nunciis recitantibus de his praesentibus et litteris patentibus non aequalia, ambiguitas romanae ecclesiae facta non difinita ad nos (s)et finienda adhuc, epistola a beatissimo papa Johanne per legatum nostrum[42] remissa est:

Johannes episcopus, seruus seruorum dei, confratri nostro Johanni, salonitanae ecclesiae archiepiscopo, et Formino episcopo, omnibusque suis suffraganeis. Quia in uobis orta fuit contentio ante nostrorum legatorum praesentiam de ecclesiasticis negotiis, uolumus, ut ad limina apostolorum uenientes ante nostram nostrorumque episcoporum praesentiam cuncta diffinire satagatis. Quia tunc perfectio religionis adimpletur, cum per canonicae disciplinae regulas quod quondam ordinatum fuerat per nos emendari comprobatur. Nam uestras litteras suscipientes inuestigare non distulimus; et quia illic maxima erat impressa murmuris ratio, suspendere hoc curauimus, ut tu cum Gregorio aut unus uester suffraganeus episcopus ueniens cuncta per ordinem nobis reuelent, quatenus per uiam iustitiae incedentes quicquid rectum est, inter uos diffinire ualeamus. De caeteris autem capitulis uobis innotescimus, quatenus, hac ratione excepta, quicquid synodaliter nostri legati episcopi uobiscum una statuerunt, a nobis confirmata existunt; sed quia minime res praelibata, tumultuantibus uobis, finiri ualuit, nihil dignum religionis ecclesiastica dogmata sumere potuit.

Acta concilii cum epistolis papae Joannis X. adsunt in Thomae archidiaconi salonitanae historiae exemplari, quod in Barberina bibliotheca Romae nr. 3481 (p. 128—134) asservatur. De hoc exemplari uberius

disserui in Književnik I, 385—7. Asservabantur alia exemplaria in bibliotheca congregationis de propaganda fide Romae, ibidem penes congregationem Illyricorum s. Hieronymi, et Spalati in archivo capituli.
Farlati: Illyr. sacr. III, 92—101. Cod. dipl. CSD. I, 76—81.

[1] „sanctissimo". [2] i. e. Tomislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamem nr. 401. [3] i. e. Chulmorum v. inferius. [4] Consecratur post diem 9 ante diem 19 maii 914, pontificatu demovetur mense iulio 928 anni. Jaffè: Regesta rom. pont. p. 310—312. [5] „item Johannes — Forminus" [6] caeterisque episcopis" [7] „proposuerunt" [8] „melliflue" [9] „praefatas personas" [10] „tuae". [11] „dilectos". [12] „salonitanam". [13] „Sclavonorum". [14] „alium". [15] hлъm, hlъm. Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 148. [16] Intelligitur omnis regio, quae excepto Dalmatiae themate paruit eotum Tomislavo et Michaeli. [17] intelligit Gregorium II, qui Bonifacium in Germaniam misit, ibique ecclesiae res ordinavit. Cf. Jaffè: regesta rom. pont. nr. 1654 seq. [18] „ab omni torpore mentis expulsi". [19] Conversio Bagoariorum et Carantanorum (Pertz: Monum. Germ. XIII, 13): „noviter inventis sclavinis litteris". Johannes VIII ep. 257 (Regestum p. 99—100. Erben: Regesta Bohemiae p. 17). „in eadem sclavinica lingua". Miklošić: Lex. paleoslov. словѣньскъ азыкъ". [20] „transmissis". [21] „Leonis nostri familiarissimi a nostro latere vobis transmissis, in omnibus nobis creduli atque perspicaci industria suffulti, sanctae palestrinae ecclesiae, audiatis." [22] „quique". [23] „constituitque" [24] „primatis". [25] „retinuerit". [26] „supra". [27] „clero ordine et populis" [28] „regnandis". [29] „substantur". [30] „offerentibus". [31] „vel pro". [32] „lapideo collo". [33] „residens". [34] „ea, ea". [35] i. e. spalatensi. [36] „dioceseos". [37] „infra". [38] „tam". [39] „litterate". [40] Ordo verborum ita restitueudus esse videtur. Apographum enim habet: „Quodsi sacerdos incontinenter propter ipsam continentiam primam, quam sortitus est, separetur a consortio cellae, teneat uxorem; si uero aliam duxerit, excomunicetur". [41] „fratris nostri episcopi". [42] i. e. Petrum praesbyterum spalatensem.

150.

Anno 926—7.

Concilium Spalati praesente papae legato episcopo Madalberto.

(Acta retractata.)

1.

Antiqua statuta quoad metropolitanam spalatinae ecclesiae in Dalmatia et Chroatia potestatem, dioecesium limites et episcoporum iurisdictionem confirmantur; erectio episcopalis sedis Nonae prohibetur, sed episcopo Gregorio permittitur, ut sive scardonitanae, sive sisciensi vel delminiensi ecclesiae praeponatur.

Unde frequenter eandem[1] poscentibus nobis diffinitionem recipere, hac de causa terminanda, iniuncti[2] sibi operis causa Bulgariam petentes Romanorum legati, Madalbertus uenerabilis episcopus et

Johannes dux illustris, dux Cumas,[4] ad nos post biennium deuenerunt,[4] (adferentes has), quae sequuntur, epistolas.[5]

Peruenientes igitur supra fati[6] legati ad confinia nostra et, sicut illis opus iniunctum apostolica iussione fuit, Bulgariam perexerunt. Quique peracto negotio pacis inter Bulgaros et Chroatos, repetito itinere ad nos uenerabilis Madalbertus episcopus, in ciuitatem[7] spalatensem adueniens, synodaliter nos episcopos: Johannem, Forminum, Gregorium, cum Chroatorum principe et eius proceribus congregauit. Cum quibus residens, cunctas prouinciae antiquas consuetudines usto moderamine perscrutans, firmauit omnia secundum ueterum statuta, (et) in omnibus ecclesiis episcoporum privilegia reintegrari (iussit), ita dumtaxat ut ecclesia sancti Domnii, sicut ab initio, primatum obtineat, et intra limites diocesis suae cuncta canonice peragat. Similiter unaquaeque ecclesia uel ciuitas, quae pontificali munere constipata consistit, simul sedem (retineat), tum[8] (ne) praefinitis terminis diocesis suae, a patribus institutis regulariter, abutatur: tam iadertina ecclesia, quam caeterae ecclesiae Dalmatiarum, arbensis, ueclensis, absarensis, quae sunt in occidentali parte positae; ecclesiae uero aliae, quae in oriente habentur, id est stagnensis, ragusitana et catharitana, eandem plenitudinem (cum) sedibus et terminis suis in omnibus (iuxta) catholicae fidei dogma adsequantur. Nonensis uero ecclesia non episcopum antiquitus sed archipraesbyterum sub (iuris)ditione episcopi habuisse dignoscitur. Itaque ipse episcopus in qua libet ecclesia ex his ecclesiis, quae primis temporibus habuisse episcopos constat (et) omnibus patet, legitime praeponatur, siue in scardonitana ecclesia uel sisciana aut certe in delminensi ecclesia, cum sint utique omnes populatae et, deo adiuvante, sacerdotum et plebium copiam habentes.[9] Quod si immensum pondus pontificii (muneris) subire eum delectat, et unam sibi diocesium sufficere non uult: harum trium diocesium magnitudinem ponderis,[10] ad interitum suum et earum, suscipiat; dum neque plebs perfecte ab eo pontificalis muneris[11] percipere ualeat gratiam iuxta sanctorum patrum statuta, neque ipse adimplere suum in his ualeat officium, cum si(n)t propter multa terrarum spatia difficile peragrari.

His ita secundum apostolicam iussionem (constitutis) Madalbertus, uenerabilis episcopus, perscrutatus omnia, et comperta ueraciter, feliciter sanciuit ita, ut nullus unquam huius ordinationis uiolator existat; cum cuncta, quae praelibata (sunt), per dictum apocrisarium romano pontifici fuerint praesentata, et ab eo diuina auctoritate et sancti Petri per suas litteras et palii missione(m) confirmata.

*

2.

Anno 928.

Papa Leo VI. confirmans decreta spalatensis sub Madalberto celebrati concilii Dalmatiae episcopis iubet, ut archiepiscopo spalatensi pareant et ut quisquis episcopus finibus suae dioecesis contentus sit; Chroatorum episcopus Gregorius in administranda ecclesia scardonitana acquiescat. Joanni, spalatensi archiepiscopo, pallium mittitur.

Leo episcopus, seruus seruorum dei, Formino sanctae iadaratensis ecclesiae episcopo, et Gregorio, sanctae nonensis ecclesiae episcopo omnibusque episcopis per Dalmatiam commorantibus, dilectis filiis, fidelibus nostris. Quia gratuita omnipotentis dei misericordia uos in episcopali infula constituit, dignum est, ut uestro metropolitano, sanctae spalatensis ecclesiae archiepiscopo, summam reuerentiam exhibere delectemini; quatenus per ordinem et per normam iustitiae gradientes securi et intrepidi ualeatis ad diuinam contemplationem peruenire. Nam quid deterius esse cernitur, quam episcopus proprio metropolitano inobediens esse? cum scriptum sit in africano concilio, nihil episcopum praeter conscientiam proprii metropolitani aliquid agere debere. Et si ita est, cum scimus quia ita est, ut nullus episcopus debeat proprium suum metropolitanum ignorare: cur uos, Dalmatiarum episcopi, contemptores (estis uestri metropolitani)? et quasi per latrocinium alienas parochias diripientes usurpatis uobis prophanum nomen,[12] quod ab antiquis patribus uobis ereptum esse cernitur. Unde monemus uos, ut omnes episcopi in propriis limitibus sint contenti. Forminum namque monemus, ita suam parochiam retinere, quemadmodum in antiquis temporibus mansit. Similiter absarensis ecclesiae episcopum et arbitanum[13] atque ragusitanum, spalatensem etiam archiepiscopum in C(h)roatorum terra uolumus ut propriam suam parochiam retineat, quemadmodum antiquitus salonitana ecclesia retinebat; quia non potest parochia infra muros ciuitatis (terminari) sed per longinqua spatia terrarum, in pagis[14] et uillis et curtis et ecclesiis et in populo antiquitus determinato (extendi). Gregorium uero, qui (im)probitate temporis in Chroatorum terra episcopus effectus est, praecipimus in sola scardonitana ecclesia tantummodo ministrare; alienas parochias, ei praecipimus, nullo modo amplius usurpare; quia si fecerit, sine dubio a nostro pontificio excommunicatus manebit. Pallium uero et usum pallii Johanni, sanctae spalatensis ecclesiae archiepiscopo, sicut antiqua sonsuetudo fuit, concessimus. Cui uolumus ut tota mente obediatis, eumque ut uestrum patrem ametis; quia tunc dei

gratia subditis[15] illucescit, cum suis praepositis curam obedientiae exhibere delectantur. Amen.

Historiae salonitanae exemplar in msc. codice bibl. Barber. Romae nr. 3481. p. 134—5. Vide nro praec.

Farlati III, 103—6. Cod. dipl. CSD. I, 81—2.

J. Lucius (MSC. vat. nr. 7019. Farlati I, 319) haec acta, inserta exemplari historiae salonitanae, „ficta et supposititia“ esse censuit. Verum iam Farlati rite animadvertit (III, 107) „nihil in iis deprehendi, quod ab historia huius aetatis discreparet, et omnia inter se, videlicet capita rerum, de quibus agitur, et personas et loca et tempora pulchre congruere“. Ipse etiam observavit, „pleraque barbarismis et soloecismis inquinata, multa incondito loquendi genere expressa, non pauca praepostere inversa, quaedam addita, quaedam detracta, nonnulla luxata et distorta, alia ex aliis effícta; atque inde orta est verborum ac sententiarum perturbatio et magna confusio“. Huic assentientes iudicio nos etiam opinamur, acta ipsa quoad rem et argumentum fide digna sed quoad formam et stylum sequiori tempore manu aliena retractata esse. Id praecipue in epistolis Joannis X et Leonis VI observare licet, si quoad stylum cum aliis eiusdem aevi romanorum pontificum litteris conferantur. Acta vero ipsa origine tenus a quodam spalatensium conciliorum membro exarata fuisse, ipsis verbis innuitur. Manifesta actorum vitia emendare, lacunas explere, verborum ordinem ad sensum restituere adnisi sumus.

Tempus celebratorum conciliorum ex actis erui potest. Cum Leo VI. a mense iulio a. 928 usque ad februarium a. 929 in cathedra s. Petri sedisset (Jaffè: Regesta pont. rom. p. 313), epistola, quae alterum concilium respicit, spatio illorum septem mensium edita fuit. Utrumque itaque concilium ultimis Joannis X pontificatus annis celebratum fuit, et inter utrumque „biennium“ interfuit. Alterum concilium celebratum fuit „peracto negotio pacis inter Bulgaros et Chroatos“, quae ultimis Symeonis annis († 27 maii 927), videlicet circa a. 925, perturbata fuit (v. Theophan. contin. ed. Bonn. VI, 21. p. 411. Constant. porphyr. De admin. imp. c. 32 p. 158 ed. Bonn. M. Drinov: Južnye Slavjane p. 54—4), quaeve mox sub eiusdem successore Petro facilius restitui potuit. Quare censemus prius concilium a. 924 i. e. ante bellum bulgaricum, alterum vero post biennium, „peracto negotio pacis“, anno 926—7 celebratum fuisse.

[1] „eadem, eadem“. [2] „iniunctam“ [3] Forsitan Cumae, Κύμε, Κοῦμαι ad Neapolim [4] Sic ordo verborum restituendus est: „que sequuntur epistolae, ad nos post bienium deuenerunt“. [5] „epistolae“. Hae epistolae desiderantur. [6] „se praefati“. [7] „ecclesia“ [8] „cum“. [9] Post „dignoscitur“ verborum ordo ita restituendus est. Apographum habet: „Constat legitime, ut ipse episcopus in qualibet ecclesia ex his ecclesiis, quae primis temporibus habuisse episcopos omnibus patet, cum sint itaque omnes populatae et deo adiuuante sacerdotum et plebium copiam habentes, praeponatur siue in scardonitana ecclesia uel sisciana aut certe in delminensi ecclesia“. [10] „trium magnitudinem diocesei ponderis“. [11] „pontificali munere.“ [12] nisi legendum esset: „profano more“. [13] i. e. arbensem. [14] „plebibus.“ [15] subditos illuxerit.

151.

A. 960, mense Junio. Venetiis in Rivoalto.

Decretum Venetorum de abrogando mancipiorum commercio, praeprimis ex Histria et Dalmatia.

In nomine domini dei et saluatoris nostri Jesu Christi. Imperante domino Romano gloriosissimo imperatore, anno autem imperii eius xiiii, mense Junii, indictione iii. Riuoalti in corte palatii. In precedentibus temporibus in hac nostra prouincia cum mancipiorum captiuitas fieret a nostris, ob hoc peccatum multe tribulationes nobis uenere; et dominus Ursus Bonus dux una cum Joanne filio suo hanc malitiam diluerunt, et statuerunt ita ut nullus ex nobis mancipia uenderet. Sed de grauitate maligni et inuidi hostis ista constitutio corrupta exstitit et transgressa. Tunc quadam die, residente nobis quidem Petro deo auxiliante duce, cum domino Petro duce Candiano una cum domino Bono egregioque patriarcha et cum uenerabilibus episcopis et primatibus nostris in publico palatio diffinimus atque statuimus hanc optimam constitutionem, que a predictis nostris antecessoribus facta est, nunquam aliquando corrumpatur, sed firmetur et inuiolabiliter obseruetur . . . . Unde omnes pariter statuentes statuimus et firmiter confirmamus, ut nullus, maior aut minor, mancipia ad uenundandum emere non debeat; nec aliquis precium ad suos emptorios dare debeat propter mancipia comparanda aut uenundanda, quia grauissimum malum est . . . Item precipimus, ut quicunque in nauibus nostris nauclerus fuerit, nullatenus debeat in naui sua leuare mancipia, neque de Venetiis, neque de Histria, neque de Dalmatia, neque de aliis locis, per nullum ingenium, neque etiam aliquis hominem negociantem vel Judeum in naui sua leuare debeat.

Cod. lat. in biblioth. s. Marci Venetiis clas. XIV. cod. XXXIX nr. 1. Codex Trevis. s. Marci fol. 56.

Tafel et Thomas: Urkunde zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. Wien 1856. I Th. S. 19—25. Romanin: Storia doc. di Venezia I, 371. Monumenta spectantia historiam Slavorum merid. Zagrabiae 1868. vol. I, p. 1. Cod. dipl. CSD. I. 89. Cf. Andreae Danduli chron. venet. Muratori: script. rer. ital. XII, 206.

152.

A. 1045—67.

Synodus provincialis circa a. 1045 Spalatum indicitur. Salonitana provincia in duas dividitur: pro Dalmatia superiori metropolis Antibari instituitur.

1.

Factum est autem, ut illis diebus (sc. spalatensis archiepiscopi Dabralis tempore) conuocarentur omnes suffraganei Dalmatiae ad prouincialem synodum, quae celebranda erat in ecclesia spalatensi. Episcopis autem superioris Dalmatiae uisum est, quod commodius suum possent iter peragere, si omnes uno nauigio ducerentur. Tunc praeparata naui ex condicto accesserunt ad portum, et imponentes quae erant nauigantibus necessaria omnes fere episcopi eandem nauem conscenderunt: uidelicet catariensis[1], antibarensis,[2] dulcinensis[3] et suacensis.[4]

Cum autem circa insulas uentis impellerentur non multum aduersis, ecce subito tempestatis turbo mediis fluctibus toto se fragore immersit, statimque attoniti nautae confusis clamoribus ad armamenta uelorum manus accurrunt apponere, annitentes vela deponere, ancoras proiicere, ne nauis in asperrima loca, quae iam erant proxima, incideret. Sed antequam possent quicquam consulte agere, confestim nauis, arrepta in siccum, tota illisa est, intumescentibusque procellis minutatim quassata est et confracta. Sicque diuino iudicio miserabiles episcopi et omnes, qui cum eis erant, perierunt.[5]

Tunc ciues urbium praedictarum missa relatione ad summum pontificem nunciauerunt de naufragio episcoporum suorum, suppliciter postulantes eximia subiectione ecclesiae spalatensis, satis probabilem praetendentes occasionem, quia periculosum illis erat tam remotam ecclesiam uisitare. Quam ob rem romanus pontifex annuit petitioni eorum, omnesque episcopos a Ragusio superius absoluit a uinculo, quo tenebantur antiquae metropolitanae; statuitque nouam metropolim in ciuitate antibarensi et omnes episcopatus praedictos ei subiecit.

Inferior uero Dalmatia habuit episcopatus suos, more antiquo suae metropoli salonitanae ecclesiae subditos, uidelicet ab apsarensi episcopatu usque ad traguriensem. Vegliensis, absarensis et arbensis[6] episcopatus habuerunt parochias suas in insulis suis; sed uegliensis obtinebat maiorem partem parochiarum, quas nunc[7] habet signiensis ecclesia, quae non erat tunc episcopalis sedes.[8] Omnes enim ciuitates praedictae ad regnum Chroatiae pertinebant. Jadrensis epis-

copatus non magnam habuit parochiam propter uicinitatem nonensis[9] et belgradensis episcopatuum . . . Traguriensis episcopatus, quia suae metropoli uicinior erat, maiorem dioecesim sortitus est, uidelicet castrum Sibenicense cum tota sua iupa, protendebaturque enim fere usque ad fluuium Cetinensem. Fuit etiam episcopalis sedes apud Mucarum,[10] eratque sua parochia a confinio Crainae usque ad Stagnum. In Stagno nihilominus fuit episcopatus,[11] suaquae parochia erat in comitatu Chulmiae.[12] Voluerunt etiam Chroatorum reges quasi specialem habere pontificem, posueruntque sedem eius in campo in ecclesia sanctae Mariae uirginis iuxta castrum Tiniense.[13] Hic multas obtinuit parochias, habuitque praedia et possessiones per totum pene regnum Chroatiae, quia regalis erat episcopus et regis curiam sequebatur, eratque unus ex principibus aulae, et sua iurisdictio usque ad Drauum fluuium extendebatur. Ecclesia nempe metropolis has sibi uoluit parochias retinere: comitatum Cetinae, Cleunae, Clissae, Massarum, Almisium et Corbauiam, et ultra alpes fereas usque ad confinia Zagrabiae, totamque Maroniam.[14]

Thomae archidiaconi: Historia salonitana c. XV. ed. J. Lucii. p. 321. Cod. msc. ad finem saec. XIII in bibl. vaticana Romae nr. 6525. Cod. msc. saec XIV in bibliotheca com. Fanfogne Tragurii (Rad XXVI, 175). Cod. cart. saec. XV in bibl. scientiarum universitatis Zagrabiae.

Quo tempore haec synodus spalatensis convocata fuerit, a pontificatu Dabralis deduci potest. Thomas siquidem archidiaconus (loc. cit.) initium pontificatus Dabralis ad a. 1030 ponit, successoremque Pauli (v. chart. 30) et praedecessorem Joannis fuisse censet. Ast constat nobis ex acto ad nr. 36 adducto, sedem s. Domnii anno 1040 non Dabralem, verum Lampridium tenuisse, anno item 1059 Joannem archiepiscopum fuisse (v. nr. 154 p. 204—5); Dabralem vero adhuc sub archiepiscopo Laurentio vixisse (nr. 116). Quare opinamur Dabralem successisse Lampridio; dictamque synodum post a. 1040 ast ante a. 1059 indictam fuisse.

Quod rem ipsam attinet, Dalmatiam superiorem metropolim novam Antibari hoc circiter tempore obtinuisse, vel potius veterem Diocliensem metropolim ibidem resuscitatam fuisse, ipsae Alexandri II litterae anni 1067, quas ideo mox adducimus, confirmare videntur.

[1] Slavis Kotor. Cattaro. [2] Slavis Bar. Antivari. [3] Italis „Dulcigno". Olcinium, Olchinium, Οὐλκίνιον. Slavis **Льчинь** Olgun. [4] **Свачь**. Žitie sv. Symeona. Ed. P. Šafařik. c. VII. Locus Olcinio ad septentrionem e plaga orientali. [5] Naufragium accidisse dicitur non longe ab insula Pharia in loco, quem ob huius rei memoriam nomen „la punta dei vescovi" obtinuisse censent. [6] De territorio arbensis episcopatus vide chartam regis Cresimiri a. 1070. nr. 67 p. 87. [7] i. e. tempore Thomae archidiaconi, medio saeculo XIII. [8] Ante medium saec. XII episcopatum segniensem restitutum fuisse, patet ex epistola papae Alexandri III episcopo Mireo. Farlati IV, 118. Cod. dipl. CSD. II, 84. [9] Restitutus non multum ante a. 1070. Cf. nr. 67. p. 88. [10] Post Stephanum, qui synodo

salonitanae a. 532 (Farlati II. 173. Cod. dipl. CSD. I, 198) interfuit, nullius mucarensis episcopi usque ad saec. XIV. memoria reperitur. [11] Stagnensis ecclesia commemoratur in synodo spalatensi tempore Michaelis „Chulmorum ducis". V. nr. 150 p. 195. [12] Gabriel „episcopus Zachulmiae". Farlati VI, 45. [13] Inde etiam a rege Svinimiro appellatur: „ecclesia nostri episcopatus sancte Marie uocabulo". V. nr. 97. p. 113. [14] Cf. actum a. 1185. Farlati III, 213. Cod. dipl. CSD. II, 130.

2.

Anno 1067, 18 martii. Romae.

Alexander seruus seruorum dei Petro, uenerabili archiepiscopo diocliensis atque antibarensis ecclesiae, salutem perpetuam in domino. Si pastores ouium sole geluque pro gregis sui custodia diu ac nocte intenti sunt, et ut, ne qua ex eis aut errando pereat aut ferinis laniata morsibus deficiat, oculis semper uigilantibus circumspectant: quanto sudore quantaque cura debemus esse peruigiles nos, qui pastores animarum esse dicimur? Attendentes igitur, ut susceptum officium exhibere erga custodiam dominicarum ouium non cessemus, ne in die diuini examinis pro desidia nostra ante summum pastorem negligentiae nos reatus excruciet, unde modo honoris reuerentia inter ceteros sublimiores iudicamur, igitur dilectissime frater, petitionibus tuis iustis annuentes apostolica auctoritate decernimus, ut per huius priuilegii paginam sic sanctissimam diocliensem ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, antibarensem ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, ecaterensem[1] ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, palachiensem[2] ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, suatinensem[3] ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, d(r)ivastinensem[4] ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, polatinensem[5] ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, serbiensem ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, bosoniensem ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, tribuniensem ecclesiam cum omnibus suis pertinentiis, monasteria quoque tam Latinorum quam Graecorum siue Sclauorum cures, ut scias et haec omnia unam ecclesiam esse, teque omnibus praedictis locis episcopali regimine praeese. Pallium autem fraternitati tuae ex more ad missarum solemnia celebranda, sicut antecessoribus tuis concessum est, concessimus: uidelicet in natali domini, epiphania, caena domini, pascha, ascensione, pentecoste, sic natali sancti Joannis baptistae, apostolorum Petri et Pauli, et quatuor festiuitatibus sanctae Mariae, scilicet natiuitate, annunciatione, purificatione, assumptione, et duobus festis sancti angeli, sic pro natalitiis quoque duodecim apostolorum, natali sancti Georgii et sanctorum Sergii et Bachi, et festiuitate omnium sanctorum atque natali tuo,

et quoties ordinationem uel consecrationem ecclesiarum celebramus. Hortamur itaque charitatem tuam, ut mores uitae tuae tanto honori conueniant, quatenus auctore deo exemplis uerbisque possis esse conspicuus. Vita igitur tua filiis tuis sit regula, ut si qua fortitudo in illis deprehenditur, in ea dirigatur. Cor ergo tuum neque prospera, quae corporaliter hic blandiuntur, extollant; neque aduersa deficiant; sed quidquid illud fuerit, uirtutis paritate devincat. Nullum apud te locum ira, odium nullum furor indiscretus inueniat. Sacrae benedictionis iustique iudicii opus nulla uenalitatis interuentio commaculet. Sit in te et boni pastoris dulcedo, sit et iudicis seuera districtio, unum scilicet quod inocenter uiuentes foueat, aliud quod inquietos a prauitate conpescat. Misericordem te, prout uirtus patiatur, pauperibus exhibe; oppressis defensio tua subueniat, opprimentibusque modesta ratio contradicat. Nullius faciem contra iustitiam excipias; nullum quaerentem iura despicias; custodia in te aequitatis excellat, ut nec diues potentia sua aliquid apud uos extra uiam suadeat rationis audere, nec pauperem de se sua faciat humilitas desperare, quatenus deo miserante talis possis existere, qualem sacra lectio praecipit dicens: „oportet episcopum irreprehensibilem esse". Sed his omnibus uti salubriter poteris, si charitatem magistram habueris, quam qui secutus fuerit, a recto aliquando tramite non recedit. Ecce, frater charissime, inter multa alia, ista sunt sacerdotii, ista sunt pallii ornamenta, quae si studiose obseruaueris, quod foris accepisse ostenderis, intus habebis. Crux etiam ante te sicut ante praedecessores tuos per Dalmatiam[6] et Slauoniam ubique[7] geratur. Archiepiscopatum quoque ecclesiae tuae iuxta formam sanctorum praedecessorum tuorum, a quorum auctoritate non debes aberrare, concedimus et confirmamus. Sancta trinitas gratia suae protectionis fraternitatem tuam circumdet, atque in timoris sui uos uiam dirigat, ut post huius uitae amaritudinem ad aeternam possis dulcedinem peruenire. Bene ualete. Datum Romae XV kalendas aprilis, (per) manum Petri cancellarii vice domini Annonis coloniensis archiepiscopi, anno VI. pontificatus domini Alexandri papae II, indictione XII[8]

Sigillum: Circulus quadrifidus in forma crucis cum nomine Alexandri II, circum circa habens inscriptionem: EXALTAVIT ME DEVS IN VIRTVTE BRACHII SVI.

Baronius: Annal. eccl. a. 1062. Mansi: Conc. coll. XIX, 943. Farlati VII, 17. Cod. dipl. CSD. I, 126. Jaffé: Regesta pontif. rom. nr. 3422.

Indictio XII manifesto falsa est, quippe quae in Alexandri II pontificatum omnino non inciderit. Pontificatus annus sextus est 1067.

Praesbyter Diocleas (regnum Slavorum c. XII ed. J. Lucii p. 289)

insitutionem antibarensis sive „diocletanae“ ecclesiae ad tempus papae Stephani, imperatoris Michaelis et regis Svetoplki refert: „et sicut inferiori Dalmatiae salonitanam ecclesiam constituit metropolim, simili modo superiori diocletanam ecclesiam pro iure antiquo statuerunt metropolim, sub cuius regimine has ecclesias declararunt, scilicet Antibarium, Buduam, Ecatarum, Dulcignum, Suacium, Scodram, Drivastum, Poletum, Sorbium, Bosonium, Tribunium, Zac(h)ulmium“. Et paulo supra: „inferiori Dalmatiae . . instituit salonitanam ecclesiam metropolim, sub cuius regimine has ecclesias statuit, videlicet Spalatum, Tragurium, Scardonam, Arausonam, quod nunc est castellum, Jadram, Aenonam, Arbuam, Absarum, Veglam et Epitaurum, quod nunc dicitur Ragusium“. Quod si hic cathalogus cum litteris Alexandri II quoad antibarensem, et cum actis editionis nostrae quoad spalatensem ecclesiam conferatur, quisquis animadvertet: scriptorem utrique ecclesiae talem et ambitum et dioecesium numerum assignasse, quales fuerant suo tempore, dimidio scilicet saeculo XII.

[1] i. e. catarensem. [2] puto eadem quae et „balazensis“. Theiner: Monum. Slavor merid. I, 226. [3] i. e. svacinensem. [4] Drivasto ad fluvium Kiri (Drinossi) ex orientali plaga Scodrae versus septentrionem. [5] „Pulati“ regio ad septentrionem Drini, ubi hic fluvius ad meridiem versus mare tendit. [6] i. e. Dalmatiam superiorem, a Ragusio infra. [7] subintelligitur regio, continens nonullas ecclesias, quae ultra Dalmatiae superioris limites sitae erant, ad quas omnino serbiensis, bosnensis et tribuniensis pertinebant. [8] Ita restituendus est verborum ordo apographi: „Pontificatus domini Alexandri papae II, indictione XII, datum Romae XV kalendas aprilis, manus Petri cancellarii vice domini Annonis, coloniensis archiepiscopi, anno sexto“.

153.

Circa a. 1050.

Synodus spalatensis sub Joanne legato romani pontificis, in qua de reformatione cleri „in capite et in membris“ agebatur.

(Dabralis, archiepiscopus spalatensis), cum esset potens et nobilis nec foret aliquis ausus acta eius reprehendere, quicquid sibi placebat, hoc licere putabat. Habebat namque mulierem et filios quasi laicus, quos secum in archiepiscopali palatio tenebat; totum uero episcopium nonnisi uagitibus paruulorum et ancillarum tumultibus erat plenum. Negotiis quippe saecularibus implicatus, modicum spiritualia procurabat.

Cum autem enormis uita pontificis summo fuisset pontifici nunciata: statim misit quendam legatum, Johannem nomine, uirum ualde prouidum et discretum. Qui ad partes illas accedens, congregata synodo inquisitionem coepit facere in capite et in membris. Et cum crimen Dabralis archiepiscopi esset notorium: coepit se friuolis allegationibus excusare; dicebat enim, praedictam mulierem

sibi fore legitimam, quam ex consuetudine orientalis ecclesiae secum poterat licite retinere. Sed legatus, excusationes Dabralis nullius fore momenti considerans, auctoritate apostolica sententialiter remouit eum in perpetuum ab administratione ecclesiae spalatensis.

Thomae archid. spalat. Historia salonitana c. XV. p. 322 ed J. Lucii. Synodum hanc circa a. 1050 Spalati celebratam fuisse deducitur ex eorum argumentis, quae ad finem nr. 152 et 154 adferuntur. Pontifex, cuius nomen reticetur, vix alter fuit quam Leo IX (1048—54), qui maximo cum rigore cleri mores emendare coepit; quive ad Venetiarum et Istriae res ordinandas, orientisque negotia promovenda (Jaffè: regesta pontif. rom. 3263, 3285—8) oculos direxerat. Quare mirum non videbitur, si idem pontifex ad Dalmatiae et Croatiae regnum attentionem suam convertit. Num legatus eiusdem Joannes is fuerat episcopus huius nominis, cui Leo IX anno 1052 epistolam scripserat (ib. 3252), certo non constat.

154.

A. 1059—1060.

Synodus Spalati praesente abbate Mainardo, papae Nicolai II legato, sub rege Petro Cresimiro et archiepiscopo spalatensi Joanne, in qua inter caetera capitula, confirmata ab eodem pontifice et a suo successore Alexandro II notificata, duo praeprimis memoriae prodita sunt: unum contra clericorum matrimonium, aliud contra usum slavicae linguae. Laurentius eligitur archiepiscopus spalatensis.

Fuerat tempore domini Nicolai[1] papae et Johannis (archiepiscopi spalatensis) . . . a domino Maynardo, quondam Pomposiano abbate et postea episcopo cardinali, quaedam synodus omnium praelatorum Dalmatiae et Chroatiae multum solemniter celebrata.

In qua multa fuerunt conscripta capitula, inter quae siquidem hoc firmatum est et statutum, ut nullus de caetero in lingua sclauonica praesumeret diuina mysteria celebrare, nisi tantum in latina et graeca; nec aliquis eiusdem linguae promoueretur ad sacros ordines. Dicebant enim, gothicas litteras a quodam Methodio haeretico fuisse repertas, qui multa contra catholicae fidei normam in eadem sclauonica lingua mentiendo conscripsit; quam ob rem diuino iudicio repentina dicitur morte fuisse damnatus.

Thomae archid. Historia salonitana c. XVI, p. 323.

Tempus, quo synodus haec celebrata fuerat facile deducitur e litteris regis Cresimiri, datis mense februario anno 1059, in quibus abbas Mainardus praesens Belgradi adducitur (v. nr. 40, p. 52). Fuerat vero Mainardus Campanus, montis Casini monachus, cuius opera pontifices

gravissimis in rebus usi sunt. A Stephano X a. 1058 cum cardinale Stephano et Desiderio, electo monasterii Casinensis abbate, Constantinopolim legatus mittitur. (Leonis: Chron. mon. casin. Muratori: script. rer. ital. IV, 419). Sub Alexandro II Silvae candidae (in patrimonio s. Petri) episcopus et apost. sedis bibliothecarius subscripsit bullis a. 1063. (Jaffè op. cit. p. 389) et ab eodem papa Mediolanum legatus mittitur. (Arnulphi: hist. mediol. lib. III, c. 19. Muratori ibid. p. 31).

[1] Male „Alexandri". Thomas archidiaconus fuerat in errorem inductus epistola Alexandri II, qua synodi capitula confirmata sunt.

2.

(Alexander II) episcopis et regi[1] Dalmatiarum.[2] Notificamus omnia capitula, que per confratres nostros uenerabiles, Mainardum scilicet collateralem episcopum nostrum et Johannem archipresulem uestrum[3] in Spaleto aliisque ciuitatibus sunt statuta, eadem in romana synodo seriatim ea referente, a beate memorie predecessore nostro Nicolao apostolica auctoritate et sub anathematis interpositione roborata. *(E capitulis hoc unum memoriae traditum:)*[4] Si quis a modo episcopus, presbyter, aut diaconus feminam acceperit vel acceptam retinuerit: proprio gradu decidat, usque dum ad satisfactionem ueniat; nec in choro psallentium maneat, nec aliquam portionem de rebus ecclesiasticis habeat.

Ivonis Carnotensis Decret. P. IV, c. 139. Gratiani decret. P. I, Dist. 81, c. 16. ed. Richter. Mansi: Conc. coll. XIX, 977. Farlati III, 137. Cod. dipl. CSD. I. 123.

Synodus, in qua Nicolaus II. capitula spalatensia confirmavit, procul dubio earum una fuit, quae mense aprili 1060 vel martio 1061 Romae celebrabantur. (Jaffè op. cit. nr. 3353, 3366). Vide notam 8 item expositionem ad finem nri 155.

[1] nimirum Petro Cresimiro. [2] Rubrum: „De auctoritate Mainardi episcopi et Joannis archiepiscopi". [3] „nostrum". [4] Praeponitur: „Episcopis et regi Dalmatiarum".

3.

Joannes, archiepiscopus spalatensis, ipse aedificauit ecclesiam sancti Felicis super riuum, cum prae senectute factus esset inutilis, cessit ab onere pastorali; et in eadem ecclesia non longo tempore degens ibidem mortis debitum soluit. Ea tempestate quidam apostolicae sedis legatus, ad ecclesiam spalatensem accedens, prouincialem synodum congregauit. Ubi cum omnes spalatensis metropolis episcopi conuenissent, anteqnam dimitteretur concilium, tractatum est de electione metropolitani, quia spalatensis ecclesia tunc uacabat. Et

factum est diuina gratia inspirante, ut omnium mentes et uota in persona uenerabilis uiri Laurentii, apsarensis episcopi, qui cum ceteris suffraganeis ad synodum uenerat, concordarent, ipsum in patrem et archiepiscopum unanimiter proclamantes. Missa ergo relatione ad romanam curiam, postulationem de ipso factam domino papae praesentauerunt; deditque ei summus pontifex licentiam transeundi, mittens ei pallium dignitatis cum confirmatione priuilegiorum metropolicae auctoritatis . . . . Ordinatus est (Laurentius) in sede salonitanae ecclesiae anno incarnationis millesimo sexagesimo.

Thomae archid. Historia salonit. c. XV, XVI. p. 322—5. ed J. Lucii. Synodus, de qua hic agitur, continuatio et conclusio nonnisi eiusdem, a Mainardo indictae, censenda est, prout iam D. Farlati (III, 131) recte observavit. In charta anni 1060 (v. nr. 42, p. 59) Laurentius „archiepiscopus electus“ dicitur. In eadem charta apostolicae sedis legatus nomine Teuzo, „missus a domino Nicolao romano pontifice“, commemoratur. Verosimile itaque est, hunc fuisse legatum, per quem Nicolaus II electo archiepiscopo pallium misit.

155.

Circa a. 1063.

Synodus spalatensis sub rege P. Cresimiro et spalat. archiepiscopo Laurentio, praesente papae Alexandri II legato cardinali Joanne, ad sedandum „schisma“, exortum ob prohibitum slovenicae linguae in sacris usum.

Temporibus domini Laurentii archiepiscopi (spalatensis) quaedam execrandi schismatis fuit suborta contentio in Dalmatiae et Chroatiae regno . . .

Cum hoc statutum[1] fuisset synodali sententia promulgatum et apostolica auctoritate confirmatum: omnes sacerdotes Sclauorum magno sunt moerore confecti; omnes quippe eorum ecclesiae clausae fuerunt; ipsi a consuetis officiis siluerunt.

Factum est, ut quidam sacerdos aduena, Vlfus[2] nomine, ad Chroatiae partes accederet, speciem pietatis uultu praeferens, sed uenenum suae fallaciae corde premens. Abiit ergo sussurando per populum, simulans se a summo pontifice destinatum. Et quasi eorum infirmitati compatiens, consilium se eis dare utile promittebat dicens: „Scitote, quod dominus meus, pontifex summus, multum condoluit audiendo, quia ecclesiae uobis clausae sunt, uestrisque sacerdotibus diuina officia interdicta. Nunc ergo ad dominum meum legationem dirigite scientes, quod quicquid uolueritis, poteritis obtinere. Con-

gregatis siquidem senioribus ac celebrato consilio eundem Vlfum presbiterum cum suis munusculis Romam mittunt.

Mox praesbyter arrepto itinere Romam venit. Munuscula Chroatorum cum eorum petitionibus ad pedes domini papae[3] detulit, eumque suppliciter rogauit, ut statum ecclesiarum et clericorum in regno sclauonico in morem pristinum revocaret. Tunc summus pontifex ei respondit, quod non erat iustum, ut contra statuta legatorum apostolicae sedis aliquid facili consilio ageretur: „Tu autem receptis nostris apicibus ad archiepiscopum et regem et ad caeteros praelatos illius prouinciae perfer, ut duo episcopi pro his negotiis ad nos accedant, quia te, utpote ignotum, super his exaudire minime possumus".

Malignus ergo praesbyter papalia scripta non quibus missa erant, detulit sed ad Gothos,[4] qui eum miserant, reuerti ocyus properauit. Tunc percontantibus eum, quid de suis petitionibus apud sedem apostolicam actum esset, respondit dicens: „Ecce per dei gratiam quicquid uoluistis, a domino papa impetraui. Nam ecclesiae uestrae apertae sunt, sacerdotibus uestris officia restituta sunt; insuper etiam hoc uobis obtinui, ut de gente uestra uobis pontificem eligatis, mecumque ad eundum papam cum aliquibus muneribus consecrandum mittatis". Quod audientes Gothi multum laeti effecti sunt, et illico quendam senem rudem, nomine Cededam,[5] episcopum elegerunt; eumque cum quodam abbate, Potepa[6] nomine, et cum ipso Vlfo praesbytero, totius magistro nequitiae, Romam properanter miserunt.

Qui cum ante praesentiam summi pontificis uenisset, percontatus est eos ipse: quinam essent? Nefandus praesbyter respondit: „Ex Dalmatiae partibus sumus; uestraque potest reminisci paternitas, me dudum ad uestram accessisse beneuolentiam; et istis ad pedes uestrae sanctitatis uenire placuit, ut genti suae, sicut omnibus, gratiam faciatis. Nimirum et iste nobilissimus Gothorum uir ad hoc uenit, ut per uos plenius instructus, ueritatis normam ualeat liberius praedicare". Rursus dominus papa: „quo honore — inquit — fungitur?" Responsum est, quod dudum in sua littera praesbyter fuerit. Ad haec papa: „Et cur barbam radere secundum catholicae ecclesiae morem renuit?" Sceleratus praesbyter inquit: „Ideo, domine, ad uestram uenit praesentiam, ut ammodo uestram faciat obedientiam". Illico autem uenerandus pontifex propria manu paucos pilos de barba illius praecidit; et mox astantibus, ut eum ecclesiastico more tonderent, iussit. Ad praesbyterum uero ait: „Non ego

iusseram tibi, hos uiros sed pontifices pro tanto negotio ad me uocare". Praesbyter ad hoc: „uoluere — inquit — domine, sed minime statuerunt". Dominus papa consilio habito taliter eis respondit: „Scitote filii, quia haec, quae petere Gothi student, saepe numero audisse me recolo. Sed propter Arianos, inuentores litteraturae huiusmodi, dare eis licentiam in sua lingua tractare diuina, sicut praedecessores mei sic et ego nullatenus audeo. Nunc uero euntes, gentem illam facite obseruare omnia, quae a uenerabili fratre nostro Mainardo, sanctae Rufinae episcopo cardinali, synodaliter statuta sunt; quoad usque legati nostri illuc accedant".[8] His auditis ab aspectu domini papae sese gradu concito submouerunt, ad suam prouinciam regredi properantes. Tunc Cededa Vlfum praesbyterum requisiuit dicens: „dic mihi, quid utilitatis nobis contulit domini papae adiisse praesentiam?" Cui Vlfus respondit: „quod ardenti animo desiderasti, me laborante adeptus es". Ad haec Cededa: „quid?" inquit. Vlfus dixit: „quia te papa pontificem ordinauit". Cededa ait: „quomodo?" Vlfus respondit: „tantae potestatis est dominus papa, ut cuicunque aliquos pilos de barba manu sua dempserit, continuo episcopus fiat". Hoc audiens fatuus senex magno repletus est gaudio; et mox uirgam pastoralem comparauit et annulum.

Denique ingredientibus eis fines Chroatiae compatriotae, audito eorum adventu, laeti obuiauerunt suo pontifici; eumque cum magno tripudio susceperunt. Et quia non pastor uerus erat, sed lupus rapax sub ouina pelle latebat, nimirum a suis erat fructibus cognoscendus. Etenim primo impetu uegliensem episcopum[9] cum omni celeritate de sua sede fugauit, eamqua sibi, quasi auctoritate apostolica, usurpauit. Tunc, proh pudor, phantasticus pontifex coepit in consecrandis ecclesiis, in ordinandis clericis et aliis episcopalibus ministeriis exercendis diuina officia profanare.

Sed omnipotentis uirtus non diu passa est fraudem diabolicae ludificationis animas decipere infelices. Statim namque, cum haec impia gesta summi fuissent pontificis auribus intimata, graui moerore confectus absque omni mora quemdam legatum, Johannem cardinalem, mittere festinauit ad extirpandum nefandi schismatis fomitem de partibus Sclauoniae.

Itaque cardinalis ad illas partes aduenjens, multitudinem populi et cleri coadunari iussit; ipsumque pseudo-episcopum coram suis Gothis de tantae temeritatis nequitia durissime increpauit, quod nullum sacri ministerii ordinem a summo pontifice datum ei fuisset. Quam ob rem ipsum Cededam et Potepam cum suis sequacibus

perpetui anathematis mucrone a fidelium consortio detruncauit; Vlfum uero, tanti sceleris inuentorem tantique satorem erroris, usque Spalatum trahi iussit. Ubi congregata synodo eundem iniquum presbyterum ab omni ordine clericali deponit, multisque affectum uerberibus, atonso capite, adusta stigmate fronte, sicut papa iusserat, perpetuo carcere detrudi fecit.

Sed cum malesanus Cededa ab incepta temeritate nullatenus resipisceret, multaque scandali materia propterea propter ipsum in toto regno fuisset exorta: praeceptum est a summo pontifice, ut tam in romana quam in spalatina ecclesia et per cunctam prouinciam solemnis anathematizatio fieret super eum. Quod cum Romae bis et in spalatina synodo tribus uicibus factum fuisset, ecce repente diuina ultio manifestata est. Nam cum nihil languoris, nihilque doloris in corpore pateretur, secessum petiit ex coniecta necessitate naturae, ibique subitaneo dolore correptus, euulsis a corpore uisceribus omnia intestina in secessum effudit. Et sic homo impius, arianam imitatus perfidiam, iusto dei iudicio ignominiosa Arii morte damnatus est.

His ita gestis dominus papa Alexander de hac luce migrauit, cui substitutus est dominus Gregorius septimus.

Thomas archid. spalat. Historia salonitana c. XVI. p. 323—4. ed. J. Lucii.

Synodum hanc tempore papae Alexandri II, adeoque intra annos 1061—1073 celebratam fuisse, ultimis narrationis verbis edocemur. Quum tamen legatum Joannem fuisse eundem virum non dubito, quem clericus Joannes comitatus est (Vita s. Joannis episcopi trag. c. I. Farlati IV, 310), hic vero iam anno 1064 (charta nro. 46, p. 63) episcopus Traguriensis esset: eandem synodam paulo ante a. 1064 celebratam fuisse oportet. Anno vero 1063 celebratam fuisse deducitur exinde, quod eadem 12 annis ante alteram, quae certe a. 1075 tenebatur, celebrata fuisse dicatur (v. nr. seq). Rerum itaque ordo opinione nostra fuit hicce: synodus, in qua latum fuit capitulum de eliminanda e sacris lingua slovenica (nr. 154), celebrabatur anno 1059—1060, qua terminata in vegliensi praecipue dioecesi seditio orta est, ad quam sedandam papa Alexander II primum litteras (ibid. 2), quibus decreta synodi a praedecessore suo confirmata observari iussit, (1061—2), dein legatum Joannem direxit. Quod tandem huius personam attinet, hunc Joannem puto fuisse cardinalem tituli s. Mariae trans Tiberim, cui et Minutus nomen erat, qui bullae papae Alexandri II, editae 10 maii 1067 (Jaffé: regesta pontif. rom. p. 389 item nr. 3424) monasterio casinensi, subscripsit quique eodem anno a pontifice una cum Mainardo, iam Sylvae candidae episcopo, legatus Mediolanum mittitur. (Muratori: Srcipt. rer. ital. IV, 31—33).

[1] Sc. spalatensis synodi de non admittenda lingua slovenica. Vide nro. 154. [2] i. e. Wlf. Wolf, Wolfgang (nr. 156), forsitan e vicina aquileiensi provincia. [3] I. e.

Alexandri II, qui die 1 otobris 1061 Romae electus est. [4] i. e. ad Croatiae incolas, apud quos sacra slovenica lingua, caractere vero glagolitico, (male „gothico") celebrabantur. [5] Puto loco „Zededa" vel „Sededa", „Sideda" i. e. Sьdeda" e themate съд et suffixo адъ (Benada, Benêda); itaque „Zededa" loco „Zdeda". V. Sdedrag (charta nr. 111, p. 129) loco „Sьde-drag". Cf. Zden, Sdenko, Sderad. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 380 item p. 14. [6] Forsitan loco „Potecha" i. e. Po-têha. Ibid. nr. 414. [7] Duo erant sub Alexandro II huius nominis episcopi: Mainardus s. Rufinae episcopus, qui bullae a. 1065 subscripsit, alter Sylvae candidae episcopus, de quo superius egimus. V. Jaffè: regesta pont. rom. p. 389. Thomas archid. utrumque confundit. [8] Haec verba Alexandri II epistolae adductae sub nro 154, 2 alludere videntur. Neque dubito, epistolam illam ad regem Cresimirum et episcopos Dalmatiae et Croatiae datam fuisse occasione turbarum. quae ob capitulum spalat. synodi contra usum slavicae linguae in sacris subortae sunt. [9] episcopus nomine Georgius in charta nro 42 anno 1060 commemoratur.

156.

A. 1075.

Synodus spalatensis (salonitana) tempore interregni in Dalmatia et Croatia, praesente papae Gregorii VII legato archiepiscopo Gerardo sub archiepiscopo Laurentio, congregata ad „firmanda vera, execranda illicita, respuenda falsa". Schismati ob prohibitum slovenicae linguae in sacris usum finis imponitur.

(Dominus papa Gregorius VII) misit legatum ad partes Dalmatiae uenerabilem uirum Girardum archiepiscopum sipontinum. Qui Spalatum accedens, cum magno gaudio et honore a Laurentio archiepiscopo susceptus est. Misit igitur et conuocauit suffraganeos salonitanae metropolis uniuersos. Qui cum conuenissent, prouincialem cum eis synodum apud Salonam debita maturitate celebrauit. Interfuerunt autem isti suffraganei ecclesiae spalatensis: primus Laurentius archiepiscopus, secundus post eum Stephanus episcopus iadrensis, Johannes traguriensis, Forminus nonensis, Gregorius arbensis, Theodosius belgradensis, Gregorius chroatensis, Basilius apsarensis, et alii quidam.[1] In hac synodo restauratus est episcopatus nonensis, cuius episcopus Gregorius multas olim molestias Johannem, spalatensem archiepis copum, sustinere fecit, debitam ei subtrahendo obedientiam et sibi ius metropoliticum indebite uendicando.[2]

Interea uenerabilis Girardus legatus Spalati positus, inuenit ibi supra memoratum Vlfum praesbyterum, cui Golfangus[3] agnomen erat, ab annis iam duodecim papali iussu grauissimis compedibus alligatum propter schismatis nefarium scelus, quod cum Cededa

exercuerat in regionibus Dalmatiae atque Chroatiae. Hunc ergo fecit absolui dicens: quia dominus Alexander, felicis memoriae, in suo decessu praecepit uniuersos, suo iussu incarceratos, absolui. Prius tamen fecit eum super euangelium et super corpus beati Domnii subire corporaliter iuramentum, ut in abiuratam haeresim nunquam relabi deberet, et de his partibus egrediens nunquam rediret; sed cum eo Romam adiens apostolico se conspectui permitteret exhiberi.

Thomas archid. spalat. Historia salonit. c. XVI, p. 524. ed. J. Lucii. Synodum hanc ad finem anni 1075 celebratam fuisse, clare patet e verbis chartae, editae ab eodem legato Gerardo mense novembri anni eiusdem (v. nro 83, p. 99). Gerardum ad Ragusinos quoque missum fuisse, colligitur ex epistola papae Gregorii VII data 20 martii 1074 (Regest. lib. I, ep. 65. Mansi XX, 110. Farlati VI, 55. Cod. dipl. CSD. I, 148), in qua iidem reprehenduntur, quod, Vitali episcopo in custodiam dato successorem elegerint; propterea legatum mitti Gerardum, a quo si res decerni non potuerit, utrumque episcopum perduci Romam iubet.

[1] Horum episcoporum nomina reperies in chartis huius temporis nr. 83, 86, 88. [2] Thomas alludit actis synodi a. 924—6 v. nr. 149, 150. Sed errat, episcopatum nonensem in hac primum synodo restitutum fuisse, quum id ante a. 1070 factum sit. V. nr. 67 p. 88, nr. 152. Fieri tamen potuit, ut restitutio dioecesis nunc primum synodaliter sancita sit. [3] Loco „Wolfgangus".

157.

Anno 1076, ante 9 octobris.

Synodus, in qua Demetrius Svinimir „concordi totius cleri et populi electione" Chroatorum Dalmatinorumque rex constituitur.

Acta quondam in tabulario lateranensi Romae. V. nr. 87, p. 103—105

158.

A. 1078, 9 Januarii. Romae.

Papa Gregorius VII Michaeli Sclavorum (Serborum) regi respondet, discrepantibus a Petri, legati sui, renunciotione eius litteris statui non potuisse de vexillo, pallioque ecclesiae Ragusanae petitis. Jubet Petrum episcopum antibarensem una cum Ragusano ad se venire, aut alios nuncios mitti, ut diiudicetur inter archiepiscopum spalatinum et episcopum ragusanum.

Sclauorum regi. Gregorius episcopus, seruus seruorum dei, Michaheli Sclauorum regi[1] salutem et apostolicam benedictionem. Cognoscat debitae tuae deuotionis circa sedem apostolicam reuerentia, Petrum

apud uos dictum nostrum legatum adhuc ad nostram non aduenisse praesentiam, suas tamen misisse litteras, quae ita a uestris dissonantes existunt, quod uestram causam seu ragusanae ecclesiae penitus finire nequiuimus. Quapropter Petrum antibarensem episcopum atque ragusanum siue alios idoneos nuncios ad nos mittere oportet, per quos de lite, quae est inter spaletanum archiepiscopum ac ragusensem, iustitia possit inquiri ac canonice diffiniri, tuique regni honor a nobis cognosci. Tunc uero, re cognita, tuae petitioni iuste satisfacere, secundum quod cupimus, ualebimus, ac te in dono uexilli et in concessione palii quasi karissimum beati Petri filium, dictante rectitudine audiemus. Data Romae V idus ianuarii, indictione I.

Gregorii VII registri lib. V. ep. 12. Mansi XX, 246. Farlati III, 150. Jaffè: Monumenta Gregoriana p. 302 Cod. dipl. CSD. I, 161. Jaffè: regesta pontif. rom. nr. 3799.

Eodem anno morabatur in Dalmatia et Chroatia legatus apostolicae sedis presbyter cardinalis Petrus (vide char. nr. 101, 102, 103), quem a Michaele ad regem Svinimirum profectum fuisse putamus. Duos huius nominis cardinales tempore Gregorii VII reperimus, quorum unus etiam bibliothecarius, alter cancellarius Romae fuit, per quos plures epistolae pontificiae datae sunt (Jaffè: regesta rom. pont. p. 402). Lis, quam haec epistola innuit, quaeve inter spalatensem et ragusinum antistites agitabatur, respiciebat, uti iam Farlati (III, 120. 150. VI, 56) advertit, ius metropoliticum, quod sibi ragusinus episcopus arrogabat, quodve a tempore praeprimis, quo illud episcopo antibarensi in Dalmatiam superiorem concessum erat (v. nr. 152), assequi studebat. Ragusinorum conatus promovebat rex Michael, archiepiscopus vero spalatensis, qui erectioni antibarensis archiepiscopatus adsensum suum praebuit (v. epistolam Gregorii a. 1178, ibid. III. 200), ulteriori suae ecclesiae dismembrationi adversabatur. An et qualiter adhuc papa Gregorius litem hanc definiverit, non liquet; sed ipsa huius rei expositio clare demonstrat, epistolam a. 1076 eidem adscriptam (Cod. dipl. CSD. I, 151), qua scilicet Petro ragusiensi pallium archiepiscopale concederet, interpolatam esse eo magis, quod ipse epistola nostra „concessionem pallii re cognita“ primum polliceatur. Ita etiam nullum est dubium, bullas papae Zachariae a. 743 et Benedicti VII a. 1023 (ibid. p. 35 et 104), quibus ragusinis praesulibus Andreae et Vitali pallia archiepiscopalia conceduntur, confictas esse eo ex fine, ut vetustas ragusini archiepiscopatus confirmetur. Interpolator in confingendis his bullis epistola Alexandri II (v. nr. 152 p. 201) usus est. Vide Fr. Carrara: Chiesa di Spalato p. 118 seq.

[1] De Michaele, domino Diocleae sive Zentae et Tribuniae etc, disserui fusius in Rad jugosl. akad. XXVII, 116—130. XXX, 75—81.

159.

A. 1077—87.

Synodus Nonae tempore regis Dimitrii Svinimiri praesente cardinale Johanne, sub archiepiscopo Laurentio.

His temporibus celebrata fuit synodus in ciuitate Nonensi sub Johanne cardinali, apostolicae sedis legato, ubi proclamationem faciente Laurentio archiepiscopo illustris uir Demetrius cognomento Svinimir, rex Chroatorum, restituit ecclesiae sancti Domnii ecclesias sancti Stephani[1] et sancte Mariae[2] in Salona cum omnibus earum bonis.

Thomae archid. spalat. Historia salonitana c. XVI, p. 325. ed. J. Lucii.

Tempore papae Gregoris VII commemoratur Joannes diaconus cardinalis, per quem bulla data est 19 Juni 1078 monasterio Divionensi (Jaffè: regesta pontif. rom. p. 403 et nr. 3814). Sed utrum hic Joannis eadem cum nostro legato persona fuerit, non constat.

[1] V. Chartam nr. 98. p. 114. item Cod. dipl. CSD. I, 169. II, 8. 181, 199.
[2] V. chartam nr. 98, p. 114. item Cod. dipl. CSD, I, 169. II, 8. 31. 162.

160.

Anno 1088/9.

Synodus Spalati in ecclesia s. Domnii coram rege Stephano II sub archiepiscopo Laurentio, praesentibus episcopis Andrea iaderensi, Petro chroatensi, Joanne traguriensi ac Vitale arbensi nec non multis nobilibus.

Vestigium synodi in acto ad nrum 123 adducto.

161.

Anno 1095.

Synodus Jaderae congregata sub Laurentio archiepiscopo, praesentibus episcopis: Andrea iadertino, Petro arbensi, Petro veglensi, Joanne traguriensi, Bono belgradensi, A. nonensi, pluribus abbatibus et clero iadertinae ecclesiae, in qua plurima „ventilabantur et examinabantur".

Vestigium synodi in acto sub nro 131.

162.

A. 1087—1095.

Formulae iurisiurandi, quo episcopi Dalmatiae et Chroatiae metropolitae suo sese adstringebant.

1.

Ego Andreas, futurus episcopus Jadrensis ecclesie, promitto ecclesie spalatine et tibi domino Laurentio archiepiscopo tuisque successoribus, canonice[1] intrantibus, fidem et obedientiam secundum ordinem meum. Sic me deus adiuuet et hec sancta quatuor euangelia.

2.

Ego Petrus presbiter, ecclesie ueclensis futurus episcopus, ab hac hora in antea promitto ecclesie spalatine et tibi domino Laurentio tuisque successoribus, canonice intrantibus, obedientiam et fidelitatem et auxilium pro meo posse et scire secundum ordinem meum. Sic me deus adiuuet et hec sancta quatuor euangelia.

3.

Ego Vitalis presbiter, ecclesie arbensis futurus episcopus, ab hac hora in antea promitto ecclesie spalatine et tibi domino Laurentio tuisque successoribus canonice intrantibus fidem et obedientiam secundum ordinem meum. Sic me deus adiuuet et ista quatuor euangelia.

4.

Ego Petrus, ecclesie arbensis futurus episcopus, promitto tibi domino Laurentio tuisque successoribus, canonice intrantibus, me fidelem et obedientem secundum ordinem. Sic me deus adiuuet et ista quatuor euangelia.

In margine perantiqui evangeliorum codicis in archivo capituli spalatensis. Farlati III, 141.

Ultimis saeculi XI annis formulas has adtribuendas esse, ex episcoporum nominibus et Laurentii pontificatu constat.

[1] catholice.

III.

EXCERPTA E SCRIPTORIBUS.

163.

A. 548—611.

Slavenorum et Avarorum incursus in Illyricum et Dalmatiam. Slaveni pedetentim sedes figunt in Pannonia et Norico, capiuntque possesionem terrarum a Danubio usque ad Istriam. Dalmatiae, quae continuat esse Romanorum provincia, status internus.

1.

Anno 548.

Slavenorum copiae Illyricum usque ad Dyrrhachium vastant.

Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον Σκλαβηνῶν στράτευμα διαβάντες ποταμὸν Ἴστρον Ἰλλυριοὺς[1] ἅπαντας ἄχρι Ἐπιδαμνίων[2] ἔδρασαν ἀνήκεστα ἔργα, κτείνοντες καὶ ἀνδραποδίζοντες τοὺς ἐν ποσὶν ἡβηδὸν ἅπαντας καὶ τὰ χρήματα ληιζόμενοι. ἤδη δὲ καὶ φρούρια ἐνταῦθα πολλά τε καὶ δοκοῦντα ἐχυρὰ τὰ πρότερα εἶναι οὐδενὸς ἀμυνομένου ἐξελεῖν ἴσχυσαν, περιιόντες ξύμπαντα κατ' ἐξουσίαν καὶ διερευνώμενοι. οἱ δὲ τῶν Ἰλλυριῶν ἄρχοντες στράτευμα πενταχισχιλίων τε καὶ μυρίων ἔχοντες εἵποντο, ἄγχιστα μέντοι τῶν πολεμίων οὐδαμῇ ἐτόλμων ἰέναι.

Sub idem tempus Sclavenorum copiae traiecto Istro flumine totum Illyricum[1] Epidamnum[2] usque foede vastarunt, obvios quoque sine ullo aetatis discrimine partim mactantes morte partim abducentes in servitutem ac peccuniis spoliantes. Castella quoque regionis illius, quae firma prius videbantur, ceperunt nemine resistente, ita ut circumcursando impune quovis penetrarent, cum Illyrici duces, collecto ad quindecim millia exercitu, sic sequerentur, ut propius ad illos accedere non auderent.

Procopius: de bello Gothico lib. III, c. 29. p. 397—8. ed. Bonn. Procopius floruit sub imp. Justiniano I (527—65).

Quoad tempus vide Muralt: Essai de Chronographie Byzantine de 395—1057. S. Pétersbourg 1855. p. 194.

V. Procopium de bello gotth. lib. I c 27. p. 125: „Σκλαβηνοὶ καὶ Ἄνται, οἳ ὑπὲρ ποταμὸν Ἴστρον οὐ μακρὰν τῆς ἐκείνῃ ὄχθης ἵδρυνται." Antarum sedes propius determinantur op. cit. lib. IV c. 4 p. 474, ubi enumeratis populis ad paludem Maeotidem Tanaimque fluvium subiungitur: „καὶ αὐτῶν καθύπερθεν ἐς βορρᾶν ἄνεμον ἔθνη τὰ Ἀντῶν ἄμε-

τρα ἵδρυνται.“ Slavenos et Antas unius esse stirpis confirmatur ibid. lib. III, c. 14, p. 335: „ἔστι δὲ καὶ μία ἑκατέροις φωνὴ ἀτεχνῶς βάρβαρος... καὶ μὴν καὶ ὄνομα Σκλαβηνοῖς τε καὶ Ἄνταις ἓν τὸ ἀνέκαθεν ἦν. Σπόρους γάρ τὸ παλαιὸν ἀμφοτέρους ἐκάλουν.“ Procopio coaevus Jordanes in opere „de Getarum siue Gothorum origine et rebus gestis“, quod a. 551 Constantinopoli exaraverat (W. Wattenbach: Deutschlands Geschichts-Quellen im Mittelalter. I, 65. Aufl. III), haec asserta confirmat: „ab una stirpe exorti tria nunc nomina edidere, Veneti, Antes, Sclaveni“ (ed. C. Closs. Stuttgartiae 1861, p. 92) — item: „Sclaveni a civitate Novietunense et lacu, qui appellatur Mursianus, usque ad Danastrum et in boream Viscla tenus commorantur . . . Antes vero, qui sunt eorum (sc. Venetorum) fortissimi, qua Ponticum mare curvatur, a Danastro extenduntur usque ad Danaprum, quae flumina multis mansionibus ab invicem absunt“ (ibid. p. 26—8). Šafarikio „Novietunum (Noviodunum)“ est „Izakči“ ad Danubium in Dobruča, lacus vero „Mursianus“ sive „Halmyris“ nunc „Rasim“ urbi Izakči ad meridiem (v. Spruner Menke: Atlas antiquus nr. 23 ed. III) sive palus ad Mursam, nunc Essekinum in Slavonia (Slov. starožitnosti p. 459. Slav. Alterth. Mosig v. Aehrenfeld II, 19). Casparo Zeussio (Die Deutschen und die Nachbarstämme. p. 593) „lacus Mursianus, Musianus erweist sich als eine der Stagnationen der Donaumündung.. vielleicht der lacus Halmyris bei Plinius 4, 12. Eben dahin führt die Leseart a civitate Novietunense auf die Stadt Noviodunum, Noviduuum, einen alten Uebergangspunkt an der untersten Donau, wo Isakdschi, zuerst von Ptolomaeus, nachher öfter von den Historikern und in den Itinerarien erwähnt.“ Theodorus Menke (Spruners Handatlas für die Geschichte des Mittelalters. III Aufl. nr. 75. Erläuternde Vorbemerkungen p. 2) locum illum Iornandis legendum „a civitate Novi et Unense“ atque „Utense“ corrigendum esse putat; opinaturque Novi, Novae nunc Sistovo, Utense vero castellum Οὔτως, Utus Procopii (de aedificiis lib. IV c. 6. p. 291) esse; de lacu vero Mursiano subiungit: „Der an der Westgrenze der Sclavenen gelegene lacus Mursianus würde dann den zwischen Nicopolis (Nicopoli) und Novae im Norden der Donau gelegenen Sümpfen entsprechen“. Recentiori tempore R. Roessler (Ueber den Zeitpunkt der slavischen Ansiedlung an der unteren Donau. Wien 1873. S. 12—14) locum Jordanis ita exponit, quod lacum Mursianum ad paludem inter Mursam (Osjek) et Cibalim (Vinkovce), quae etiam „τὰ Οὔλκαια (loco Vulkaia, Volka, Vlka nunc Vuka fluvius) ἕλη“ appellatur, „Noviodunum“ vero ad „Novas“, superioris Moesiae civitatem, quae ad orientalem Viminacio (Kostolac) plagam iacebat, referat. Quidquid est, lacum Mursianum in Danubianis partibus quaerendum esse, neque cum P. Hunfalvio (Ethnographie von Ungarn. Buda-Pest 1877, S. 76), qui praeterea „Noviodunum“ ad Russorum Novgorod refert, cum Ilmenio (Илмерь) confundendum esse, vel ex alio Jordanis loco (c. 5, p. 22) sequitur, ubi dicit: „Scythia siquidem Germaniae terrae confinis eotenus, ubi Hister or(d)itur vel stagnus dilatatur Mo(u)rsianus“. E Strabone vero constat (Geograph. lib. VII, c. 3. p. 253 ed. F. Didot), inferiorem fluminis partem a cataractis usque ad ostium Istrum antiquitus vocatam fuisse; itaque non procul inde stagnum quo-

que Mursianum quaerendum esse. Qualiscunque interim expositio Procopii et Jordanis adoptatur, id certum est, dimidio saeculo VI Slavorum populos iam ad laevam inferioris Istri ripam sedes suas fixisse ita quidem quod Slaveni proprie dicti (**Словѣне**) immensa illa inter Istrum, Danastrum et Vislam spatia occupaverint, atque ad occidentem Gepidas in Dacia confines habuerint. Cf. Šafařik op. cit. p. 459, 487, 564.

Ex illa vasta regione Slaveni traiecto Istro inde a primis Justiniani imperii annis vicinam Thraciam saepius populati sunt; eorum iterum non pauci in Romanorum exercitu, praeprimis in Italia, stipendia meruerunt. Procop. de bello gotth. lib. I c. 27. lib. II c. 15, 26. lib. III c. 13, 22.

[1] Procopius (de bello gotth. lib. III c. 33 et 38, lib. IV c. 3) universas imperii in Europa provincias Illyrici et Thraciae nomine complectitur. Utriusque limes ad Istrum Utus (nunc Vid) fluvius fuisse videtur, ad meridiem vero montium tractus, qui ab Haemo versus Aegeum ad occidentalem Nesti (Mesta, Karasu) plagam procurrunt. Ad Illyricum itaque latiori sensu spectabant utraque Dacia (metropolis Sardica et Ratiaria), Moesia superior (Viminacium), Dardania (Scopi), Praevalis (Scodra), utraque Macedonia (Thessalonica et Stobi), Epirus (Dyrrhachium), Thessalia, Hellas et Creta; sensu vero strictiori omnes illae provinciae excepto Epiro, Thessalia, Hellade et Creta. Cf. Procop. de bello Persico lib. II c. 4. de bello gotth. lib. III c. 29. de aedificiis lib. IV c. 2. ed. Bonn. Hieroclis synecdemus ed. Bonn. p. 391—3, 410 et seq. Vide Sprunner-Menke Hand-Atlas zur Geschichte des Mittelalters nr. 75. Orient nr. 1. [2] Δυρράχιον ἡ ποτε Ἐπίδαμνος, metropolis Epiri novae. Hieroclis synecdemus ed. cit. p. 393, 431.

2.

A. 551.

Slaveni Thraciam et Illyricum devastant.

Ὑπὸ τοῦτον τὸν χρόνον στράτευμα Σκλαβηνῶν οὐ πλέον ἢ ἐς τρισχιλίους ἀγηγερμένον, ποταμόν τε Ἴστρον, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος, διέβησαν, καὶ πόνῳ οὐδενὶ ποταμὸν Εὗρον εὐθὺς διαβάντες δίχα ἐγένοντο. εἶχε δὲ αὐτῶν ἁτέρα μὲν ξυμμορία ὀκτακοσίους τε καὶ χιλίους, ἡ δὲ δὴ ἑτέρα τοὺς καταλοίπους. ἑκατέροις μὲν οὖν καὶ παρ' ἀλλήλων ἀπολελειμμένοις, ὥσπερ ἐρρήθη, ἐς χεῖρας ἐλθόντες οἱ τοῦ Ῥωμαίων στρατοῦ ἄρχοντες ἔν τε Ἰλλυριοῖς καὶ Θρᾳξὶν, ἡσσήθησάν τε ἐκ τοῦ ἀπροσδοκήτου καὶ οἱ μὲν αὐτοῦ διεφθάρησαν, οἱ δὲ κόσμῳ

Sub idem tempus Sclavenorum exercitus, ex tribus solum conflatus virorum millibus, nemine prohibente Istrum fluvium traiecit, ac nullo negotio subinde transmisso Hebro flumine bifariam discessit; constabat pars altera mille octingentis, altera reliquis. Utrosque, quamvis invicem, ut dictum est, separatos, aggressi in Illyrico Thraciaque exercitus romani duces praeter opinionem victi sunt, ac partim ibi ceciderunt partim evaserunt incomposite fugientes. Postquam ab utroque

οὐδενὶ διαφυγόντες ἐσώθησαν. ἐπεὶ δὲ οἱ στρατηγοὶ πάντες οὕτω παρ' ἑκατέρων τῶν βαρβαρικῶν στρατοπέδων, καίπερ ἐλασσόνων παρὰ πολὺ ὄντων, ἀπήλλαξαν, Ἀσβάδῃ ἡ ἑτέρα τῶν πολεμίων ξυμμορία ξυνέμιξεν. ἦν δὲ οὗτος ἀνὴρ βασιλέως μὲν Ἰουστινιανοῦ δορυφόρος, ἐπεὶ ἐς τοὺς Κανδιδάτους καλουμένους τελῶν ἔτυχε, τῶν δὲ ἱππικῶν καταλόγων ἦρχεν, οἳ ἐν Τζουρουλῷ[1] τῷ ἐν Θρᾴκῃ φρουρίῳ ἐκ παλαιοῦ ἵδρυνται, πολλοί τε καὶ ἄριστοι ὄντες. καὶ αὐτοὺς οἱ Σκλαβηνοὶ τρεψάμενοι οὐδενὶ πόνῳ πλείστους μὲν αἴσχρότατα φεύγοντας ἔκτειναν, Ἀσβάδην δὲ καταλαβόντες ἐν μὲν τῷ παραυτίκα ἐζώγρησαν, ὕστερον δὲ αὐτὸν ἐς πυρὸς ἐμβεβλημένον φλόγα ἔκαυσαν, ἱμάντας πρότερον ἐκ τοῦ νώτου τοῦ ἀνθρώπου ἐκδείραντες. ταῦτα διαπεπραγμένοι τὰ χωρία ξύμπαντα, τά τε Θρᾳκῶν καὶ Ἰλλυριῶν, ἀδεῶς ὕστερον ἐληίζοντο, καὶ φρούρια πολλὰ πολιορκίᾳ ἑκάτεροι εἷλον, οὐ τειχομαχήσαντες πρότερον, οὐδὲ ἐς τὸ πεδίον καταβῆναι τολμήσαντες, ἐπεὶ οὐδὲ γῆν τὴν Ῥωμαίων καταθεῖν ἐγκεχειρήκασι πώποτε οἱ βάρβαροι οὗτοι. οὐ μὴν οὐδὲ στρατῷ ποταμὸν Ἴστρον φαίνονται διαβεβηκότες ἐκ τοῦ παντὸς χρόνου, πλήν γε δὴ ἐξ οὗτου μοι ἔμπροσθεν εἴρηται.

Οὗτοι δὲ οἱ τὸν Ἀσβάδην νενικηκότες μέχρι ἐς θάλασσαν ληισάμενοι ἐφεξῆς ἅπαντα καὶ πόλιν ἐπιθαλασσίαν τειχομαχήσαντες εἷλον, καίπερ στρατιωτῶν φρουρὰν ἔχουσαν, Τόπερον ὄνομα· ἣ πρώτη μὲν Θρᾳκῶν τῶν παραλίων ἐστὶ, τοῦ δὲ Βυζαν-

barbarico exercitu, quamvis numero longe inferiore, romani duces omnes ita fusi fugatique sunt, cum Asbade pars hostium altera manum conseruit. Erat hic vir Justiniani augusti stipator, candidatis quos appellant adscriptus; et equitibus praeerat veteribus stationariis Tzuruli, Thraciae castelli,[1] numero animoque pollentibus. His quoqe Sclaveni disiectis quamplurimos turpissime fugientes interfecerunt, captumque Asbadem tum quidem vivum servarunt sed postea coniectum in flammas combusserunt, desectis prius loris e dorsi illius pelle. His peractis Thraciam omnem atque Illyricum impune vastarunt ac multa utrique castella obsidione ceperunt, qui antea nec muros oppugnare neque in campum descendere audebant. Enimuero ne tentaverant quidem unquam hi barbari incursionem facere in romanum imperium; immo vero ante illud tempus, quod supra dixi, nunquam cum exercitu videntur fluvium Istrum traiecisse.

Qui Asbadem vicerant, ad mare usque continenter omnia populati, urbem maritimam, quamvis militari praesidio munitam, expugnarunt, Toperus[2] dicitur, urbiumque maritimarum Thraciae prima est ac Byzantio dierum iter duodecim distat . . .

Iam uterque eorum exercitus, quasi nimio sanguine ebrius ac satur esset, quos in posterum

τίου διέχει ὁδὸν ἡμερῶν δυοκαίδεκα ..... ἀλλὰ νῦν αὐτοί τὲ καὶ οἱ τῆς ἑτέρας ξυμμορίας, ὥσπερ τῷ τῶν αἱμάτων μεθύοντες πλήθει, ζωγρεῖν τὸ ἐνθένδε ἠξίουν τῶν παραπεπτωκότων τινάς, καὶ ἀπ' αὐτοῦ μυριάδας αἰχμαλώτων ἐπαγόμενοι ἀριθμοῦ κρείσσους ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν ἅπαντες.[3]

caperet, illorum parti donare vitam statuit. Quo factum est, ut domum omnes reversi sint cum captivorum innumeris myriadibus.[3]

Procopius: de bello Gotthico lib. III, c. 38 p. 441—444 ed. Bonn. Quoad tempus vide Muralt: Essai de Chronographie Byzantine 395—1057. p. 198.

[1] Nunc Čorlu in via Constantinopoli versus Adrianopolim. [2] Ad fluvium Nestum in limitibus Thraciae (provinciae Rhodopis) et Macedoniae in via, quae Byzantio ducit Thessalonicam. [3] Ex hac descriptione item e locorum situ deducitur, Slavenorum agmen unum, ad Hebrum fluvium ab alio seiunctum, irruisse in eam Illyrici regionem, quae Thraciae contigua est, adeoque in Dardaniae vel Daciae mediteraneae provincias.

3.

A. 551.

Slaveni Illyrici montibus superatis Dalmatiam intrant.

Γερμανοῦ δὲ τὸ στράτευμα ἐν Σαρδικῇ, τῇ Ἰλλυριῶν πόλει, ἀγείραντός τε καὶ διέποντος, ἅπαντά τε ἰσχυρότατα ἐξαρτυομένου τὰ ἐς τὴν τοῦ πολέμου παρασκευήν, Σκλαβηνῶν ὅμιλος ὅσος οὔπω πρότερον ἀφίκετο ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν. Ἴστρον δὲ ποταμὸν διαβάντες ἀμφὶ Ναϊσὸν ἦλθον. ὧν δὴ ὀλίγους τινὰς ἀποσκεδασθέντας μὲν τοῦ στρατοπέδου, πλανωμένους δὲ καὶ κατὰ μόνας περιιόντας τὰ ἐκείνῃ χωρία, τῶν τινες Ῥωμαίων καταλαβόντες τε καὶ ξυνδήσαντες ἀνεπυνθάνοντο ὅτου δὴ ἕνεκα οὗτος δὴ ὁ τῶν Σκλαβηνῶν στρατὸς καὶ ὅ τι κατεργασόμενοι διέβησαν ποταμὸν Ἴστρον. οἱ δὲ ἰσχυρίσαντο ὡς Θεσσαλονίκην τε αὐτὴν καὶ πόλεις τὰς ἀμφ' αὐτὴν πο-

Sardicae,[1] quae Illyrici urbs est, collectum exercitum instruebat Germanus[2] et omnia ad validissimum belli apparatum expediebat: cum Sclavenorum catervae, quantae nunquam antea prodierant, ad imperii romani fines progressae, traiecto Istro flumine Naisum[3] venerunt. Eorum pauci abiunxerunt se ab exercitu, cumque ita vicinos agros pererrarent ut singuli separate discurrerent, in Romanorum quorundam manus inciderunt. A quibus vincti interrogatique: cuius rei causa et quid tandem acturus hic Sclavenorum exercitus Istrum fluvium transmisisset? asseverarunt, eo se venire consilio, ut Thessalonicam ur-

λιορκίᾳ ἐξαιρήσοντες ἥκοιεν. ἅπερ ἐπεὶ βασιλεὺς ἤκουσεν, ἄγαν τε ξυνεταράχθη καὶ πρὸς Γέρμανὸν εὐθὺς ἔγραψεν, ὁδὸν μὲν ἐν τῷ παραυτίκα τὴν ἐπὶ Ἰταλίαν ἀναβαλέσθαι, Θεσσαλονίκῃ δὲ καὶ πόλεσι ταῖς ἄλλαις ἀμῦναι, καὶ τὴν Σκλαβηνῶν ἔφοδον ὅση δύναμις ἀποκρούσασθαι. καὶ Γερμανὸς μὲν ἀμφὶ ταῦτα διατριβὴν εἶχε. Σκλαβηνοὶ δὲ γνόντες διαρρήδην πρὸς τῶν αἰχμαλώτων Γερμανὸν ἐν Σαρδικῇ εἶναι ἐς δέος ἦλθον. μέγα γὰρ ὄνομα ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους ὁ Γερμανὸς εἶχεν ἐξ αἰτίας τοιᾶσδε. ἡνίκα Ἰουστινιανὸς ὁ Γερμανοῦ θεῖος τὴν βασιλείαν εἶχεν, Ἄνται, οἳ Σκλαβηνῶν ἄγχιστα ᾤκηνται, Ἴστρον ποταμὸν διαβάντες στρατῷ μεγάλῳ ἐσέβαλλον ἐς Ῥωμαίων τὴν γῆν. ἐτύγχανε δὲ Γερμανὸν βασιλεὺς Θρᾴκης ὅλης στρατηγὸν καταστησάμενος οὐ πολλῷ πρότερον. ὃς δὴ ἐς χεῖρας ἐλθὼν τῷ τῶν πολεμίων στρατῷ κατὰ κράτος τε μάχῃ νικήσας σχεδόν τι ἅπαντας ἔκτεινε, κλέος τε μέγα ἐκ τοῦ ἔργου τούτου ὁ Γερμανὸς ἐς πάντας ἀνθρώπους καὶ διαφερόντως ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους περιεβάλλετο. δειμαίνοντες οὖν αὐτόν, ὥσπερ μοι εἴρηται, Σκλαβηνοί, ἅμα δὲ καὶ δύναμιν ἀξιολογωτάτην ἀυτὸν ἐπάγεσθαι οἰόμενοι, ἅτε πρὸς βασιλέως στελλόμενον ἐπὶ Τωτίλαν τε καὶ Γότθους, ὁδοῦ μὲν εὐθὺς τῆς ἐπὶ Θεσσαλονίκην ἀπέσχοντο, ἐς δὲ τὸ πεδίον καταβῆναι οὐκέτι ἐτόλμων, ἀλλὰ ξύμπαντα ὄρη τὰ Ἰλλιριῶν διαμείψαντες ἐν Δαλματίᾳ[4] ἐγένοντο. ὧν δὴ ὁ Γερμανὸς ἀφροντιστήσας πάσῃ ἐπήγγελλε τῇ στρατιᾷ ξυσκευ-

besque illi circumiectas obsidione caperent.

Cuius rei nuncio valde commotus imperator (Justinianus), statim Germano scribit, ut in praesens, ommissa in Italiam profectione, Thessalonicae caeterisque urbibus suppetias ferre ac totis viribus impetum Sclavenorum repellere maturet. Dum in his Germanus haesitat, Sclaveni ex captivis comperto Germani Sardicam adventu trepidant; erat enim apud hos barbaros Germani nomen ex hoc admodum celebre. Quo tempore Justinianus, Germani patruus, imperium obtinuit, Antae Sclavenorum accolae, transito Istro, in Romanorum fines cum magno exercitu irruperunt; Germanus, recens ab imperatore creatus magister militum totius Thraciae, inito cum hostium copiis praelio vi illas profligavit et fere ad internecionem cecidit; quo facto Germanus cum apud omnes clarissimus evasit tum vero maxime apud hos barbaros. Itaque Sclaveni ipsum, ut a me dictum est, veriti ac simul rati, florentissimo exercitu succinetum esse, utpote qui adversus Totilam et Gothos ab imperatore mitteretur, coeptum Thessalonicam versus iter statim abrumpunt, neque ausi amplius in campos digredi, omnibus Illyrici montibus superatis in Dalmatiam[4] intrant.

Securus iam ab illis Germanus copiis edicit omnibus ut vasa colli-

ἄξεσθαι, ὡς ἡμέραιν δυοῖν ὕστερον ὁδοῦ ἐνθένδε τῆς ἐπὶ τὴν Ἰταλίαν ἀρξόμενος.... Ἰωάννης[5] δὲ καὶ ὁ βασιλέως στρατὸς ἀφικόμενοι ἐς Δαλματίαν ἐν Σάλωσι[6] διαχειμάζειν ἔγνωσαν, ἐνθένδε μετὰ τὴν τοῦ χειμῶνος ὥραν εὐθὺ Ῥαβέννης ὁδῷ ἰέναι διανοούμενοι. Σκλαβηνοὶ δὲ, οἵ τε τὰ πρότερα ἐν γῇ τῇ βασιλέως γενόμενοι, ὥσπερ μοι ἔναγχος δεδιήγηται, καὶ ἄλλοι οὐ πολλῷ ὕστερον Ἴστρον τε ποταμὸν διαβάντες καὶ τοῖς προτέροις ἀναμιχθέντες, κατέθεον ἐν πολλῇ ἐξουσίᾳ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν. καὶ τινὲς μὲν ἐν ὑποψίᾳ εἶχον ὡς Τωτίλας τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους χρήμασι πολλοῖς ἀναπείσας ἐπιπεμψειε τοῖς ταύτῃ Ῥωμαίοις, ὅπως δὴ βασιλεῖ ἀδύνατα εἴη τὸν πρὸς Γότθους πόλεμον ἀσχολίᾳ τῇ ἐς τούτους δὴ τοὺς βαρβάρους εὖ διοικήσασθαι. εἴτε δὲ Τωτίλᾳ χαριζόμενοι εἴτε ἄκλητοι Σκλαβηνοὶ ἐνταῦθα ἦλθον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.[7] ἐς τρία μέντοι τέλη σφᾶς αὐτοὺς διελόντες οἱ βάρβαροι οὗτοι ἀνήκεστα ἐν Εὐρώπῃ τῇ ὅλῃ ἔργα εἰργάσαντο, οὐκ ἐξ ἐπιδρομῆς ληιζόμενοι τὰ ἐκείνῃ χωρία, ἀλλ' ὥσπερ ἐν χώρᾳ οἰκείᾳ διαχειμάζοντες οὐδεν τε δεδιότες πολέμιον.

gant, tanquam inde biduo post in Italiam profecturus. At infeliciter contigit, ut morbo correptus repente vita cederet... Joannes[5] vero et imperatoris exercitus cum in Dalmatiam pervenissent, Salonis[6] hiemem traducere constituerunt, statim ab illius exitu Ravennam recta ire habentes in animo. At Sclaveni tum qui prius in oras imperatori subditas se intulerant, quemadmodum proxime commemoravi, tum qui paulo post, traiecto amne Istro, illis se permiscuerant, impunissime Romanum imperium incursarunt. Nec deerant qui suspicarentur, hos barbaros multa peccunia pellectos immissosque a Totila in Romanos fuisse, ut ab illis districtus imperator bellum gothicum bene administrare non posset. Sintne Totilae gratificati Sclaveni, an eo venerint non vocati, dicere nequeo.[7] Divisis tripartito copiis toti Europae damna gravissima intulerunt hi barbari, non cursim populabundi sed perinde ac si essent in suis finibus, sine ullo hostium metu hibernantes.

Procopius: de bello Gotthico lib. III c. 40. p. 449—455.

Quoad tempus vide Muralt: Essai de Chronographie Byzantine 395—1057. p. 199.

[1] Nunc. bulg. Sredec, alias Sofia. Procopius (de aedificiis lib. IV c. 4 p. 282) adducit in territorio Sardicae haec castella: Σκούπιον, Στένες, Μαρκίπετρα, Βρίπαρον, Ῥωμανιανά, Στρούας, Προτιανά, Μακκουννιανά, Σκωπεντζανά. [2] Justiniani ex fratre nepos, cui imperator eo tum „imperium in Totilam et Gotthos dedit, modico adiuncto exercitu, verum ingenti suppeditata pecunia praecepit, ut coactis ex Thracia atque Illyrico florentibus copiis, magnis itineribus contenderet in Italiam". Procopius: de bello Gotth. lib. III

c. 30 p. 446 [3] urbs Daciae mediteraneae, una cum Singiduno a. 441 a Hunnis devastata, eiusdem muri a Justiniano restaurati, sedes episcopi — nunc Niš. [4] Situs et ambitus Dalmatiae deducitur ex his eiusdem auctoris (de bello gotth. I, 15 p. 80) verbis: „trans sinum (ionium) Graeci, Epirotae dicti, primum locum obtinent ad urbem usque maritimam Epidamnum; hinc se aperit Prevalis (Πρέβαλις) regio; sequitur cui Dalmatia (Δαλματία) nomen est et quae cum ipsa occidentalis imperii finibus comprehenduntur proxima Liburnia, huic Istria, dein regio Venetorum ad Ravennam urbem porrecta. Atque hi sunt maris accolae; supra quos Siscii et Suabi (Σίσκιοί τε καὶ Σουάβοι), non illi qui Francis parent sed ab iis diversi, interiores terrae tractus obtinent. Ultra hos Carnii siti sunt Noricique, ad quorum dexteram Dacae et Pannones (Πάννονες) habitant, suisque in urbibus Singidonum ac Sirmium (Σιγγηδόνα καὶ Σίρμιον) numerant, ad Istrum fluvium evadentes". Idem deducitur e Jordanis verbis op. cit. c 50 p. 175 ed. Closs. ubi Panoniae situs sic determinatur: „habet ab oriente Moesiam superiorem, a meridie Dalmatiam, ab occasu Noricum, a septentrione Danubium; ornata patria civitatibus plurimis, quarum prima Sirmis, extrema Vindomina." Dalmatia itaque medio saec. VI extendebatur ad mare inter Praevalim et Liburniam Istriamque, separabatur ab Illyrico montibus, ad boream vero confinis erat Panoniae Saviae (Σουάβοί Suauia ap. Cassiodor. Var. IV, 49. V, 14) et secundae sive sirmiensi (Σίρμιον). Eparchia Pannoniae habebat duas urbes: Sirmium et Bassianam (Petrovci). Hieroclis Synecdemus p. 393. [5] Erat gener Germani, cuius filius Justinianus cum eodem Joanne iussu imperatoris exercitum in Italiam ducendo „Dalmatiam petierunt ea mente, ut hiemem Salonis exigerent, cum id anni tempestas non videretur ipsis permittere, ut sinum circumeundo in Italiam pervenirent". Idem Procopius ibid. p. 451. [6] Anno proxime elapso (550) Claudianus Salonis praeerat, qui ad Laureatam (Λαυρεάτα), „locum in maris littore situm" a Totilae duce Ilaufo devincitur Ilaufus Muicurum („locus est maritimus ac proximus Salonis") quoque devastavit. Ibid p. 431. Caeterum Salonae cum Dalmatia recuperatae erant a Mundo, imperatoris duce, a. 535, quas post biennium (537) Gothi frustra obsident. Ibid. p. 27, 83. [7] Inde forsitan explicari potest illa, quae in Dalmatia viguit et posteriori traditione depravata fuit, memoria (Thomae archid. Hist. salon. c. VII, praesb. Diocl. regn. Slavor. c. 1—2. Hrv. ljetopis ed. Crnčić p. 1—6), Chroatas, qui cum Gothis confundebantur, duce Totila e Polonia eductos Dalmatiam occupasse. Cf. Književnik I, 205. 223. 373.

4.

A. 553.

Slavenorum e laeva Danubii ripa inter huius fluminis cataractas et Savi ostia in Illyricum irruptiones.

Σκλαβηνῶν δὲ πολὺς ὅμιλος Ἰλλυριοῖς ἐπισκήψαντες πάθη ἐνταῦθα οὐκ εὐδιήγητα διειργάσαντο. βασιλεὺς δὲ Ἰουστινιανὸς στράτευμα ἐπ' αὐτοὺς ἔπεμψεν, οὗ δὴ ἄλλοι τε καὶ οἱ

Cum Sclavenorum ingens multitudo, facta in Illyricum irruptione, infanda perpetraret, in eos Justinianus Augustus misit exercitum, cui praeter alios Germani

Γερμανοῦ παῖδες[1] ἡγοῦντο. οἵπερ τῷ πλήθει τῶν πολεμίων παρὰ πολὺ ἐλλασσούμενοι χωρῆσαι μὲν αὐτοῖς ὁμόσε οὐδαμῆ ἴσχυσαν, ὄπισθεν δὲ ἀεὶ μένοντες τῶν βαρβάρων τοὺς ἀπολειπομένους ἐσίνοντο. καὶ πολλοὺς μὲν αὐτῶν ἔκτεινον, τινὰς δὲ καὶ ζωγρήσαντες βασιλεῖ ἔπεμψαν. οὐδὲν μέντοι ἧσσον οἱ βάρβαροι οὗτοι τὰ δεινὰ ἔδρασαν. ἐν ταύτῃ τε τῇ λεηλασίᾳ χρόνου τι μέγα κατατρίψαντες μῆκος τὰς μὲν ὁδοὺς νεκρῶν ἔπλησαν ἁπάσας, ἐξανδραποδίσαντες δὲ ἀνάριθμα πλήθη καὶ ληισάμενοι ξύμπαντα, οὐδενὸς σφίσιν ἀντιστατοῦντος, ἐπ' οἴκου ἀπεκομίσθησαν ξὺν πάσῃ τῇ λείᾳ. οὐδὲ γὰρ διαπορθμενομένους ποταμὸν Ἴστρον ἴσχυσαν σφᾶς ἐνεδρεῦσαι Ῥωμαῖοι ἢ ἄλλῳ τῳ βιάσασθαι τρόπῳ, ἐπεὶ Γήπαιδες αὐτοὺς μισθαρνήσαντες ὑπεδέξαντο καὶ διεπόρθμευσαν οὐ μικρόμισθοι γεγενημένοι. ἐπὶ κεφαλῇ γὰρ ἑκάστῃ κατὰ στατῆρα χρυσοῦν ἡ μίσθωσις ἦν. διόπερ βασιλεὺς ἐδυσφορεῖτο, οὐκ ἔχων τὸ λοιπὸν ὅπη ποτὲ αὐτοὺς ἀναστέλλῃ διαβαίνοντας ποταμὸν Ἴστρον, ἐφ' ᾧ λῄσονται τὴν Ῥωμαίων ἀρχὴν καὶ αἰφνιδίαν τὴν ἀποπορείαν ποιουμένους ἐνθένδε, ἤθελέ τε τούτων δὲ ἕνεκα Γηπαίδων τῷ ἔθνει εἰς συνθήκας καταστῆναί τινας.

filii[1] praeerant. Hi numero longe hostibus inferiores obviam illis obsistere non poterant; sic autem subibant a tergo, ut postremos carperent; multis caesis, nonnullos cepere vivos et ad imperatorem miserunt. Nihilo tamen minus grassabantur hi barbari. Fuit haec populatio impendio diuturnior, ita ut cadaveribus vias omnes constraverint et cum infinita captivorum multitudine, praedaque omni, quam cuncta vastando collegerunt, domum redierint nemine prohibente. Neque enim ad Istri fluminis traiectum illis insidias Romani struere nec vim ullam afferre poterant propterea, quod a Gepaedibus excepti transvehebantur, pacto transmissionis pretio non exiguo, quippe aureum staterem unum pendebant in capita. Ex eo anxius imperator, quod iam illos inhibere non posset, sive fluvium Istrum transirent romanum direpturi imperium, sive hinc repente excederent; hac de causa pacisci cum Gepaedibus cupiebat.

Interea loci Gepaedes et Longobardi inter se bellum reparabant. Tum Gepaedes, nondum accepto nuntio iurati ab Augusto cum Langobardis foederis, Romanorum vires veriti ad eorum amicitiam et societatem aspirabant enixe. Quamobrem missa confestim Byzantium legatione rogatus imperator, ut cum ipsis quoque foedus pangeret, extemplo data fide illud percussit, idemque senatores duodecim iureiurando firmarunt petentibus legatis.

Οὐ πολλῷ δὲ ὕστερον Λαγγοβάρ-

Haud multo post, quae adver-

δαις κατὰ τὸ ξυμμαχικὸν δεομένοις στρατιὰν εἰς ξυμμαχίαν ἐπὶ Γήπαιδας Ἰουστινιανὸς βασιλεὺς ἔπεμψεν, ἐπενεγκὼν Γήπαισι Σκλαβηνῶν τινας ἐπὶ πονηρῷ Ῥωμαίων μετὰ τὰς ξυνθήκας διαβιβάσαι ποταμὸν Ἴστρον.

sum Gepaedes Langobardi sociali iure postulabant, misit auxilia Justinianus augustus Gepaedes insimulans, quod in Romanorum perniciem post foedus ictum Sclavenorum agmen Istrum fluvium transportassent.

Procopius de bello gotth. lib. IV c. 25. p. 591—3.
Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 204.

Everso Hunnorum imperio, cuius pars praecipua Dacia inter Danubium et Tibiscum erat, regiones illas germanici populi Gepidae et Langobardi pedetentim occuparunt. „Nam Gepidae, Hunnorum sibi sedes viribus vindicantes, totius Daciae fines velut victores potiti“ (Jordanes op. cit. c. 50 p. 175 ed. Closs.); inde Dacia dicta est „Gepidia“ (ib. c. 12 p. 53), in qua „Tisia per aquilonem eius corumque discurrit, ab africo vero magnus ipse Danubius, ab eoo fluvius Tausis secat, qui rapidus ac verticosus in Histri fluenta furens devehitur“ (ib. c. 5 p. 26). Ad meridiem inter Danubium et Savum Gepidarum quoque errat „τὰ ἀμφὶ Σιγγηδόνα τὲ καὶ Σίρμιον χωρία ἐντός τε καὶ ἐκτὸς ποταμοῦ Ἴστρου“ (Procop. de bello Vandalico lib. I, c. 2 p. 313 ed. Bonn). In hac regione sita fuisse, puto, munimenta, de quibus scribitur: „Ulca fluvius et tutela Gepidarum, quae vice aggerum munit audaces, et in iugorum morem latus provinciae quibusdam muris amplectitur, nullo ariete frustrandis“ (Panegyr. Theodorico regi ap. Sirmond. p. 1600—1). Aggeres ad Ulcam fluvium non alibi nisi ad „Ulcaeos lacus“ Diodori Cassii (τὰ Οὐλκαῖα ἕλε), qui Ulcae fluvio originem debent, quaerendi sunt; estque „Ulca fluvius“, qui ad „villam Uulchoi“ (Endlicher: Monum. Arpad. p. 647, 739), alias „castrum Volkou“ (Fejér: cod. dipl. Hung. IV, 3 p. 545), nunc Vukovar, Danubium ingreditur, quique nunc „Vuka“ (= Vlъka, Vъlka) nominatur. Cf. Rössler: Ueber den Zeitpunkt der slav. Ansiedlung. S. 14. Vide supra nr. 163 p. 218. Gepidis inde ab a. 527 ad occidentem confines erant Langobardi, qui sub rege Audoino Pannoniam occuparunt; atque inde „ipsi quoque Dalmatiam et Illyricum ad limitem usque Epidamni pervagando praedas abigebant et captivos“ (Procop. de bello gotth. lib. III c. 33. p. 418). V. Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 436 ss. item. 471 ss E situ Gepidiae, Gepidarumque sedium id erui posse videtur, Slavenos, qui excurrendo in Illyricum a Gepidibus excepti trans Istrum transportabantur, in ea ad septemtrionem Danubii regione habitasse, quae inter huius fluvii cataractam et Savi ostium iacebat; hac siquidem in ora Gepidia Illyrico confinis erat. Idem confirmatur Jordanis verbis, iam supra (pag. 218.) expositis, de Sclavenorum scilicet sedibus. Inde vero sequitur, Slavenos dimidio saec. VI in meridionalibus Daciae oris, nec non in Sirmiensi Panoniae parte, sedes iam fixisse; ibique vel sub Gepidarum supremo dominio vel qua eorum socii vixisse, atque exinde in romanum Illyricum excurisse. V. Roessler op. cit. p. 12.

[1] Justinus nomine, maior natu, et Justinianus. Procop. de bello gotth. III, 32. 39, p. 410. 447. p.

5.

A. 569.

Baianus, Avarorum chaganus, Dalmatiam vastare iubet.

Ob haec indignatus Baianus iurans minatus est, se immissurum exercitum in Romanorum ditionis regiones, qui populationes faceret. Ad quae cum dux[1] palam praedicaret, illi quidem licere omnia, quae posset, aggredi et tentare; sed persvasum habere, fore ut istae excursiones his, qui in eas immitterentur, non bene verterent, respondit, se tales missurum, qui si perierint, damnum nullum ex eorum exitio ad eius sensum esset perventurum.

Καὶ δὴ παρεκελεύσατο δέκα χιλιάδας τῶν Κοντριγούρων[2] λεγομένων Οὔννων διαβῆναι τὸν Σάον ποταμὸν καὶ δῃῶσαι τὰ ἐπὶ Δαλματίαν, αὐτὸς δὲ ξὺν πάσῃ τῇ κατ' αὐτὸν πληθύϊ διελθὼν τὸν Ἴστρον ἐς τὰ τῶν Γηπαίδων διέτριβεν ὅρια.

Itaque iussit dena millia Hunnorum qui dicebantur Contriguri,[2] traiicere fluvium Savum et vastare Dalmatiam. Ipse vero cum omni suo exercitu, transmisso Istro, in finibus Gepidarum substitit.

Menandri, sub imp. Mauricio (582—602) protectoris, „τῶν μετὰ Ἀγαθίαν" c. 27. ed. C. Müller: Fragmenta historicorum graecorum vol. IV p. 233. Parisiis 1868. Menander Agathiae, qui libris quinque gesta a. 552—558 narraverat, historiam prosecutus res ann. 558—582 memoriae prodidit.

Quoad tempus v. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 227—8.

Avari (Ἄβαροι), Avares (pers. âwâre = vagus) populus uralo-altaicae stirpis, ad quam etiam eorum praedecessores Hunni (Οὖννοι) spectabant (Zeuss: Die Deutschen. S. 727. Neumann: Die Völker des südlichen Russlands. Leipzig 1847, S. 35 ff. Frid. Müller: Allgemeine Ethnographie. Wien 1873. I, 352) accolae quondam (c. a. 461—5) ad Moeotidem et Caspium lacum, dein (558) ad Pontum, tandem Langobardorum contra Gepidas socii, quibus devictis (565) Daciam ocuparunt. Quum Alboinus Longobardos suos anno 568 in Italiam duceret, Panoniam Avaris cessit. Hi itaque omnem regionem illam, quam prius Hunni, dein Langobardi et Gepidae tenuerant, nunc possidebant, atque Romanorum provinciis Illyrico et Dalmatiae contermini erant. Avarorum chaganus Baianus mox ab imperatore Justino II postulavit, ut Sirmium, quod Gepidarum prius erat sed ultimis inter Cunimundum et Alboinum bellis a Romanis revindicatum fuerat, sibi restitueret. Repulsam passus illico urbem, cui tum Bonus (Βῶνος) praeerat, obsedit (569); sed „post murorum oppugnationem" de pace cum Bono egit, quam cum non obtineret, depopulationem vicinae Romanorum regionis minatus est. E Sirmii situ sat clare patet, Cuturguros e Panonia secunda in Dalma-

tiam irruisse via, quae ad dexteram Drini ripam ducebat primum usque ad stationem „ad Drinum“, exinde vero traiecto hoc fluvio infra Argentariam (Srebrnica) Dalmatiam ingrediebatur. Huius quidem provinciae partem tantum Pannoniae secundae contiguam a Cuturguris eotum devastatam fuisse, censemus.

[1] i. e. Romanorum στρατηγός nomine Βῶνος, qui ceu „comes rei privatae“ a Narsete legatus ad Francos a. 561 missus erat, dein Istri custodiae praeficitur (562), ut Avarorum incursiones impediret; demum Sirmii defensio eidem traditur. Menander loc. cit. p. 204—5. [2] Jordanis „Ultzigiri, Cutziagiri“ (op. cit. c. 5 p. 29 ed. Closs.), Hunnorum stirps, quae sese Avaris associavit Zeussio (Die Deutschen p. 716) Kutriguri sunt illi Bulgari, qui ad Danubium medium sedes fixerant.

6.

A. 579—581.

Avari urbem Sirmium occupant.

Baianus, Avarum chaganus,[1] eodem anno Targitium[2] ad imperatorem, qui praestari solita stipendia exigeret, misit (erant autem octoginta millia nummorum, quae quotannis pendebantur); et ubi cum reliquis mercibus, quas emerat, et cum auro ad illum redierat, barbarus, nulla occasione aut causa conficta, ne falsam quidem accusationem in Romanos comminisci dignatus, impudentissime, qui barbaris mos est, foedera, quae cum Tiberio initio ejus imperii fecerat, rupit, et cum omni exercitu movens ad Savum fluvium inter Sirmium oppidum (hoc ex insidiis capere cogitabat) et Singedonem castra ponit, et fluvium ponte jungere suscipit. Quum autem timeret ne a Romanis impediretur, qui Singedone in praesidiis erant, maxime quod multum usum et scientiam navium fluminis habebant; consilium suum, antequam in vulgum innotesceret, exsecuturus multa vectoria graviaque navigia in Istro per superiorem Pannoniam coegit, ex quibus, quaecunque nancisci potuit, non quidem ad artis navium aedificandarum rationem, tamen naves ea magnitudine, ut ad bellum aptae essent, exstruxit, et eas hominibus armatis et remigibus instruxit, qui barbarum in morem inconditis ictibus aquam verberabant. Ita simul classe magno motu fluminis devecta, cum omnibus Avarum pedestribus copiis per Sirmianam insulam (διὰ τῆς Σιρμιανῆς νήσου) cursum tenuit, et ad Savum fluvium pervenit. Hoc conspecto apparatu, Romani, qui in urbibus in ea parte sitis habitabant, vehementer sunt perturbati. Erat Sethus Singedone praefectus (τοῦ τε ἐν Σιγγηδόνι στρατηγοῦ). Is ad Chaganum misit, qui ex ipso quaereret, quoniam pax et amicitia illi cum Romanis esset, quid sibi vellet, quod ad Saum venisset, quem

si ponte jungere inconsulto imperatore tentaret, non passurus esset. Ille, non ut quicquam mali Romanis machinaretur, pontem se struere ait; sed ut contra Sclavinos (κατὰ Σκλαβηνῶν) expeditionem susciperet: se transmisso Sao, et finibus Romanorum percursis, rursus Istrum trajecturum, multis ad trajectionem ab imperatore Romanorum impetratis navibus. Idem se jam antea in gratiam Romanorum imperatoris fecisse, et multa Romanorum millia, qui in servitutem a Sclavinis redacti fuissent, libertate donata, Romanis restituisse. Nunc vero dicebat, se a Sclavinis injuria affectum quia nollent tributum quotannis illo tempore indictum sibi solvere, tum etiam quia Avarum legatos a se missos sustulissent, et eam esse causam cur ad Saum accessisset. Itaque Sethum excipere jussit legatos, quos ad imperatorem mittebat, qui peterent ut sibi in Sclavinos traiecturo naves per Istrum praepararet. Adjecit, se per ea quae et apud Romanos et Avares sanctissima habentur, paratum jurare, se nullum damnum cogitare aut Romanis aut oppido Sirmio inferre, sed tantum, quo sibi aditum ad Sclavinos patefaciat, pontem facere instituisse. His quidem Sethus et Romani, qui Singedone erant, minime fidebant; sed se idoneo exercitu instructos, aut militibus (paucos enim habebant) aut navibus velocibus minime satis paratos esse cogitabant. Hic enim motus de improviso et praeter spem acciderat. Praeterea chaganus minitari coepit et testificari, se solum conventis inter se et Romanos pacis conditionibus stare, et quoniam in communes suos et Romanorum hostes pergat, minime se opus pontis construendi intermissurum. Quodsi quis Romanorum audeat vel unum telum coniicere in eos qui ponti aedificando manum admoverent, ab ipsis foederum violandorum initium factum esse, meminisse eos jussit; et quum ipsi Avares in bellum impullissent, si quid inde Romanorum res publica detrimenti ceperit, de eo queri vetuit. Hoc veriti Romani qui Singedone erant, chaganum ad iusiurandum provocarunt. Itaque confestim Avarico ritu iusiurandum ad hunc modum praestitit: Ense educto, sibi et Avarum genti dira est imprecatus, si quid mali comminisceretur Romanis in eo, quod pontem super Sao flumine facere susceperit, ut ipse et universa gens ad internecionom usque ferro periret, coelum ex alto super ipsis, et deus, qui in coelo est, ignem immitteret, silvae et montes casu et ruina illos obtererent, et Saus fluvius inundatione eos submergeret. Haec ubi barbaro more chaganus emisit: „Nunc ego, inquit, iusiurandum Romanorum iurare volo". Tum quaesivit ex ipsis, quid esset quod

sanctum et religiosum ducerent, per quod jurantes, si fallerent, dei iram minime evitaturos crederent. Tum qui in Singedone urbe summam sacrorum potestetam habebat (ὁ τῆς Σιγγηδόνος πόλεως τὴν ἀρχιερωσύνην), statim sancta Biblia per internuntios tradi jussit. Et ille quidem occultans ea quae mente volvebat, multo cum tremore et magna cum reverentia se ea suscipere simulans, procedit e cathedra, et alacri animo in genua provolutus, iuravit per deum, qui sacrorum librorum verba emisisset, se in nullo eorum, quae dixisset, mentiri et fallere. Itaque Sethus admisit legatos ab eo missos, et ad imperatorem Tiberium in regiam urbem transmisit. Dum legati iter peragunt, et imperator eos admittere parat, chaganus interea opus non intermisit, sed omni cura, studio et diligentia, toto Avarum exercitu in eam rem incumbente, pontem super Sao flumine absolvit. Etenim perficere opus statuerat, antequam ea res ad imperatoris cognitionem veniret, ne, si resciret, aedificationem disturbare tentaret.

Itaque profecti Avarum legati in regiam urbem, ab imperatore petierunt, ut naves praepararet chagano et Avarum exercitui, quibus Istro trajecto in Sclavinos moverent. Etenim chaganum, fidentem amicitia, quae illi cum Romanis erat, iam pontem struere super Sao flumine propositumque habere, communes suos hostes et Romanorum conterere et labefactare. Haec legatis nuntiantibus, statim aperte imperator cognovit conatum et mentem chagani. Quum enim oppido Sirmio (τὴν πόλιν τὸ Σίρμιον) potiri cuperet, pontem fecerat, ut oppidi incolas omnium rerum commeatu intercluderet et fame ad deditionem compelleret. Nam quum imperator minime paci cum Avaribus compositae diffideret, in urbem commeatus ad obsidionem tolerandam idoneos invehi non curaverat. Praeterea copias, non dico quae satis essent ad resistendum Avaribus, sed ne minimas quidem omnino habebat. Etenim omnes exercitus, quos conscripserat, Persico bello in Armenia et Mesopotamia occupati erant. Quae tamen omnia dissimulabat, tanquam non intelligeret, quo chaganus tenderet. Itaque imperator respondit, se quoque velle Sclavinos, quoniam plerasque Romanorum regiones praedati fuerant et latrociniis vexaverant, bello persequi. Sed tunc temporis non opportunum esse Avaribus eam expeditionem suscipere, quia Turci (Τοῦρκοι) iam circa Chersonem agerent, et si illi Istrum traiicerent, celeriter eius rei nuntios accepturi essent. Itaque commodius illi esse supersedere et differre expeditionem in aliud tempus. Quid velint Turci et qua parte progressuri sint, se brevi

cognitum, de quibus omnibus chaganum certiorem facturum. Haec non latebat Avarum legatum, e re nata ab imperatore conficta, qui objecto Turcorum metu chaganum abducere ab incepto opere sperabat. Sed idem se sentire simulavit, et promisit se effecturum ut ab ea mente chaganus desisteret. Itaque legatus, qui praecipue chaganum ad bellum Romanis inferendum impulerat, amplissimis donis acceptis, quae pro mercede postulaverat, e regia urbe proficiscitur. Sed quum per Illyrium iter faceret cum paucis Romanis ad eum tutandum praemissis, a Sclavinis, excursiones in eas partes facientibus, occisus est. Non multis interjectis diebus, ecce alter legatus venit a chagano in regiam urbem, Solachus (Σόλαχος) nomine, qui apertissima et nuda impudentia ita locutus est: „Ponte junctum fluvium Saum, supervacuum existimo affirmare. Manifesta enim is, qui probe scienti narrat, vituperatione dignus est. Neque vero ulla arte Romani Sirmium oppidum ab obsidione liberare, neque commeatum, aut aliam ullam rem, quae obsessis levamento sit, flumine in urbem invehere possunt, nisi tantam multitudinem illuc mittant, quae vi et fortitudine possit Avarum exercitum ab obsidione depellere et pontem dejicere. Itaque imperatorem consultius facturum, si pro una minime opulenta urbe, magis pro una olla (ea enim dictione usus fuerat), non bellum in Avares et Avarum chaganum susciperet, sed si contentus educere salvos et incolumes omnes milites Romanos et urbis incolas una cum suis rebus, quicquid earum efferre potuerint, urbem nudam et desertam chagano cederet. Hunc enim veritum esse, ne Romani stare pacis conditionibus in animo haberent tantisper dum bellum, quod cum Persis gererent, confecerint, eoque confecto, omnibus viribus in Avares impetum facere, quum hanc urbem promptissimum adversus ipsos propugnaculum haberent, neque interiecto fluvio maximo aut alia loci difficultate impedirentur. Ceterum perspicuum et apertum esse, imperatorem commodi Avarum nullam habuisse rationem, qui, etiam pace constituta, oppidum Sirmium validioribus moenibus cinxerit. Frui quidem chaganum donis quae singulis annis accipiat ab imperatore; nam magni pretii bona esse aurum, argentum et sericam vestem, sed carissimum et pretiosissimum omnium bonorum esse vitam, cui cum timeret, et animo repeteret, Romanos multas gentes in his locis donis et muneribus ad se accivisse et pertraxisse, quas deinde tempore procedente subegerint et funditus everterint, neque donis, neque promissis, neque ulla alia re illum moveri posse, ut desistat ab incepto, neque quieturum donec urbem ceperit, et om-

nem Sirmianam insulam propriam sibi fecerit. Seque jure id facere quia Gepidarum prius haec insula fuerit, quorum res et urbes iustius Avares sibi vindicare possent, qui eos devicerint, quam Romani". Haec imperatorem valde perturbarunt, et graviter eius mentem ira et dolore perculerunt, tamen idonea et ipse, quantum potuit, oratione usus ita respondit: „Neque copiis, neque fortitudine manus, neque prudentia nos chaganus circumvenit, sed eum pacem et deum, per quem juravit, delusisse, omnibus manifestum est. Nihilominus illi perfidiam parum profuturam esse spero. Sed potius unam ex filiabus, quas duas habeo, illi desponderem, quam Sirmium oppidum volens traderem. Quod si vi expugnarit, ego deum ultorem expectans, cujus numen violavit, imperio Romano me non defuisse existimabo". Tum dimisso legato, urbi suppetias ferre, quoad potuit, paravit. Etenim, ut superius dixi, nullas habebat copias: itaque exercituum praefectos, duces et turmarum ductores, hos per Illyrium, alios per Dalmatiam mittit, ut urbem, quoad fieri posset, custodirent.

Theognis ubi in Casiam et Carbonariam insulas pervenit, sermones ad se, ut foedera fierent, delatos excepit: itaque Baianus advenit, et de equo descendens, in sella aurea consedit, quae stragullis gemmis ornatis in formam tentorii comparata erat. Ante pectus illius et vultum propugnaculi modo erat objectum scutum, ne a Romanis forte in eum tela iaculantibus appeteretur. Etenim qui cum Theognide erant, non longo intervallo distabant a loco ubi Baianus sedebat: itaque Hunni interpretes clara voce fidem datam de induciis pronantiarunt. Tum Baianus dixit, oportere Romanos illi sine pugna Sirmium cedere, quia nihil illis opis jam reliqui esset, quominus oppidum caperetur. Nam, praeterquam quod urbem res necessariae deficerent, impedita ab utraque parte frumenti invectione, etiam Avarum multitudinem nullis laboribus defatigatum iri, usque dum urbem suae potestati subiiciant. Proposuit etiam aliquam verisimilem causam, cur desideraret urbis dominium adipisci, ne transfugae ex Avarico exercitu, quia urbs esset illis contermina, ad Romanos receptum haberent. Quum haec ad hunc modum locuti essent, contra respondit Theognis, se non prius a bello recessurum, quam Avaricus exercitus cesserit, neque alia conditione Baianum sperare debere, se faciles Romanos ad ea, quae velit, reperturum. Haec inter se altercantibus et concertantibus, aperte foedus Theognis icere recusavit et dixit Baiano, ut se ab oculis Romanorum subduceret, et arma ad pugnam ca-

pessendam caperet, tanquam crastina die sine ulla dilatione manus illi secum conserendi potestatem facturus. His dictis abierunt.

Romani et Avares per tres dies (annos?) decertarunt; sed quum nullae Romanorum copiae numero sufficiente apparerent, quae pontem, qua itur in Dalmatiam, tametsi parum munitus esset, oppugnarent, Apsichus (Ἀψίχ) et qui cum eo erant Avares, qui illic prius ad pontis custodiam consederant, tam parvi Romanos faciebant, ut ad alium pontem se conferrent et novas copias copiis Baiani adiicerent. At qui in Sirmio erant ingenti fame oppressi, cibis nefandis se sustentabant, quia rerum necessariarum inopia laborabant et hostes pontem in Sao fecerant. Praeterea Salomon, qui tunc temporis Sirmio praeerat, parum diligenter rés administrabat, neque se ullum rei militaris usum habere ostendebat. Itaque cives et urbis incolae, hac calamitate afflicti, eiulabantur, et quum ad extremas spes redacti essent, omnium istorum malorum causam in duces Romanos reiiciebant. Postremo Theognis paucitate militum laborabat. Haec ubi Tiberius didicit, potius esse duxit, civium multitudinem non cum ipsa urbe in deditionem venire: itaque per literas jussit Theognidem bellum his conditionibus solvere, ut liceret omnibus, qui in urbe habitabant, salvis et incolumibus exire, neque quicquam suarum rerum inde asportare praeter vitam et unam vestem. Itaque in has conventiones consenserunt, et bellum his conditionibus desiit, ut Romani Avaribus urbem dederent, et Avares Romanis omnem, quae in ea erat, multitudinem, absque his quae unusquisque eorum in bonis habebat, concederent. Exegit etiam chaganus trium praeteritorum annorum aurum, quod non acceperat, et illi Romani solvere solebant, ut armis abstineret. Erant vero pecuniae, quae pro pace unoquoque anno pendebantur, ad octoginta millia nummorum aureorum. Praeterea unus ex his, qui sub eo militabant, in Romanorum regiones fugerat, quia dicebatur adulterium cum Baiani uxore commisisse. Hoc significavit Theognidi, et sibi transfugam reddi postulavit, seque non aliter foederum conditiones ferre posse affirmavit. Theognis respondit, Romani imperatoris ditionem longe lateque patere, in qua, propterea quod amplissima et vastissima esset, res difficilis inventu foret vir exul in ea errans, qui fortasse etiam iam periisset. Ad ea Bajanus dixit: „Jurent igitur Romani duces se perquisituros, et si transfugam repererint, non occultaturos, sed omnino eum in manus Avarum regi tradituros; sin autem fato functus sit, ejus rei ipsum certiorem facturos esse“.

Menandri protectoris continuatio historiae Agathiae c. 63—65. ed. Müller: Fragmenta histor. graec. IV, 263—268.

Muralt: Essai de Chronographie Byzantine I, 239—241.

Post primam illam anno 569 Sirmii obsidionem (vide nro praecedenti) Avari cum Romanis contra Slavenos, qui „Graeciam vastabant", societatem iniverunt. Anno 577 Joannes Illyrici praefectus ad Baianum in Pannoniam (Παιονία) mittitur, ipsumque „et Avarum copias (sexaginta millia), longis navigiis flumine traiecto, in Romanorum fines traduxit". Baianus, „iterum Istro traiecto, confestim vicos et pagos Sclavinorum igni ferroque vastavit". (Menander op. cit. c. 48. p. 252). Verum amicitia haec inter Avaros et Romanos diu non duravit; nam post duos annos chaganus Sirmium ab imperatore Tiberio repetebat. Hac expositione una edocemur, qualiter Slaveni, qui chagano subditi non erant, erga Avaros se habuerint.

[1] Χαγάνος i. e. princeps; unde Gregorius Turon. Histor. IV, 29 recte dicit: „Hunnorum (Avarum) rex vocabatur caganus; omnes enim reges gentis illius hoc appellantur nomine". Apud Arabes „châkân, Mongolos et Turcas „khakân", contractum „khân" (cf Tschinggis-khakân, Tschinggis-khân); vox turcico-tartaricae originis. Chagani nomen „Baianus" conferri potest cum Tartarorum „Bai" = magus, Hungarorum „Báj". M. Büdinger: Oesterr. Geschichte I, 67. [2] Id. ibid. „Der Name Targitios hat eine frappante Aehnlichkeit mit Targitaos, dem Stammvater des Skythen (Herod. IV, 5), deren mongolische Nationalität Neumann nachgewiesen hat. Das Wort lässt sich, wie mir dr. Nöltcke mittheilt, vielleicht aus dem čagataischen erklären als zusammenhängend mit daroga (Stadtaufseher), oder mit targat-mak (zerstreuen). V. Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme p. 291.

7.

A. 583—4.

Singidunum ab Avaris capitur.

Chaganus . . . fastidio et arrogantia praeceps . . . ad 80.000 millia alia viginti anniversarie sibi a Romanis pendi postulare; imperatoreque id durius accipiente foedus contemnere, sacramenta iurata ventis discerpenda tradere. Nec cunctatus amicam bello tubam corripit, agmina in expeditionem evocat urbemque Singidonem[1], haud munitam et militari apparatu destitutam, quod ex pace et otio Thracia tota in socordiam et desidiam versa esset . . quodque civium plurimi, ut in messe, foris manentes, quantum vitae tolerandae sufficeret, frugum sibi demetendo colligerent, subito, quanquam non citra laborem, capit; nam intra portas acerrime pugnatum est; Abares obtruncati magno numero et Cadmea, ut dicitur, reportata victoria. Alias item (urbes) non paucas et huic vicinas depraedatus est, et quidem minime operose: improvisum siquidem ac neutiquam expectatum malum veniebat. Augusta[2] et Viminiaco,[3]

ad Illyricum pertinentibus, in potestatem adductis, mox Anchialum[4] infesto exercitu profectus eius agrum et vicos circumiectos populationibus et incendiis deformavit . . .

Theophylacti Sim. Historiarum lib. I c. 4. ed. Bonn. Theophanis Chronographia p. 389. ed. Bonn. Historiae miscellae lib. XVII. p. 113. ed. Muratori.

Θεοφύλακτος ὁ Σιμοκάττης, natus sub Mauricio (582—602), imperatori Heraclio (610—41) a secretis, Menandri protectoris historiam continuando res gestas imperatoris Mauricii octo libris absolvit (Ἱστορία οἰκουμενική), quorum primi quinque de bellis contra Persas, reliqui de bellis contra Avaros et Slavenos praeprimis agunt.

Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 243—4.

Elpidius, imperialis senator et Siciliae pridem praefectus, nec non Commentiolus scribo missi ab imperatore Mauricio ad chaganum, pacem tractaturi, conveniunt Anchiali; sed re infecta vix salvi evadunt. Sequenti anno (584) chaganus Slavenos (τῶν Σκλαβηνῶν ἔθνος) submisit in imperii terras, quas, usque ad „murum longum" prosilientes, depopulabantur, donec a Commentiolo ad fluvium Erginum (nunc Ergine) devicti Astica, Adrianopoli (ubi Ἀνδραγάστῳ obviam venit) et Ensino eiecti sunt. Theophylacti histor. lib. 4—7. ed. Bonn.

[1] Σιγγηδόνα, Singidunum, urbs Moesiae superioris, ad confluxum Savi et Danubii, e regione Tauruni (Zemun), civitatis Pannoniae sirmiensis. Justinianus I urbem Herulis (549) cesserat (Procop. de bello gotth. III, 34. 35. IV, 18), dein iterum in Romanorum potestatem venit. Nunc Belgrad. [2] Αὐγοῦστα, Augusta sc castra. [3] Βιμινάκιον, Viminacium (nunc Kostolac in Serbia e regione orientali ostio Margi, Morava, penes fluvium Mlava). [4] Ἀγχίαλος, Anchialus adhucdum Anchialo, in Thraciae provincia Haemiomonte, ad Pontum.

8.

Circa a. 585.

Veglensis et Absarensis episcopatus sub iurisdictione patriarchae Gradensis.

(Helias egregius patriarcha Gradensis) in eadem quoque aecclesia (sanctae Eufimiae) congregata multitudine episcoporum a Verona usque Pannoniam, cunctaeque Venetiae populo convocato, generalem sinodum celebravit . . . Tunc Helias egregius patriarcha cum omni illa multitudine episcoporum ac cleri et populi collaudatione ordinavit sedecim episcopatus inter Forogulensium nec non et Histriae sive Dalmatiae partes, videlicet in Vegla, in Apsaro[1], in Pathena[2]; in Venetia autem sex episcopatus fieri constituit[3] . . . Ibique statuit aecclesiam Gradensem caput et metropolim tocius provinciae Hystriensium et Venetiarum; cuius Venetiae terminus a Pannonia usque ad Adam fluvium protelatur. Epistolamque[4] pro his statutis

acceperunt a beatissimo papa Pellagio, consentientibus universis episcopis iam dictarum provinciarum.

Chronicon Gradense. Pertz Mon. Germ. IX, 44—45. Archivio storico italiano tom. VIII, p. 125. Firenze 1845.

Gradensis chronicae auctorem Pertzius minus recte putavit Joannem diaconum, scriptorem chronicae venetae, capellanum ducis Petri Urseoli II. Quisquis chronicae auctor fuit, gradensis ecclesiae res bene noverat; atque in prima saltem eiusdem parte elucubranda chronico, quod ab Altino nomen habet, usus est. Cf. Simonsfeld: Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke. München 1876. S. 56—62.

[1] Ossero, croat. Osor. Apsorus, Ἄψωρος, Absarus. [2] Archivio stor. ital. loc. cit „Pattiena" i. e Petena, Pedena, slav. Pićan in Istria. Urbs episcopalis inde a saec. VI. [3] „Horum episcopatuum primum constituit Torcellanum, sicut primus fuerat vetustate in Altinensium civitate; secundum Metamancensem (Malamocco); tercium Olivolensem . . quartum episcopium in Aequilensem civitatem fieri constituit; quintum in civitate Eracliana . . sextum in Caprulis". [4] Diversi argumenti epistolae tres papae Pelagii II (578—590) adsunt ap. Mansi: Conc. coll. IX, 891. 895. 433.

9.

A. 590, mense novembri vel decembri.

Papa Gregorius I Natali episcopo salonitano praecipit, ut Honorato, ex archidiacono sacerdotem in concilio invitum facto, „locum et administrationem" pristinam restituat. Res si ad otium deduci non potuerit, Honoratum cum nuncio ad se mitti vult.

Registri lib. I ep. 19. Mansi: Conc. collec. IX, 1039. Farlati: Illyr. sacr. II, 224. Cod. dipl. CSD. I, 5. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 721.

Gregorii I (590—604) vetustissima sunt pontificum romanorum regesta, quorum tenemus notitiam et quae nobis eadem servata esse gaudemus.

Epistolas papae Gregorii I, quae salonitanam ecclesiam concernunt, novit Johannes diaconus, qui iussu papae Joannis VIII (872—82) vitam Gregorii I conscripserat (v. vitae lib. IV c. 2. Farlati II, 247. Cf. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter I, 224); easque etiam spalatensi archidiacono Thomae notas fuisse patet ex eiusdem histor. salon. cap. V, VI et VIII ed. J. Lucii p. 315, 316, 318.

10.

A. 590, mense novembri vel decembri.

Papa Gregorius I Honorato diacono salonitano scribit de eius cum episcopo controversia.

Registri lib. I ep. 20. Mansi IX, 1035. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 722. De causa controversiae v. inf. nr. 15.

11.

A. 591, februario.

Papa Gregorius I Natali episcopo salonitano, scriptis a diacono Stephano allatis, initum pontificatum sibi gratulanti gratias agit.

Registri lib. I ep. 21. Mansi IX, 1040. Farlati II, 225. Cod. dipl. CSD. I, 6. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 723.

12.

A. 591, februario.

Papa Gregorius I Sebastiano episcopo Sirmiensi[1] significat, se ad „piissimos dominos" libellum composuisse, ut Anastasio patriarchae Antiocheno, si repetere sedem non liceret, usu palii concesso, Romam ire permitteret. Epistola vero cur data non sit, nuncium narraturum. De ipsius Anastasii voluntate certior fieri vult.

Registri lib. I ep. 28. Mansi: Conc. coll. IX, 1050. Farlati VI, 411. Cod. dipl. CSD. I, 5. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 731.

Sebastianum non Rhisinensem in Dalmatia sed Sirmiensem in Panonia secunda episcopum fuisse, doctissimus Jaffè recte ad alteram Gregorii I epistolam (vide infra nr. 32) advertit. Ex his quippe epistolis deducitur, Sebastianum ab ecclesia sua extorrem tunc in partibus Orientis comoratum fuisse, quod facile explicatur, si animadvertitur, Sirmium ante decennium ab Avaris occupatum fuisse (vide supra nr. 6). Constat praeterea, Sirmium inde ab apostolicis temporibus suos episcopos habuisse, non item Rhisinium.

[1] „Gregorius Sebastiano episcopo Rhiziniensi", loco „Sirmiensi".

13.

A. 591, mense martio.

Papa Gregorius I „Marcho episcopo dalmatiensi"[1] mandat: compellat Stephanum episcopum Scodrensem, ut quas habeat cum Georgio „praefecto per Italiam", referente sibi eiusdem consiliario Joanne, controversias ad eligendum iudices conferat, „et quidquid inter praedictum Joannem virum magnificum et saepe fatum episcopum electorum fuerit sententia diffinitum, ad effectum perducere non ommittat".

Registri lib. I ep. 38 Mansi: Conc. coll. IX, 1057. Farlati: Illyr. sacr. IV, 170. Cod. dipl. CSD. I, 6. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 742.

[1] Farlati loc. cit. „dalmatiensem" eundem ac „dalminiensem" esse putat; nomenque habere ab urbe „Dalminio" (Delminium, Δαλμίνιον), antiquissima Dalmatiae metropoli, quam ipse ad Dumnum (Duvno) in Bosnia, Mommsen (Corp. inscr. lat. III, 1 p 385) vero in Gardun prope Trilj in Dalmatia sitam fuisse opinatur.

14.

A. 591, mense iunio.

Papa Gregorius I „universis episcopis per Illyricum" imperatoris Mauricii praeceptum Jobino „praeposito per Illyricum" editum inculcat, ut scilicet „episcopos, quos a propriis locis hostilitatis furor expulerat", recipiant atque sustentent: „non quidem ut per communionem episcopalis throni dignitas dividatur sed ut ab ecclesia iuxta possibilitatem sufficientia debeant alimenta percipere".

Registri lib. I ep. 45. Mansi: Conc. coll. IX, 1065. Farlati VI, 413. Cod. dipl. CSD. I, 6. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 749.

15.

A. 592, mense martio.

Papa Gregorius I „Natali episcopo salonitano": „Multis ab urbe tua venientibus, frater carissime, didici, pastorali cura derelicta solis te conviviis occupatum; quae audita non crederem, nisi haec actionum tuarum experimentis approbarem. Nam quia nequaquam lectioni studeas, nequaquam exhortationi invigiles, sed ipsum quoque usum ecclesiastici ordinis ignores, hoc est in testimonium, quod eis, sub quibus es positus, reverentiam servare nescis. Cum enim sanctae memoriae decessoris mei[1] fueris scriptis prohibitus, ne contra Honoratum archidiaconum tuum dolorem tam longae ingratitudinis retineres; cumque a me saepuis correptus fueris et haec tibi summopere fuerint interdicta, et mandata dei negligens sed et scripta nostra contemnens praefatum Honoratum archidiaconum tuum, quasi ad fortiorem honorem provehens, conatus es callida arte degradare. Unde actum est, ut eo de archidiaconatus loco summoto alium accerseres, qui tuis moribus obtemperare potuisset, cum praefatus vir pro nulla tibi re, ut arbitror, displicuit, nisi quod vasa sacra et velamina tuis te parentibus dare prohibebat". . . Honoratum archidiaconum restitui iubet; quod nisi fiat, eum palii usu deinde communione privatum iri, postremo se de removendo eo cogitaturum ostendit. Praecipit, ut Honoratum restitutum nunciumque Romam mittat.

Registri lib. II ep. 18. Mansi: Conc. coll. IX, 1090. Farlati II, 227. Cod. dipl. CSD. I, 7. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 810.

[1] Pape Pelagii II, qui a 27 nov. 578 usque ad ianuarium a. 590 ecclesiam gubernaverat. Vide Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 691.

16.

A. 592, mense martio.

Papa Gregorius I „universis episcopis per Dalmatiam constitutis“, quid Natali episcopo salonitano praeceperit, significat.

Registri lib. II, ep. 19. Mansi: Conc. coll. IX, 1091. Farlati II, 228. Cod. dipl. CSD. I, 8. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 811.

17.

A. 592, mense martio.

Papa Gregorius I „Antonino subdiacono“ mandat, ut Salonam eat, episcopum Natalem ad restituendum Honoratum hortetur, recusantem primum palii usu deinde communione privet, restitutum vero Honoratum cum episcopi nuncio Romam ire iubeat Malchum episcopum Dalmatiensem quam primum ad se venire vult.

Registri lib. II ep. 20. Mansi: Conc. coll. IX, 1092. Farlati II, 230. Cod. dipl. CSD. I, 9. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 812.

18.

A. 592, mense martio.

Papa Gregorius I „Jobino praefecto Illyrici“ gratulatur, quod eiusdem regimini commissae provinciae dominus voluerit consulere, „ut quam ex una parte flagello barbaricae vastationis ulcerat, hanc ex alia per eminentiam tuam, quasi per superductam salutem, curet.“ Epistolae latorem, „quem illuc pro ipsa exigui patrimonii administratione“ dirigit, commendat. Natali episcopo Salonitano opem ferri vetat.

Registri lib. II ep. 21. Mansi: Conc. coll. IX, 1093. Cod. dipl. CSD. I, 10. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 813.

19.

A. 592, mense iulio.

Papa Gregorius I Joanni episcopo Ravennae scribens gaudet de Natali episcopo salonitano, „quia mores suos ipse correxit“. Episcopum dalmatiensem Malchum, „ut prius quam Romam veniat, rationes suas ponat et tunc demum alibi, si necesse est, proficiscatur“, admoneri vult.

Registri lib. II ep. 46. Mansi: Conc. coll. IX, 1101. Cod. dipl. CSD. I, 10. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 833.

20.

A. 592, mense augusto.

Papa Gregorius I „Natali episcopo salonitano" respondet: convivia excusanti non assentitur quidem, reconciliatum tamen se ostendit. „Ago autem omnipotenti deo gratias, quia per vos quidem haeretici ad sanctam ecclesiam revocantur; sed curare vobis necesse est, ut ipsi quoque, qui infra sanctae ecclesiae gremium (sunt), continenter ita vivant, quatenus eius adversarii pravis moribus non existant". Litem eius cum Honorato archidiacono, quum eius legati advenerint, se iuste compositurum spondet.

Registri lib. II ep. 52. Mansi: Conc. coll. IX, 1106. Farlati: Illyr. sacr. II, 232. Cod. dipl. CSD. I, 11. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 839.

21.

A. 592, mense octobri.

Papa Gregorius I „Natali episcopo salonitano" praecipit, ut causa Florentii „epidauritanae[1] civitatis episcopi", qui „a quibusdam in causis criminalibus accusatus et nullis canonicis probationibus exquisitis nec sacerdotalis concilii praeveniente iudicio ab honoris officio non iure sed auctoritate depositus" fuit, concilio convocando, Antonino subdiacono suo moderante, retractetur.

Registri lib. III ep. 8. Mansi: Conc. coll. IX, 1119. Farlati VI, 4. Cod. dipl. CSD. I, 13. Jaffé: Regesta rom. pont. nr. 847.

[1] Epidaurus, Ἐπίδαυρος, Dalmatiae urbs, nunc Ragusa vecchia.

22.

A. 592, mense octobri.

Papa Gregorius I „Antonino subdiacono" significat, Florentium epidauritanum episcopum, „praereptis prius rebus eius, pro quibusdam non approbatis criminibus sine sacerdotali concilio fuisse damnatum et, ut dicitur, detrusum in exilium". Praecipit, ut accedat Natalem episcopum salonitanum, qui convocato concilio Florentium aut condemnet, „si haec, in quibus accusatus est, canonice fuerint approbata", aut restituat, „sin generali fuerit iudicio absolutus".

Registri lib. III ep. 9. Mansi: Conc. coll. IX, 1119. Farlati VI, 5. Cod. dipl. CSD. I, 13. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 848.

23.

A. 592.

Slaveni ad Singidunum et Sirmium naves Avaris ad Istrum et Savum traiiciendum parant.

Ὁ δὲ χαγᾶνος ἐπενθήκας λαμβάνειν τὰς συνθήκας ἐζήτει τὸν καίσαρα. ἐπεὶ δὲ ὁ αὐτοκράτωρ τοῖς λόγοις τοῦ βαρβάρου ὤτων οὐκ ἐδίδου βαλβῖδα, ἀντελάμβανε παραυτίκα τὸν πόλεμον. καὶ οὖν ὁ χαγᾶνος τοῖς Σκλαβηνοῖς προστάττει ἀκατίων πλήθη τεκταίνεσθαι, ὅπως πρὸς διάβασιν σχοίη τὸν Ἴστρον πειθήνιον. οἱ μὲν τῆς Σιγγηδόνος οἰκήτορες ἀθρόαις ἐφόδοις τισὶν τῶν Σκλαβηνῶν τοὺς πόνους ληΐζονται, καὶ πυρὶ παραδιδοῦσι τὰ πρὸς ναυτιλίαν τούτων ἐπίχειρα. διά τοι τοῦτο πολιορκοῦσι τὴν Σιγγηδόνα οἱ βάρβαροι, ἡ δὲ πόλις ἐς τοὔσχατον ἀφικομένη κακοῦ ἰσχνὰς ἐπεφέρετο σωτηρίας ἐλπίδας. ἑβδόμη δὲ ἡμέρα, καὶ ὁ χαγᾶνος τοῖς βαρβάροις προσέταττε τῆς πολιορκίας ἀπέχεσθαι γενέσθαι τε ὡς αὐτόν. ἐπεὶ δὲ τὸ βάρβαρον τούτων αὐτήκοον γέγονεν, ἀπολιμπάνει τὸ πόλισμα χρυσῶν δαρεικῶν χιλιάδας ἀπενεγκάμενος δύο τράπεζάν τε χρυσόπαστον καὶ στολήν. καὶ οὖν ὁ χαγᾶνος παρασάγγας ποιησάμενος πέντε στρατοπεδεύεται ἀνὰ τὸ Μίρσιον, πλήθη τε Σκλαβηνῶν ξυλουργεῖν παρεσκεύαζεν, ὅπως τὸν ποταμὸν τὸν λεγόμενον Σάον ναυτιλλόμενος διανήξηται. ὁ μὲν οὖν πρὸς τὴν ἐπιστρατείαν ἠπείγετο, οἱ δὲ σύνδρομον τῷ προστάγματι τὴν ναυτιλίαν παρείχοντο· τοιαῦτα γὰρ οἶδε τῶν ταττομένων ὁ φόβος ταξιαρχῶν ἀπεργά-

Chaganus item pacta tributa augeri a caesare contendebat. Cui cum aures non darentur, continuo bellum moliri et Sclavenis bonum numerum parandorum actuariorum ad Istrum traiiciendum indicere. Cives Singidoni Sclavenorum labores crebris impressionibus depopulantur, eorumque in fabricandis navibus opera ignibus exurunt. Quocirca barbari urbem obsidione circumdant; quae ad extremam devoluta miseriam spe salutis exigua alebatur, cum luce septima chaganus barbaris edicit, ut obsidione relicta ad se veniant Quibus dicto audientibus, ab obsessis duobus daricorum millibus mensaque auro illusa ac veste acceptis, ab oppido recedit, confectisque paransagis quinque ad Mirsium (i. e. Sirmium) castra metatur ac multitudini Sclavenorum componendarum navicularum ad amnem Saum transeundum negotium iniungit. Et ille quidem expeditionem urget, hi iussa illico complexi et constitutos decuriones ad opera exigenda metuentes curandae navigationi operam dant. Fabricatis igitur iam navigiolis et in medio propositis vicinum flumen barbari transmittunt. Chaganus partem copiarum segregat, quae praecurrat Romanisque adventus

ζεσθαι. ἐπακτρίδων γοῦν ἄρτι τῷ βαρβάρῳ γενομένων τε καὶ προκειμένων, τὸν ἀγχίθυρον ποταμὸν διαπεραιοῦται τὸ βάρβαρον. ὁ μὲν οὖν χαγᾶνος δυνάμεως συντάξας ἀποδασμὸν προθέειν ἐκέλευε καὶ φοβερὰν τὴν ἐντυχίαν τῆς ἐπιστασίας Ῥωμαίοις παρέχεσθαι. πέμπτῃ δὲ ἡμέρα, καὶ τῇ Βονωνίᾳ προσωμίλει.

sui terrorem iniiciat. Quinto die Bononiam accedit.

Theophylacti Sim. Histor. lib. VI c. 4. p. 246—7. ed. Bonn. Theophanis chronographia p. 415. ed. Bonn. Historiae miscellae c. 17. p. 117. ed. Muratori.

Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 253.

Post bellum anni 584 aliud cum Avaris a. 586 exortum est, in quo chaganus Ratiariam (Ῥατηρίαν, nunc Arčer), Bononiam (Βονώνειαν, nunc Vidin), Akis (ad Aquas), Dorostolum (Δορόστυλον, Dristar, Silistria), Saldapa, Pannasa, Marcianopolim (Prieslav) et Tropaeon subegit. Comentiolus Anchialum (Anchialo) veniens Martinum et Castum hosti obviam mittit, qui etiam ad Saldapa oppidum caesus est. Dum interea Comentiolus Marcianopolim processisset, Castus „ad angustias Haemi“ in loco Sabulen Manalion devictus et captus est; Avari obtenta victoria Thraciam usque ad murum longum depopulati sunt. Anno sequenti (587) chaganus castellum Apperiam (τὴν Ἀππέρειαν) subegit; verum eius exercitus ad Adrianopolim a Joanne, Mystacone (Μυστάκιωνα) dicto, deletur, „belloque finis imponitur“. Theophyl. Histor. lib. I c. 8, lib. II c. 10, 12—17. ed. Bonn. Anno 589 Avari iterum Graeciam devastant (Evagrius: hist. eccl. lib. VI c. 10). Post biennium (591) in Thraciam „irruptionem cogitant“, ad quam avertendam ipse imperator Mauricius „Anchialum advenire properat“ (Theophyl. histor. lib. VI c. 1—3). Verum novum bellum primum anno sequenti (592) revera exortum est, ubi imperator „pacta tributa augere“ chagano denegavit. Inimicitiae sumserunt exordium ad Singidunum, ubi Avarorum exercitus, uti superius describitur, flumen transire parabat navibus, quas Slaveni e chagani mandato fabricabant. Loco Μίρσιον, ad quod chaganus, Singiduni obsidione relicta, castra metatus est, hist. misc. loc. cit. rectius habet „Sirmium“, quod cum Theophylacti descriptione magis convenit, nam ea circiter distantia Singiduno abest et ad Savum iacet, quorum neutrum de Mursia (Μουρσια, Mursia, nunc Osjek ad Dravum) dici potest (Rössler: Zeitpunkt der slav. Ansiedlung. S. 24). Quare inde elucet, Slavenos, Avarum subditos, quibus navium fabricatio ad traiiciendum Istrum primum dein Savum commissa fuit, iam eotum in sirmiensi Panoniae parte, quae Savo, Dravo et Danubio interiacet, sedes habuisse. Savum transgressus chaganus Bononiam (Vidin) tendit; superatis Haemi claustris Anchialum pervenit, dein Driziperam aggreditur, tum Perinthium sive Heracleam (ad Propontidem, nunc Eregli) usque penetrat. Hic loci Romanorum exercitus sub stratego Prisco in fugam conii-

citur et Tzurulum (Čorlu) petens a chagano obsidetur. Urbs dolo ab internecione liberatur, „chaganus vero pauxillum auri in conditione a Prisco accipiens in ditionem suam“ redit. Theophyl. histor. lib. VI c. 4—5.

24.

A. 593, mense martio.

Papa Gregorius I „Antonino subdiacono, rectori patrimonii in Dalmatia“, mandat: si fama de morte Natalis episcopi Salonitani veritate nitatur, „clerum et populum eius civitatis admonere festinet, quatenus uno consensu ordinandum sibi debeant eligere sacerdotem“, electumque ordinandi causa Romam mittat, „sicut priscis fuit temporibus“. De rebus vel ornamentis ecclesiae faciat inventarium, se praesente, conscribi, rerumque curam Respecto diacono et Stephano primicerio notariorum tradat. Malchum episcopum rebus salonitanis interesse vetat, eundemque evocat. Cuncta haec „cum consilio magnifici atque eloquentissimi Marcelli“ agat.

Registri lib. III ep. 22. Mansi: Conc. coll. IX, 1125. Farlati II, 241. Cod. dipl. CSD. I, 14. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 862.

25.

A. 593, mense aprili.

Papa Gregorius I „Honorato archidiacono salonitano“, qui „rursus ante non multum temporis spatium ad romanam civitatem veniens de aliquibus illic actis incongrue et de sacrorum est conquestus alienatione vasorum“, interea vero „Natalis episcopus de hac luce migravit“, significat, necessarium se iudicare, „easdem praeceptiones tam sui praedecessoris quam suas, quas dudum pro eiusdem (archidiaconi) absolutione transmisit, praesentibus deinceps apicibus confirmare“. Quaerimonias eius ad Antoninum, subdiaconum et „rectorem patrimonii“ romanae ecclesiae, delegat.

Registri lib. III ep. 32. Mansi: Conc. coll. IX, 1131. Farlati II, 243. Cod. dipl. CSD. I, 14. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 872.

26.

A. 593, mense iulio.

Papa Gregorius I „clero ecclesiae salonitanae“ respondet, gratum sibi fuisse, quod Honoratum, archidiaconum, „expertum virum et gravem moribus, ad episcopatus ordinem elegerint“; electionem hanc ipse quoque adprobat, eosque hortatur, „ut in eius electione

sine aliqua ambiguitate persistant". Cui ut adversariorum quoque animos conciliaret, Antonino subdiacono mandatum Malchumque, episcopum „ab inquietudine" avocatum esse nunciat.

Registri lib. III ep. 47. Mansi: Conc. coll. IX, 1139. Farlati II, 244. Cod. dipl. CSD. I, 15. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 887.

27.

A. 593, mense octobri.

Papa Gregorius I „universis episcopis per Dalmatiam" praecipit, „ut nulli penitus extra consensum permissionemque suam, quantum ad episcopatus ordinationem pertinet, in Salonitana civitate manus praesumant imponere. Quodsi Honoratus diaconus indignus ostenditur, de vita moribusque eius, qui electus fuerit, sibi renunciari vult." Permittit tamen, ut quem omnes elegerint, consecrent, „excepta dumtaxat persona Maximi, de qua sibi multa mala perlata sunt, quae si ab appetitu maioris ordinis non cessat, ipso quoque, in quo est, officio careat". Episcoporum mores redarguit, qui „ita sunt saecularibus traducti negotiis, ut obliviscentes omnem sacerdotalis honoris tramitem, cunctumque superni metus intuitum, non quid deo sed quid illis placeat, student explere".

Registri lib. IV ep. 10. Mansi: Conc. coll. IX, 1166. Farlati II, 253. Cod. dipl. CSD. I, 15. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 919.

28.

A. 594, mense aprili.

Papa Gregorius I „Maximo praesumptori in Salona" significat, se cognovisse, „quod vel surrepta vel simulata piissimorum principum iussione, dum vita dignus non esset, ad sacerdotii ordinem, cunctis venerabilem, prorupisset; quod sine ulla haesitatione credidit, eo quod serenissimi domini imperatoris animum non ignorat, quod se in causis sacerdotalibus miscere non soleat. Additur inauditum nefas, quod post interdictionem caesis praesbyteris, diaconibus caeteroque clero manu militari ad medium dicatur deductus". Donec eum „non surreptitia sed vera iussione" ordinatum esse constiterit, ipsi et eius ordinatoribus interdicit.

Registri lib. IV ep. 20. Mansi : Conc. coll. IX, 1169. Farlati II, 255. Cod. dipl. CSD. I, 16. Jaffè : Regesta pont. rom. nr. 927.

29.

A. 594, mense iunio.

Papa Gregorius I „Marcello scholastico“[1] petenti respondet, se Maximo, praesumtori Salonitano, veniam non posse dare; „causa vero eiusdem, qui, si missarum solemnia celebrare praesumpserit, iam sacri corporis communione privatus est, matura deliberatione iudicabitur atque disponetur“.

Registri lib. IV ep. 40. Mansi: Conc. coll. IX, 1183. Farlati II, 256. Cod. dipl. CSD. I, 17. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 945.

[1] Krause: Die Byzantiner des Mittelalters S. 121: „Die σχόλαι gehörten zum Personal der bewaffneten Palastwachen“.

30.

A. 594, ad finem.

Papa Gregorius I „Sabiniano diacono“[1] significat, Maximum praevaricatorem, „postquam serenissimus d. imperator[2] iussiones transmisit ut ordinari minime debuisset, ad altiorem superbiam prorupisse; nam homines gloriosi viri patricii Romani[3] ab eo praemia acceperunt, eumque ita ordinari fecerunt, ut Antoninum subdiaconum et rectorem patrimonii, nisi fugisset, occiderent“. Praeterea „scripta papae publice relecta et in civitate posita publice scindi fecit atque in contemptum sedis apostolicae apertius exiliit“. Malchum episcopum in custodia occisum esse negat, quoniam „neque in custodia fuit neque in aliqua afflictione“; sed in domo Bonifacii notarii, a quo prandio exceptus erat, „nocte subito mortuus est“.

Registri lib. IV ep. 47. Mansi: Conc. coll. X, 83. Cod. dipl. CSD. I, 17. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 968.

[1] Pontificis legatus Byzantii V. Mansi IX, 1222. [2] Mauricius. [3] Erat exarchus, qui Ravennae residebat. Vide epist. Gregorii I papae ap Mansi IX, 1197 Pauli diac. de gestis Langobardorum lib. IV c. 8. Erat vero Romanus exarchus post Smaragdum (584—90) inde ab a. 590.

31.

A. 595, mense Januario.

Papa Gregorius I „Constantiae augustae“ de Maximo scribit: „salonitanae civitatis episcopus me ac personali meo nesciente ordinatus est et facta res est, quae sub nullis anterioribus principibus evenit; quod ego audiens ad eundem praevaricatorem, qui inordinate ordinatus est, protinus misi, ut omnino missarum solemnia celebrare nullo modo praesumeret, nisi prius a serenissimis dominis

cognoscerem, si hoc fieri ipsi iussissent, quod ei sub excommunicationis interpositione mandavi. Et contempto me atque despecto in audaciam quorundam saecularium hominum, quibus, denudata sua ecclesia, praemia multa praebere dicitur, nunc usque missas facere praesumit, atque ad me venire secundum iussionem dominorum noluit; ego autem praeceptioni pietatis eorum obediens eidem Maximo, qui me nesciente ordinatus est, hoc quod in ordinatione sua me vel responsalem meum praetermittere praesumpsit, ita ex corde laxavi, ac si me auctore fuisset ordinatus; alia vero perversa illius, scilicet mala corporalia, quae cognovi, vel quia cum pecuniis est electus vel quia excomunicatus missas facere praesumpsit, propter deum irrequisita praeterrire non possum . . . Prius tamen quam haec cognoscantur, serenissimus dominus discurrente iussione praecepit, ut eum venientem cum honore recipiam; et valde grave est, ut vir, de quo tanta et talia nuntiantur, cum ante requiri et discuti debeat, honoretur". Conqueritur, quod episcopi „refugium ad saeculares iudices habeant".

Registri lib. V ep. 21. Mansi: Conc. coll. IX, 1210. Farlati II, 257. Cod. dipl. CSD. I, 18. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 973.

32.

A. 595, mense iunio.

Papa Gregorius I. „Sebastiano episcopo Sirmiensi"[1] significat, se eiusdem „dulcissima atque svavissima scripta suscepisse"; de amico eius domino Romano conqueritur, quod ab eodem plus mali quam a Longobardis patiatur, „ita ut benigniores videantur hostes quam reipublicae iudices". Sebastianum, qui ecclesiam ab Anastasio patriarcha antiocheno oblatam abnuerit, laudat; eique unam ex vacuis Siculis offert.

Registri lib. V ep. 42. Mansi: Conc. coll. IX, 1212. Farlati VI, 412. Cod. dipl. CSD. I, 19. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 992.

[1] alias „Rhisiniensi". V. supra nr. 12.

33.

A. 595, mense septembri.

Papa Gregorius I „Maximo praesumptori ecclesiae salonitanae", qui „per simoniacam haeresim ordinatus missarum solemnia celebrare prohibitus" erat, praecipit, ut Romam „omni postposita excusatione festinet, quatenus servata iustitia secundum canonica instituta eiusdem causa cognosci et finiri possit."

Registri lib. VI ep. 3. Mansi: Conc. coll. X, 4. Farlati II, 259. Cod. dipl. CSD. I, 20. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1013.

34.

A. 595.

Sloveni Baiovariis confines.

Hiis diebus Tassilo a Childeberto, rege Francorum, apud Baioariam rex ordinatus est. Qui mox cum exercitu in Sclavorum provinciam introiens, patrata victoria ad solum proprium cum maxima praeda remeavit.

Paulus diaconus: De gestis Langobardorum lib. IV c. 7. ed. Muratori: Script. rer. ital. I, 455. Scriptor saec. VIII. W. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter. Berlin 1873. I, 126—131.

Tassilo factus est Baioariorum dux a. 595. V. ad h. a. Herimanni aug. chronicon et Sigeberti gemblacensis chronica: Pertz, Monum. Germ. VI, p. 90. VII, 320.

Haec est antiquissima apud scriptores notitia de Slavis, qui in „provincia" Baiovariae finitima sedes fixerunt. Provincia haec, mox „Carantanum" dicta, Noricum veterum erat, quod Sloveni intra 568—592 annos occuparunt. Conflictus inter Baiovarios et Slovenos in superiori Dravi valle, utrorumque limite, evenire potuit. V. Šafařik: Slov. starož. p. 689. Zeuss: die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 372, 616. M. Büdinger: Oesterr. Geschichte I, 78.

35.

A. 596, mense ianuario.

Papa Gregorius I „Maximo, in Salona qui episcopatum arripuit", qui „toties admonitus" Romam venire postposuit, sed personam mitti Salonam postulavit, praecipit, ut intra dies triginta Romam veniat. „Quod vero indicas, serenissimos dominos, ut illic (Salonae) debeat esse cognitio, praecepisse, nos quidem nullas eorum alias de hac re, nisi ut ad nos venire debeas, iussiones accepimus"; talis „iussio per obreptionem elicita" esset, cum notum sit, „piisimos dominos disciplinam diligere, ordines servare, canones venerari et se in causis sacerdotalibus non miscere". Condonare se quidem „secundum iussiones serenissimi d. imperatoris" culpam, quod sine consensu pontificis „ad sacerdotalem ordinem inordinate proruperit"; sed alia „irrequisita" praeteriri non possunt. Paulinum episcopum et Honoratum ecclesiae salonitanae archidiaconum, qui a Maximo, „pro eo quod praesumptioni suae noluerunt praebere consensum", „graves molestias" perferebant, ita ut datis fideiiusoribus sint

constricti, quatenus eis civitatem vel domos suas egredi omnino non liceat", iniuriis affici vetat.

Registri lib. VI ep. 25. Mansi: Conc. coll. X, 18. Farlati II, 260. Cod. dipl. CSD. I, 20. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1036.

36.

A. 596, mense ianuario.

Papa Gregorius I „clero et nobilibus Salonae consistentibus" scribit, se „contra Maximum nullo odio moveri", prout quidam „perversae mentis homines, ut eorundem animos vulnerarent, illis insinuare conati sunt; se tantum „eiusdem Maximi causam subtiliter exquiri desiderare". Salonitanam ecclesiam tam diu „sine pastore" esse dolet. „Miratus autem valde sum, quia in tanto salonitanae ecclesiae clero vel populo vix duo ex sacris ordinibus inventi sunt, frater scilicet et coepiscopus noster Paulinus et dilectissimus filius meus Honoratus archidiaconus eiusdem ecclesiae, qui communicare Maximo, sacerdotium rapienti, minime consentirent, et se christianos esse cognoscerent". Veniam tamen ipsis precatur, eo quod „quosdam violenter pressos ad consentiendum ei et ad communicandum", sciat.

Registri lib. VI ep. 26. Mansi: Conc. coll. X, 18. Farlati II, 263. Cod. dipl. CSD. I, 22. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1037.

37.

A. 596, 10. martii.

Papa Gregorius I Juliano scriboni[1] de Maximo Salonitano, ubi ad se venerit, iuste iudicatum iri affirmat.

Registri lib. IX ep. 41. Mansi: Conc. coll. X, 191. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1038.

[1] Constant. porph. de Caerem. ed. Bonn. p. 166: σκρίβων sacri corporis (imperatoris) custos.

38.

A. 596, mense iulio.

Papa Gregorius I „presbyteris, diaconibus et clero, nobilibus ac populo, Jaderae consistentibus, et militibus, qui Maximo praevaricatori communicaverant", mandat, „ut prohibitae communionis consortio per omnia suspendant, nec cuiquam sacerdoti, suprascripto Maximo communicanti, contra animam suam quisquam communicare praesumat".

Registri lib. VI ep. 27. Mansi: Conc. coll. X, 32. Farlati: Illyr. sacr. V, 27. Cod. dipl. CSD. I, 22. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 1060.

39.

A. 596.

Altera Baiovariorum irruptio in finitimam Slavenorum provinciam.

Hiisdem ipsis diebus Baioarii usque ad duo millia virorum super Sclavos irruunt, superveniente cacano omnes interficiuntur.

Paulus diaconus: De gestis Langobardorum lib IV c. 11. p. 457 ed. Muratori.

Capite sequenti Francorum regis Childeberti mors, quae „hac etiam tempestate" (a. 596) evenisse dicitur, enarratur, ac dein subiungitur: „Huni quoque, qui et Avares dicuntur, a Pannonia in Turingiam ingressi bella gravissima cum Francis gesserunt."

40.

A. 597, mense aprili.

Papa Gregorius I „Sabiniano episcopo Jadertino", quem Maximus salonitanus „ad suam incaute voluntatem contra vetitum sedis apostolicae inclinaverat", qui tamen dein „ab eius nequitia dissensit, ut nec ei communicare nec nominis ipsius inter sacra missarum solemnia mentionem facere" vellet, mandat, ut mox Romam veniat, „sed et alios secum episcopos ceterosque religiosos adducat, ut causa subtilius examinetur". Venturis fidem dat.

Registri lib. VII ep. 17. Mansi: Conc. coll. X, 59. Farlati II, 266. Cod. dipl. CSD. I, 23. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1095.

41.

A. 597, mense decembri.

Papa Gregorius I „Sabiniano episcopo Jadertino", qui non contentus „segregatione" sua a Maximo „in monasterii claustro dudum commissa deflevit", veniam largitur. Responsali suo Constantinopolitano („in urbe regia") res eius, prout scripto rogaverat, commendatas nunciat. Sciscitatur, quid noscat de causa Florentii episcopi, quem „habitatores epidauriensis civitatis sibi restituendum poposcerunt, asserentes frustra eum ad solam tantummodo voluntatem Natalis, quondam episcopi, detrusum exilio".

Registri lib. VIII ep. 10. Mansi: Conc. coll. X, 93. Farlati II, 269. VI, 5. Cod. dipl. CSD. I, 24. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1132.

42.

A. 597.

Slaveni, Avarorum chagani in Pannonia subditi, Thessalonicam aggrediuntur.

Λέγεται περὶ τινος πράγματος ἠξιωκέναι τῶν τηνικαῦτα τῶν Ἀβάρων ἡγούμενον στείλαντα πρεσβεῖς πρὸς τὸν τῆς εὐσεβοῦς λήξεως, καὶ τα σκῆπτρα τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς κατέχοντα τότε Μαυρίκιον. Ὡς δὲ ἠστόχητο τῆς αἰτήσεως, ὀργῇ ἀκατασχέτῳ φλεχθεὶς καὶ τῷ παρακούσαντι μηδὲν ποιῆσαι δυνάμεως, τρόπον ἐπινοεῖ, δι' οὗ μάλιστα αὐτῷ ὀδυνῆσαι τὰ μέγιστα ὑπετόπαζεν, ὅπερ ἦν καὶ πανάληθες· σκοπήσας γὰρ ὡς ἁπάσης πόλεως κατὰ τε Θράκην, καὶ πᾶν τὸ Ἰλλυρικόν, ἡ θεοφύλακτος τῶν Θεσσαλονικαίων μητρόπολις ὑπερβαλόντως ὑπερέχει πλούτῳ τε ποικίλῳ, καὶ ἀνθρώποις εὐθεάτοις καὶ συνετοῖς, καὶ χριστιανικωτάτοις, καὶ ἁπλῶς εἰπεῖν γνοὺς ὡς ἐν καρδίᾳ βασιλέως κεῖται ἡ προλεχθεῖσα μητρόπολις διά τὸ λάμπειν ἁπανταχόθεν τοῖς προτερήμασι, καὶ ὅτι ταύτης τῶν ἀπροσδοκήτων τι παθούσης, οὐχ ἧττον τῆς τῶν τέκνων σφαγῆς ὀδυνήσῃ τὸν τὸ Ῥωμαϊκὸν κράτος ἐναστεμμένον, καλεῖ πρὸς ἑαυτὸν τὴν ἅπασαν τῶν Σκλαβινιῶν θρησκείαν, καὶ θηριώδη φυλήν, ὑπέκειντο γὰρ αὐτῷ τὸ ἔθνος ἅπαν, καὶ προσμίξας αὐτοῖς καὶ ἀλλογενεῖς τινας βαρβάρους στρατεῦσαι πάντας κατὰ τῆς θεοφρουρήτου Θεσσαλονίκης παρεκελεύσατο. Μέγιστος οὗτος στρατὸς τῶν κατὰ τοὺς ἡμετέρους χρόνους ὤφθη, ἀγαπητοί· οἱ μὲν γὰρ αὐτοὺς ὑπὲρ τὰς ἑκατὸν χιλιάδας ὁπλίτας ἄνδρας

Avarum tunc temporis dux legatos, ut rem quampiam peteret, ad piae memoriae, qui et tunc Romanorum imperii sceptra tenebat, Mauritium misisse narratur. Cum autem a postulato suo aberrasset, ira effraeni incensus, eique, qui eum exaudire noluerat, nihil facere valens, modum excogitavit, quo praecipue, ut maximo eum dolore afficeret, futurum suspicabatur; quod et erat verissimum. Cum enim, omnibus et in Thracia et in Illyrico civitatibus custoditam a deo Thessalonicensium metropolim et divitiis diversis et solertibus perspicacibusque ac christianissimis hominibus supra modum eminere, atque, ut verbo dicam, praedictam metropolim, quod praerogativis suis quaquaversum splenderet, imperatori cordi esse, ipsaque inexpectatum quid patiente, non minus quam de filiorum caede, qui Romana potentia redimitus erat, esse cruciandum, observasset, Sclavinorum sectam omnem immanemque gentem, natio enim tota ei suberat, ad se arcessit, illisque aliarum etiam gentium barbaros immiscens, omnes adversus custoditam a deo Thessalonicam arma arripere iubebat. Hic, dilecti, eorum qui nostris temporibus extitere, maximus fuit exer-

ἐδόξαζον· οἱ δὲ ὀλίγον ἧττους, ἄλλοι δὲ πολλῷ πλείους . . .

citus; hi enim, illos supra armatorum viiorum centum millia, illi vero, paulo pauciores, alii etiam.. multo etiam plures extitisse, existimabant.

Miracula s. Demetrii martyris lib. I c. XIII nr. 109. 110. Acta Sanctorum octobris tom. IV p. 143. Parisiis et Romae 1866. Auctor scripti est Joannes archiepiscopus thessalonicensis, qui concilio Constantinopoli anno 681 celebrato interfuit. Accepta sunt „miracula" e duobus codicibus msc. graecis, altero bibliothecae vaticanae nr. 821, altero olim Mazarinaeo dein regio-parisiensi nr. 1517.

Invasio haec tempore imperatoris Mauricii (582—602) anno quidem 597 evenit. Vide Acta sanct. loc. cit. p. 147. Glasnik srb. uč. društva. Biograd 1865. XVIII, 313—24. Adducimus vero fragmentum hoc, quia confirmat, Avarorum ditionem in Pannonia slavica gente refertam fuisse. Aliud fragmentum (ibid. nr. 97—100. Glasnik ib. 310), in quo Slavorum in urbem Thessalonicam incursus circa a. 580 narratur, ommittimus propterea, quia non Pannonienses sed Macedonicos Slavenos respicit. Chaganus itaque a 597 mense septembri civitatem, paulo ante peste afflictam virisque ferre destitutam, arctissima obsidione cinxit; verum eadem potiri non potuit vel ex eo, quod exorta in eiusdem exercitu pestis milites plurimos salutem in montium iugis quaerere cogeret.

43.

A. 598.

Avarorum in Dalmatiam irruptio.

Initio veris Priscus Byzantio discedit . . Quintis igitur et decimis castris et Istro amne transmisso quarto die Novas superiores venit . . . Decimo die nuncii in eius tabernaculum apportantur, barbarum Singidonis muros evertisse ac cives, deserto lare, in hostium regionem habitatum compellere. Priscus igitur nihil cunctandum ratus per fluvium insulam in eo positam et a Singidone triginta milliaribus dissitam[1] petit. Ibi copiis expositis celocibus, quas vulgo dromones appellant, Constantiolam[2] allabitur, quo in loco de Singidone cum chagano, super ripa fluminis considente, in colloquium venit. Priscus e navi verba faciebat . . . Hic chaganus ira stimulatus dicentem interpellans multas adhuc urbes sese eversurum minitatur relictaque ripa, ubi sedebat, in tabernaculum suum revertitur. Priscus Gunduin[3] accersitum sumptis copiis Singidoni succurrere iubet. Gunduis Singidonem, duobus fluminibus, Sa(v)o et Dra(v)o[4], cinctam navigat. Barbari, ut Romanos navibus compactis adnavigare conspexerunt, currus ante oppidum pro munimento seu vallo obii-

ciunt; verum eorum impetum non sustinentes, simul etiam incolas metuentes in fugam se conferunt. Ita Priscus populum, miseriis circumventum, conservavit. Altero di muros circum urbem reaedificant.

Ὁ δὲ χαγᾶνος ἐπὶ τούτοις παρεδριμύττετο, τήν τε καρδίαν σφακελιζόμενος ἀγγέλους πρὸς τὸν Πρίσκον ἐξέπεμπεν, ἐς τὸ φανερὸν τὰς σπονδὰς διαλύων. δεκάτη δὲ ἡμέρα, καὶ τὰς περὶ αὐτὸν δυνάμεις συναθροίσας ὁ βάρβαρος ἐπὶ τὸν Ἰόνιον κόλπον[5] στρατεύει τὴν σάλπιγγα. περὶ τούτους τοὺς τόπους ἡ Δαλματία χώρα καθέστηκε. τοίνυν ἱκανοὺς χάρακας ὁ βάρβαρος ποιησάμενος εἰς τὰς λεγομένας Βάγκεις[6] ἐχώρησε, καὶ δὴ παραστησάμενος τὴν πόλιν τοῖς μηχανήμασι τεσσαράκοντα ἐξεπόρθησε φρούρια.

Quod acerbe ferens et tabescens animo chaganus missis ad Priscum nuntiis foedus palam renuntiat, ac luce decima coacto exercitu suo in sinum Jonium[5] ducit. Prope hosce locos posita est Dalmatia regio. Multis igitur castris barbarus Bankeis[6], ut dicitur, venit, oppidoque operibus admotis in potestatem accepto, quadraginta insuper castella vastavit.

Quae calamitas ubi ad aures ducis accidit, Gunduin cum duobus armatorum millibus ad res lustrandas mittit. Is cum delectis iter agit ac viam regiam declinans per loca difficilia semitasque incognitas graditur, necubi hostili facie multorum barbarorum obvia in extremum discrimen laberetur. Factus igitur barbaris propior, ex alta quadam specula globum praetereuntem videt. Mox triginta mittit, qui eorum vestigia observarent. Per devia igitur Romani iter carpunt, ac sub secundam vigiliam noctis, quasi in latebris quibusdam barbaros indagarent, in silva per insidias sese condunt, mediaque nocte virtute duce dormientes opprimunt. Duabus inde leucis in tres, crapula et vino graves admodum, incidentes captos, quantum possunt, examinant, omnia hostium molimina exprimunt, manicas iniiciunt, Gundui vivos mittunt. Gunduis taxiarchus, ubi chaganum ad praedam custodiendam duo millia constituisse ab eis didicit, nuntio laetus se in valle quadam occultat. Barbari mane praedam asservabant, cum Gunduis a tergo confertim invadens omnes interimit, praedamque receptam ad Priscum gloriabundus transmittit. Chaganus cognito adverso casu tristitia multa obruitur.

Theophylacti histor. lib. VII c. 7, 10—12. Theophanes: chronographia p. 428—29. ed. Bonn. Historia miscella lib. XVII p. 119. ed. Muratori. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 258.

Reversis a. 593 Avaris a Byzantii confiniis in ditionem suam, mox altero anno (594) „vere ineunte Priscus auctoritate imperatoris (Mauricii) ad Istrum movet, ut ab eo Sclavenorum gens flumen traiicere

prohibita vel nolens securitatem et otium Thraciae praestaret". Byzantio itaque per Heracleam et Driziperam „Dorostolum (Dristar, Silistria) advenit". Hicce loci chagani legatum eo placavit, „bellum hoc adversus Sclavenos susceptum esse". Traiecto fluvio dux Ardagastum caedit; „Romani ingentem Sclavenorum numerum gladiis perimunt, Ardagasti regiunculam (in hodierna Valachia) devastant et trans fluvium Helibaciam (Ἡλιβακία, nunc Jalomita) progrediuntur". Adpropinquante hyemis tempore Romanorum exercitus ad dexteram Istri ripam revertitur. Anno sequenti (594) Priscus denuo amnem transit; interim vero nuntium accipit, „chaganum in Romanos invasurum et Sclavenos Istrum traiicere iussisse". Quo audito Theodorum ad chaganum oratorem mittit, pacemque init data illi praedae parte, redditisque 5000 captivorum. Tum Priscus Byzantium revertitur. Anno 596 dux Petrus, Mauricii frater, qui Prisco substituitur, novam expeditionem suscipit et „Odessum" (Varna) accedit; dein „in laevam regionis viam flectens" Marcianopolim venit. Pars Romanorum exercitus anterior 600 Slavenos, qui Zaldapa, Acys et Scopis praeda onusti adventabant, trucidat. Petrus „Pistum castellum, deinde Zaldapa contendit; postero die Jatrum urbem (ad ostium fluvii Jatri, nunc Jantra) venit, Latarcioque castello praeterito Novas (prope Sistov) appropinquat"; tandem superatis Theodoropoli et Curisca (Securisca) Asimum (Anasimum, ad ostium fl. Asami, nunc Osma) pervenit. Hinc „sexto die mille viros ad hostes explorandos legit, qui in totidem Bulgaros (Βουλγάροις) praeter opinionem incurrunt, et in fugam compelluntur" (anno 597). Nec meliori fortuna Romanorum agmen, quod traiecto Istro in Slavenos incurrit, utitur, nam caeso quidem in conflictu duce eorum Perogosto (Πειράγαστος) in fugam coniicitur. „Petro a barbaris debellato Priscus dux renuntiatur", qui mox anno sequenti (598) „initio veris" novam expeditionem, quae supra describitur, suscipit.

Descriptio expeditionis probabilem reddit opinionem (Rössler: Zeitpunkt der slav. Ansiedlung p. 31), Romanorum exercitum ad Taliatam (Milanovac in Serbia) Danubium traiecisse, atque via iuxta laevam fluminis ripam (in hodierno Banatu) ad Novas (e regione Laderatae, prope Rama in Serbia) usque penetrasse. Verum expeditio, quae primum contra Slavenos directa erat, in bellum contra Avaros vertitur. Singidunum, pulsis ex eo Bulgaris (Historiae miscellae lib. 17, p. 119. ed. Muratori), quos chaganus eiectis Romanis in urbe collocaverat, iterum imperio restituitur. Theophyl. histor. lib. VI, c. 5—11. lib. VII c. 1—5. Ob hoc iratus chaganus mox copias versus mare in occidentales imperii partes ducit, Dalmatiamque devastat. Irruptionem hanc eodem anno, post recuperatum a Romanis Singidunum, evenisse vel ipse contextus apud Theophylactum docet. Muralt (loc. cit.) aliique, qui illam ad annum 599 ponunt, recentiorum scriptorum, Theophanis et Historiae miscellae, chronologia, quamvis hi rem ipsam a Theophylacto acceperint, seducti sunt.

[1] Etiam nunc format Danubius insulam a loco Rama versus occidentem ferre usque ad Margi (Morava) ostium. [2] Secundum Priscum (Excerpta e Prisci historia p. 167. ed. Bonn.) „est Margus urbs in Illyrico Mysorum ad Istrum sita

ex adverso Constantiae arcis, ad alteram fluminis ripam collocatae"; adeoque Constantia sita erat in loco Romanorum Contra-Margum (prope Kubin), „Margus" vero ubi nunc Kulić iacet. Quum vero Theophylacti „Κωνσταντίολα" ad dexteram Danubii ripam sita fuisse videatur, eodem nomine denominata fuisse puto castra, quae ibidem ex utraque fluminis ripa posita erant, quorumque rudera ad Kostur (Miličević: Kneževina Srbija p. 1030), in quo pagi nomine vetus Constantiola resonat, nunc quoque visuntur. [3] Erat „ὁ ταξίαρχος". [4] „δύο ποταμοὶ . . . . . ὁ τε Σάος καὶ Δράος"; errat scriptor, nam Singidunum (nunc Beograd) iacet ex adversa parte Savi et Danubii confluxus. [5] Directio tantum e regione Sirmiensi versus mare hicce indicatur; quoniam Avarorum exercitus usque ad Jonium sinum, sub quo verosimiliter adriaticum mare intelligitur, minime penetravit. [6] Theophanes loc. cit. habet: „καὶ καταλαβὼν τὴν Βάλβης καὶ τὰς περὶ αὐτῆς τεσσεράκοντα πόλεις πάσας ἐπύρθησεν"; sed loco „Βάλβης" legitur etiam „Βάλκης". Historia misc. loc. cit. habet: „coacervatis virtutibus chaianus in Dalmatiam properat, et cum venisset Balcham, quadraginta civitates, quae circa eam sunt, omnes depopulatus est". Anastasius (historia eccl. p. 129 ed. Bonn.) scribit „Balea" pro „Balca". Huius itaque oppidi nomen scribitur: Βάγκεις, Βάλβης, Βάλκης, Balcha, Balca. Šafařik (slov. starožit. p. 634) mavult legere „Balea", locumque in Belaj infra Carolostadium reperire putat. Opinionem hanc etiam Dümmler (Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien p. 13) amplexus est. Ast lectio „Balka" fontibus magis innititur, cumque illa nomen pagi „Baljke" in dernišiensi communi dalmatico (Mašek: Repertorio p. 14) conferri potest.

44.

A. 598, mense iunio.

Papa Gregorius I „Sabiniano episcopo Jadertino" „Maximi praevaricatoris et excommunicati aemulationem" patienter tolerare praecipit. Anatolio diacono se mandasse ait, „ut quidquid ad utilitatem Sabiniani et Jadertinorum pertinet, augere stricte ac studiose festinet". „Excellentissimo quoque exarcho, qui Maximum sibi studet commendare, de pravitate ipsius se scripsisse", significat. Presbyterum, de quo Sabinianus per latorem epistolae consuluit, „nulla ratione in sacro ordine post lapsum aut permanere aut revocari posse cognoscat". „Praeterea pariter hic portitor quaedam ecclesiae vestrae privilegia, a nostris concessa praedecessoribus, intimavit; de quibus scriptis caritatis vestrae nos subtilius volumus informari, vel si qua ex eis scripta in ecclesiae vestrae scriniis reiacent, eorum huc exemplaria transmitti necesse est, ut quidquid ad honoris vestri reverentiam vel genium praefatae ecclesiae pertinet, libenti animo parare possimus". „Gloriosum domnum Marcellum" ad se venire cupit.

Registri lib. VIII ep. 24. Mansi: Conc. coll. X, 102. Farlati II, 270. V, 28. Cod. dipl. CSD. I, 25. Jaffé: Regesta rom. pont. nr. 1145.

45.

A 598, mense octobri.

Papa Gregorius I „Marcellino proconsuli[1] Dalmatiae“ respondet, se ipsius epistolam suscepisse, qua in pontificis gratiam recipi poscit. „Tanta ad nos de vestra magnitudine pervenerunt, quanta a fideli viro minime committi, debuerant: vos enim tanti mali de causa Maximi omnes astruunt auctores existere, per quos spoliatio illius ecclesiae vel tantarum animarum perditio atque inauditae praesumptionis audacia sumpsit initium“. Si Maximo favere destiterit, gratiam recuperabit.

Registri lib. IX ep. 5. Mansi: Conc. coll. X, 112. Farlati II, 271. Cod. dipl. CSD. I, 27. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1160.

[1] gr. ἀνθύπατος, una e dignitatibus, qua provinciarum rectores decorabantur Sub imperatore Justiniano I eparchiae Helladis et Asiae erant singulae „ὑπὸ ἀνθύπατον“; Pannoniae vero, Prevalis et Dardanie „ὑπὸ ἡγεμόνα“. Hieroclis synecdemus p. 392—3 ed. Bonn. Dalmatiae rector medio saec. V „praeses“ appellabatur. Notit. dign. c. 45 p. 127 ed. Böcking.

46.

A 598, mense octobri

Papa Gregorius I „Callinico, exarcho Italiae[1]: Inter haec, quod mihi de Sclavis victorias nunciastis, magna me laetitia relevatum esse cognoscite, quod latores praesentium de Capritana insula unitati sanctae ecclesiae coniungi festinantes ad beatum Petrum, apostolorum principem, ab excellentia vestra transmissi sunt“. De ordinanda insula se Mariniano episcopo ravenatensi mandasse significat. Maiorem domus Callinici accusat venalitatis. Romam eum venturum esse, laetatur.

Registri lib. IX ep. 9. Mansi: Conc. coll. X, 117. Cod. dipl. CSD. I, 30. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1165.

Ubinam illa de Slavis victoria relata sit, e verbis epistolae non elucet. Callinici relationem respexisse illam, de qua Theophylactus scribit, irruptionem in Dalmatiam (v. nr. 43), vel temporis ratio innuere videtur. Cui opinioni illud non adversatur, quod in Theophylacti historia de Avaris, in litteris vero exarchi de Slavenis agatur; hi quippe maiorem avarici exercitus partem in expeditionibus illis constituebant, utrorumque nomina promiscue adhibebantur. Quum Dalmatia pars Italiae esset, et proconsul Dalmatiae ab exarcho Italiae dependeret, vel ex eo mirum non est, quod huncce hostilis in Dalmatiam irruptio plurimum interessst.

[1] Successit Romano in exarchatu anno 597, munusque per quinquenium obibat.

47.

A. 598, mense octobri.

Papa Gregorius I „Marlniano episcopo Ravennae" exponit, Joannem, qui venit „de Pannoniis" „in castello, quod Novas dicitur et cui insula Capritana[1] erat quasi per dioecesim coniuncta", episcopum fuisse constitutum. Cuius successorem, translata sede in insulam Capritanam, quum catholicae ecclesiae una cum incolis coniungi voluisset, paulo post ad schismaticos rediisse, incolas vero in fide permansisse narrat. Mandat, ut novum episcopum ordinet, episcopatumque Caprulensem, „quousque ad fidem catholicam Histrici episcopi revertantur", suffraganeum teneat[2]. Causam Maximi salonitani, rogatus „assidue et importune" ab exarcho Callinico, Mariniano et Constantio episcopo mediolanensi defert cognoscendam.

Registri lib. IX ep. 10. Mansi: Conc. coll. X, 118. Farlati II, 273. Cod. dipl. CSD. I, 26. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1166.

De Maximi causa in eodem sensu scribit Constantio episcopo mediolanensi. Registri lib. IX ep. 67. Mansi op. cit. X, 158. Cod. dipl. CSD. I, 28. Jaffè ibid. nr. 1168.

[1] „Caprulae", nunc Caorle una ex insulis venetis. Joan. chron. venet. Pertz: Script. Germ. VII, 4. [2] Schisma hoc, de cuius suppressione agitur, subortum erat in Istria et Venetorum provincia ob tria capitula, quae praeeunte patriarcha Paulino in Aquileiensi synodo a. 554—5 damnata fuerunt. Praeter pontifices Pelagium II et Gregorium I etiam exarchus Smaragdus (584—590) multum egit de restituenda cum romana sede communione. Hefele: Conciliengeschichte II, 890—9.

48.

A. 599, mense iulio.

Papa Gregorius I „Mariano episcopo Ravennae" significat, e praecedentibus epistolis ipsum scire, „quae de causa Maximi sint agenda". „Si idem Maximus coram Mariano et Castorio chartulario de simoniaca haeresi, praestito iuramento, se purgaverit, atque de aliis ante corpus sancti Apollinaris tantummodo requisitus liberum se esse responderit", poenam eidem statuat clementem.

Registri lib. IX ep. 79. Mansi: Conc. coll. X, 165. Farlati II, 275. Cod. dipl. CSD. I, 28. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 1235.

49.

A. 599, mense iulio.

Papa Gregorius I „Castorio notario" suo mandat, ut Maximo Salonitano, si simoniam purgaverit et poenitentiam „de inobedientia"

susceperit, tradat „ad consolandum illum epistolam, ubi ei et gratia et communio“ redditur. Sabinianum episcopum Jadertinum et Honoratum archidiaconum salonitanum cum Maximo reconciliet.

Registri lib. IX ep. 80. Mansi: Conc. coll. X, 165. Farlati: II, 277. Cod. dipl. CSD. I, 29. Jaffè: Regesta rom. pont. nr. 1236.

50.

A. 599, mense iulio.

Papa Gregorius I „Maximo episcopo salonitano“ scribit: „Ubi tandem salubri consilio usus iugo te obedientiae humiliter submisisti et tua dilectio poenitentiam agens digna se, ut deputavimus, satisfactione purgavit, redditam tibi gratiam fraternae caritatis intellige atque in nostro te receptum consortio gratulare . . Postquam ergo fraternitas tua apostolicae sedis communionem se recuperasse cognoscit, personam ad nos transmittat, quae pallium tibi deferendum ex more percipiat . . . Licet autem et ad haec concedenda dispensatio nos loci nostri vocaverit, multum tamen a nobis petitio dulcissimi atque excellentissimi filii nostri domini Callinici exarchi, ut temperantius erga te ageremus, exegit“.

Registri lib. IX ep. 81. Mansi: Conc. coll. X, 166. Farlati: II, 280. Cod. dipl. CSD. I, 29. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1237.

Epistola haec Maximo omnino tradita est, postquam, nota quadam (Mansi op. cit. X, 82. Farlati II, 277—80. Cod. dipl. CSD. I, 30) teste, Ravennae mense augusto publice satis fecisset et poenitentiam egisset.

51.

A. 599, 26 augusti.

Papa Gregorius I „Maximo episcopo salonitano“, ubi „susceptis episcopi Mariniani epistolis et a Castorio remeante, eum plenissime satisfecisse, cognovit“, pallium per eiusdem diaconum Stephanum mittit. Sabinianum episcopum Jadertinum, Honoratum archidiaconum salonitanum et Messianum clericum commendat.

Registri lib. IX ep. 125. Mansi: Conc. coll. X, 82. Farlati II, 281. Cod. dipl. CSD. I, 30. Jaffé: Regesta rom. pont. nr. 1282.

52.

A. 600.

Slaveni cum Avaris, qua Langobardorum socii, Histriam vastant.

Per idem tempus cacanus, rex Hunorum, legatos ad Agilulfum[1] Mediolanum mittens, pacem cum eo fecit.

Hoc quoque tempore misit Agilulfus rex cacano, regi Avarorum, artifices ad faciendas naves, cum quibus isdem cacanus insulam quandam in Thracia expugnavit.

Hac tempestate Agilulfi legati, regressi a cacano, pacem perpetuam factam cum Avaribus nunciarunt. Legatus quoque cacani, cum eis adveniens, ad Gallias perexit, denuncians Francorum regibus,[2] ut sicut cum Avaribus, ita pacem habeant cum Langobardis.

Inter haec Langobardi cum Avaribus et Sclavis Histrorum fines ingressi universa ignibus et rapinis vastaverunt.

Paulus diaconus: De gestis Langobardorum lib. IV c. 13, 21, 25. ed. Muratori p. 457, 459, 461.

Quae hicce narrantur, evenerunt ante mortem imperatoris Mauricii, de qua c. XXVII agit, adeoque ante 23 nov. 602 anni. Hanc irruptionem in Istriae partes eam fuisse putamus, quam papa Gregorius in sua epistola, mense Julio scripta (v. nro seq.) innuit; illamque propterea ad a. 600 referimus.

[1] Agilulfus Langobardorum rex a. 591—615. [2] Theodoberto et Theodorico (c. XII) a. 596—612.

53.

A. 600, mense iulio.

Papa Gregorius I „Maximo episcopo salonitano“: „Ad Romanam veniens urbem communis filius presbyter Veteranus ita me podagrae doloribus debilem reperit, ut fraternitatis tuae epistolis per me respondere nullatenus valuissem. Et quidem de Sclavorum gente, quae vobis valde imminet affligor vehementer et conturbor; affligor in his, quae iam in vobis patior, conturbor quia per Istriae aditum iam Italiam intrare coeperunt. De Juliano autem scribone[1] quid dicam nescio, quando ubique video, quia nobis peccata nostra respondeant, ut et foris a gentibus et intus a perversis iudicibus conturbemur. Sed nolite de talibus omnino contristari, quia qui post nos vixerint, deteriora tempora videbunt ... Hoc certissime scito, quia placere deo et pravis hominibus nullus potest ... De Frontinianistis[2] autem fraternitas tua sit omnino sollicita, et sicut coepit, studeat, quatenus ad sinum sanctae ecclesiae revocentur“.

Registri lib. X ep. 36. Mansi: Conc. coll. X, 231. Farlati II, 287. Cod. dipl. CSD. I, 31. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1320.

[1] Theophilacti histor. lib. I, c. 4. p. 41 ed. Bonn: „καὶ Κομεντίολον, ἄνδρα τῶν σωματοφυλάκων τοῦ βασιλέως ὑπερφερόμενον, ὅν σκρίβωνα τῇ λατινίδι φωνῇ Ῥωμαῖοι κατονομάζουσιν“. Lib. VIII, c. 5 p. 323. vir ex satellitibus imperatoris ἐπιφανής, quem scribonem vulgo appellant. [2] i. e. sequa-

cibus salonitani episcopi Frontiniani, qui acerrimus trium capitulorum defensor erat. V. Farlati II, 200, 288.

54.

A. 601.

Slaveni cum Avaris contra Romanos ad Tissam fluvium pugnant.

Comentiolus de integro dux eligitur; ubi aestas affuit, ex urbe discessit . . ad Istrum contendit ac Singidone cum Prisco se coniungit. Quarto die in concionem coacto exercitu et Prisco verba faciente pax inter Romanos et Abares dissuitur; quod ut facerent, Mauricius imperiali mandato ducibus praeceperat. Manifeste igitur pace irrita Romani Viminacium, insula est in Istro flumine, deferuntur, ubi Comentiolus graviter se habere visus est; inde in continentem traiiciunt. Quibus motibus auditis chaganus, collecto milite satis et arboribus Romanorum exitium infert, et quatuor filiis copias attribuit, quibus transitum Istri custodiant, quod illi pro eo, ut iussi erant, facere instituunt. Romani navibus extemporaneis sive ratibus consensu flumen transeunt, praelioque in ripa conserto superiores evadunt. Comentiolus cum Prisco Viminacii haerebat... Fluvio superato valloque a Romanis excitato Priscus, qui sine Comentiolo pugnam experiundum non putabat, etiamnum in insula manebat. Barbari, Romanis duce destitutis, vallum incursant; illi nuncios de periculo suo Viminacium mittunt. Priscus absque Comentiolo aegre se movet; sed barbaris impotenter incumbentibus tandem dat manus et eo relicto depellendi discriminis curam laboremque capessit ac vallo succedit. Postridie navigia Viminacium reduci imperat, quod metueret ne illis ad ripam dispositis milites crebro ad insulam transmearent et idcirco imminuto copiarum numero ad vallum tuendum infirmiores redderentur. Barbaris autem pugnam urgentibus Priscus suis edicit, ut mane in armis sint, acieque ut potuit in tres phalanges distributa proelium orditur... Pugnatum a Romanis marte secundissimo; nam ex ipsis 300 tantum ex Abaris 4000 desiderata sunt. Nocte interveniente victores se in castra recipiunt. Die tertio barbarus de integro certamen molitur. Priscus, ut potuit, agmine disposito et instructo, surgente iam die ad pugnam procedit . . (Abari) ab hostibus circumventi perimuntur ad novem millia. Exacto die victores intra vallum revertuntur. Luce decima nuntiatur duci, barbarum velle proelium iterare. Itaque postridie, ubi diluxit, Priscus, Romanis instructis et decenter communitis, ad tentandum conflictum progreditur . . . et

duobus cornibus, seu a dexteris et a sinistris, eos (Abaros) impellebat; et quoniam stagnum locis illis suberat, in undas eos adigebat. Quas cum oculis prospicerent et circum eas misere agitarentur, dira in ipsis morte suffocabantur. Plurimis igitur, et simul chagani filiis, tali modo submersis illustrissimam victoriam Priscus retulit. Eo enim congressu barbarorum 15.000 vitam amisere.

Chaganus, non sine periculo, salvus ad Tissum fluvium evasit. Die tricesimo barbarus exercitum ad quartum proelium instauravit. Quod simul dux Romanus comperit, etiam ipse ad Tissum amnem armatus prodiit. Ab utrisque communiter dies ad conflictum praestituitur . . . Romani viriliter et animose certamini insistentes barbaros debellant . . . Priscus quatuor millia ad Tissum vicinum flumen transeundum hostiumque motus et inclinationes explorandas segregat. Transeunt et offendunt Gepidarum villas tres . . . Vicesima luce denuo barbarus ad huncce fluvium copias congregat, quo in loco atrocissimo et inprimis memorabili proelio decertatur, in quo barbari, ut paucis dicam, magna virtute victi et aquis summersi sunt.

Ἐζωγρεῖτο δὲ μετὰ τὴν ἧτταν τὸ βάρβαρον, καὶ ἥλωσαν Ἄβαροι μὲν τρισχίλιοι, ἄλλοι δὲ βάρβαροι πρὸς ταῖς τέτρασι χιλιάσι δισχίλιοί τε καὶ διακόσιοι, καὶ Σκλαβηνῶν χιλιάδες ὀκτώ. οὕτω μὲν οὖν ζωγρηθέντες δεσμοῖς παρεδίδοντο, ὁ δὲ στρατηγὸς ἐν Τομεῖ τῇ πόλει τοὺς λαφυραγωγηθέντας βαρβάρους ἐξέπεμπε.

Servati et capti, obtenta victoria, Abarum tria millia, aliorum barbarorum sena millia ducenti, Sclavenorum octo millia. Omnibus iniecta vincula et in urbem Comeum a duce missi.

Theophylacti histor. lib. VIII c. 1—4. ed. Bonn. Historiae misc. lib. XVII, p. 120. Theophan. chronographia p. 434 ss. ed. Bonn.

Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 260.

Post illam in Dalmatiam irruptionem (v. nr. 43) sequenti anno (599) chaganus Comeam (Τομέα) Moesiae urbem adgreditur. Priscus „urbi afflictae cum auxilio adest". Romani et Avari tota hieme perseverant. „Vere appetente (a. 600) urbem fames occupat"; ad pascha (10 aprilis) induciae componuntur ciboque Romani providentur. Comentiolus a Prisco ad Istrum Nicopolim versus mittitur, ut chaganus urbis obsidionem levare cogatur. Chaganus re ipsa „adversus eum procedit", Comentiolus vero „ad Jatrum urbem" properat; dein devictus „foede fugiens Drizipara venit, ubi cives imbellem ducem contumeliis et lapidibus abigunt". Avari hostem insequentes Driziparam capiunt, et iam Byzantium capere moliuntur. „Eo igitur malorum res byzantina delapsa

est, ut de Europa deserenda et Asia atque Chalcedone incolenda cives serio cogitarent". Suborta interim pestis chaganum, ut oblatam sibi pacem acceptet, permovit. „Ex pacto Ister ad Romanorum Abarumque fines dirimendos constituitur et potestas eiusdem contra Sclavenos traiiciendi conceditur"; tributum augetur. Theophyl. histor. lib. VII c. 13—15. Hac itaque pace dextra Istri ripa a cataracta usque ad ostium in Romanorum potestate mansit. Verum pax haec diuturna non fuit. Nam Mauricius, civium seditione permotus, Comentiolum anno 601 contra Avaros cum exercitu deligit. Is „cum Prisco Singidone se coniungit", ac inde cum copiis „Viminacium (nunc Kostolac in Serbia) deferuntur; Istrum vi transeunt et bellum in Avarorum regionem (in hodiernum Banatum) transferunt. Avarorum exercitum maiori e parte e Slavenorum copiis constitisse, captivorum numerus demonstrat. Mauricius chagano, ad eiusdem petitionem, captivos restituit. Comentiolus Novas superiores repetit, ac inde „via Trajana" Byzantium festinat. V. Roessler: Zeitpunkt der slav. Ansiedlung. S. 32—38.

55.

A. 602, mense martio.

Papa Gregorius I „Joanni episcopo primae Justinianae" perscribit, ut de Paulo „Diocleatinae civitatis[1] episcopo", qui „inter alia mala in corporale crimen lapsus et a suis clericis accusatus, sententia episcopali depositus", Nemesio successore constituto, episcopatum denuo invaserat, poenas capiat, eumque ablata reddere cogat.

Registri lib. XII ep. 31. Mansi: Conc. coll. X, 329. Farlati II, 290. Cod. dipl. CSD. I, 33. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1463.

[1] Dioclea, Δοκλέα, cuius rudera (Duklja, Duke) nunc prope Podgoricam in confluxu Zetae et Moračae visuntur (v. Corp. inscr. lat. III, 1. p. 283). Urbs sita erat in provincia Praevali, unde putant in Hieroclis Synecdemo (ed. Bonn. p. 393) loco „Δωράκιον" Δωκλεια legendum esse; Δυρράχιον quippe in provincia novae Epiri adducitur.

56.

A. 602, mense martio.

Papa Gregorius I „Constantio episcopo Scodritano"[1] scribit, certo eum nosse, quae „Neemesion, qui se dicit Docleatinae civitatis esse antistitem, de facinore Pauli Docleatini" sibi retulerit. Per dictum Neemesion mittit Constantio „exemplaria scriptorum" ad Joannem primae Justinianae episcopum.[2] Mandata his litteris contenta, si ipse exequi possit, exequatur, sin minus, ad Joannem perferendas litteras curet.

Registri lib. XII ep. 30. Mansi: Conc. coll. X, 330. Cod. dipl. CSD. I, 32. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1464.

[1] Scodra, metropolis Praevalis, ad laevam ripam Barbanae (Morača) fluvii.
[2] Tauresii (Ταυρήσιον), in loco suo natali, aedificavit imp. Justinianus I civitatem, quae a nomine eius „Justiniana prima" dicta est; ibique a. 535 archiepiscopi sedem constituit. Justinianam in loco, ubi nunc est Gjusten-dil, a superiori Strymone (Struma) parum dissito, multi opinantur.

57.

A. 602, mense novembri.

Papa Gregorius I „Maximo episcopo salonitano", qui quibusdam Romam scripsit, Veteranum presbyterum et Optatum defensorem nequaquam eotum „in causa" ad sedem apostolicam se „transmisisse", significat, legatorum eius rationem in posterum se non habiturum, nisi litteras afferant, ab eo et presbyteris et diaconis subscriptas.

Registri lib. XIII ep. 11. Mansi: Conc. coll. X, 350. Farlati II, 292. Cod. dipl. CSD. I, 34. Jaffè: Regesta pont. rom. nr. 1495.

58.

A. 603.

Slaveni, Avarorum subditi, cum Langobardis Cremonam obsident et capiunt.

Erat autem iis diebus adhuc discordia Langobardis cum Romanis propter captivitatem filiae regis.[1] Qua de causa Agilulfus rex egressus Mediolano mense Julio obsedit civitatem Cremonensem cum Sclavis, quos ei cacanus, rex Avarorum, in solatium miserat; et cepit eam 12 kalendas Septembris et ad solum usque destruxit. Pari etiam modo expugnavit Mantuam, et interruptis muris eius cum arietibus dans veniam militibus, qui erant in ea, revertendi Ravennam, ingressusque in eam die iduum septembrium. Tunc etiam partibus Langobardorum se tradidit castrum, quod Vulturina[2] vocatur. Milites vero Brexillum[3] oppidum igni cremantes fugerunt. His ita patratis reddita est filia regis a Smaragdo patricio[4] cum viro et filiis ac rebus cunctis; factaque est pax mense nono usque ad kalendas aprilis indictione octava.

Pauli diaconi de gestis Langobardorum lib. IV c. 29. ed. cit. p. 462. De anno v. Muratori: Annali d'Italia. Venezia 1844. t. II p. 1126—7.

[1] V. cap. XXI: „His diebus capta est filia regis Agilulfi cum viro suo, Godescalco nomine, de civitate Parmensi, ab exercitu Gallicini (i. e. Callinici

patricii, et ad urbem Ravennam sunt deducti". [2] nunc Valdoria ad sinistram Padi ripam inter Cremonam et Brexillum. [3] nunc Brescello ad dextram Padi ripam prope Guastallam. [4] Exarchus Ravennae primum a. 584—590 dein 602—11.

59.

A. 602—610.

Avari Romanorum in Europa provincias incursionibus suis reddunt desertas.

Ἡράκλειος δὲ ὁ βασιλεὺς βασιλεύσας, εὗρε παραλελυμένα τὰ τῆς πολιτείας Ῥωμαίων πράγματα. τήν τὲ γὰρ Εὐρώπην οἱ βάρβαροι ἠρήμωσαν, καὶ τὴν Ἀσίαν οἱ Πέρσαι πᾶσαν κατέστρεψαν, καὶ τὰς πόλεις ᾐχμαλώτευσαν, καὶ τὸν τῶν Ῥωμαίων στρατὸν ἐν τοῖς πολέμοις ἀνήλωσαν.

Heraclius autem imperio assumpto, rem omnem Romanam labefactatam reperit; Europam etenim barbari (Avari)[1] reddiderant desertam, universam Asiam Persae pessumdederunt et urbes integras in captivitatem abduxerant, Romanumque exercitum bellis consumpserant continuis.

Theophanis chronographia p. 461. ed. Bonn. Anastasii historia ecclesiastica p. 142. ed. Bonn. Histor. misc. c. XVII, p. 122 ed. Muratori.

Theophanes, filius Isacii Isaurici, Byzantii a. 759 natus, post a. 780 monachus dein abbas monasterii sigrianensis, iussu imperatoris Theophili (829—42), iconoclastae, in Samothracen relegatus (inde „ὁ Ὁμολογητός" dictus), amici sui Georgii monachi (τοῦ σύγγηλλου), qui chronicon ab origine mundi usque ad Diocletiani tempora (284) compilaverat, precibus motus eiusdem chronicon usque ad a. 813 i. e. usque ad finem imperii Michaelis I continuavit. Theophanis chronicam, versam in latinum, inseruit Anastasius bibliothecarius suae historiae ecclesiasticae sive chronographiae tripartitae, ex Nicephori videlicet patriarchae (806—15), dicti Georgii syncelli et Theophanis chronicis maximam partem desumptae.

Verba Theophanis referuntur ad imperii conditionem sub Heraclii praedecessore imperatore Phoca (602—10), cuius tempore „Chosroes Persarum rex pacem solvit, Avari Thraciam devastarunt, et uterque Romanorum exercitus, quum in oriente tum in occidente dissipatus est". „Anno imperii secundo (604) Phocas auctis ex foederis pacto faciendis chagano donis, barbaros ea ratione quietem ac pacem servaturos sperans copias omnes ex Europa in Asiam transmisit". Theophanes op. cit. p. 451 ed. Bonn. Quae itaque postremis imperante Mauricio annis de Avaris et Slavenis reportatae erant victoriae (v. supra nr. 54), sub Phoca irritae factae sunt; dumque imperii vires in Asia distentae erant, Europae provinciae incursibus hostium eo magis exponebantur. Num praeter Thraciam etiam Illyricum et Dalmatia tempore hoc devastata fuerit, aperte non asseritur.

[1] Anastasius loc. cit. „Europam Avares reddidere desertam".

60.

A. 610.

Slaveni in vicinam Baioariam, Dravi fluvii cursu, irruunt.

Hiis temporibus mortuo Tassilone, duce Baioariorum, filius eius Garibaldus in Agunto[1] a Sclavis devictus est; et Baioariorum termini depraedantur. Resumptis tamen Baioarii viribus et praedas ab hostibus excutiunt, et hostes de suis finibus pepulerunt.

Pauli diaconi de gestis Langobardorum lib. IV c. 41, p. 468 ed. Muratori.

[1] nunc Innichen ad Dravi scaturiginem.

61.

A. 611.

Slaveni Histriam denuo depraedantur.

Rex vero Agilulfus, pacem cum imperatore in annum unum itemque in alterum faciens, cum Francis quoque iterato pacem renovat. Hoc nihilominus anno Sclavi Histriam, interfectis militibus, lacrimabiliter depraedati sunt.

Pauli diaconi de gestis Langobardorum lib. IV c. 42. p. 468 ed. Muratori.

164.

Circa a. 610—35.

Avari et Slaveni, horumque populi Chroati et Serbli Dalmatiam, priorumque pars Illyrici quoque et Pannoniae oras contiguas, occupant.

1.

Περὶ τῆς Δελματίας καὶ τῶν ἐν αὐτῇ παρακειμένων ἐθνῶν. Ὅτι Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς πάνυ τῆς χώρας Δελματίας ἠράσθη, διὸ καὶ ἀπὸ τῆς Ῥώμης λαὸν ἀγαγὼν μετὰ τὰς φαμιλίας αὐτῶν ἐν τῇ αὐτῇ τῆς Δελματίας χώρᾳ τούτους κατεσκήνωσεν· οἵ καὶ Ῥωμᾶνοι προσηγορεύθησαν διὰ τὸ ἀπὸ Ῥώμης μετοικισθῆναι, καὶ ταύτην μέχρι τῆς σήμερον τὴν ἐπωνυμίαν ἐναποφέρονται. οὗτος οὖν ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς καὶ τὸ τοῦ Ἀσπαλάθου κάστρον ᾠκοδόμησε, καὶ

De Dalmatia, et populis ei adiacentibus. Diocletianus imperator summopere Dalmatiam amavit; quare etiam populi Romani colonias eo deduxit;[1] populique illi Romani nuncupati sunt, quippe qui Roma illuc commigrassent; manetque iis cognomen istud ad hodiernum usque diem. Laudatus itaque imperator Diocletianus urbem illic Aspalathum condidit, et in ea palatia omni descriptione maiora extruxit, quorum etiam-

ἐν αὐτῷ παλάτια ἐδείματο λόγου καὶ γραφῆς ἁπάσης ἐπέκεινα, ὧν καὶ μέχρι τῆς σήμερον τῆς παλαιᾶς εὐδαιμονίας λείψανα φέρονται, κἂν ὁ πολὺς χρόνος αὐτὰ κατηνάλωσεν. ἀλλὰ καὶ τὸ κάστρον Διόκλεια τὸ νῦν παρὰ τῶν Διοκλητιανῶν κατεχόμενον ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Διοκλητιανὸς ᾠκοδόμησεν, ὅθεν καὶ τὴν ἐπωνυμίαν Διοκλητιανοὶ καλεῖσθαι οἱ τῆς ἐκείνης χώρης ἐναπειλήφασιν. ἡ δὲ καὶ τῶν αὐτῶν Ῥωμάνων διακράτησις ἦν μέχρι τοῦ Δανούβεως ποταμοῦ· οἵ καὶ ποτε θελήσαντες τὸν ποταμὸν διαπερᾶσαι καὶ καταμαθεῖν τίνες κατοικοῦσιν ἐκεῖθεν τοῦ ποταμοῦ, διαπεράσαντες εὗρον ἔθνη Σκλαβινικὰ ἄοπλα ὄντα, ἅτινα καὶ Ἄβαροι ἐκαλοῦντο. καὶ οὔτε οὗτοι ἤλπιζον ἐκεῖθεν τοῦ ποταμοῦ κατοικεῖν τινὰς οὔτε ἐκεῖνοι ἔνθεν τοῦ ποταμοῦ. διὰ οὖν τὸ ἀόπλους εὑρεῖν αὐτοὺς τοὺς Ἀβάρους οἱ Ῥωμᾶνοι καὶ πρὸς πόλεμον ἀπαρασκευάστους καὶ καταπολεμήσαντες ἀνελάβοντο πραῖδαν καὶ αἰχμαλωσίαν, καὶ ἀνεχώρησαν. καὶ ἔκτοτε ποιήσαντες ἀλλάγια δύο οἱ Ῥωμᾶνοι ἀπὸ πάσχα ἕως πάσχα τὸν λαὸν αὐτῶν ἐνήλλασσον, ὥστε τῷ μεγάλῳ καὶ ἁγίῳ σαββάτῳ ἀλλήλοις συναντᾶν, τοὺς μὲν ἀποστρεφομένους ἀπὸ τοῦ παραμονίμου, τοὺς δὲ εἰς τὴν τοιαύτην δουλείαν ἀπερχομένους. καὶ γὰρ πλησίον τῆς θαλάσσης ὑπὸ τὸ αὐτὸ κάστρον ἔστι τὸ ἐπιλεγόμενον Σαλῶνα, μέγεθος ἔχον τὸ ἥμισυ Κωνσταντινουπόλεως, ἐν ᾧ πάντες οἱ Ῥωμᾶνοι συνήγοντο καὶ καθωπλίζοντο, καὶ προσαπεκίνουν ἐκ τῶν ἐκεῖσε καὶ πρὸς τὴν κλεισοῦραν ἀπήρχοντο τὴν ἀπὸ

num reliquiae supersunt veteris magnitudinis testes, quamvis diuturnitate temporum ea consumpta sint. Enimvero urbem quoque Diocleam, quam nunc Diocletiani incolunt, aedificavit idem imperator; unde etiam Diocletianorum[2] cognomen nacti sunt eius regionis incolae. Istorum autem Romanorum protendebantur termini ad flumen Danubium usque; quod cum aliquando transmisissent discendi gratia quinam trans Danubium habitent, invenerunt Sclavinos, qui et Abari nuncupati, gentem inermem. Neque vero hi trans flumen habitare aliquos neque cis flumen isti arbitrabantur. Quia autem inermes atque ad bellum imparatos Abaros comperiebant Romani, debellantes eos praedam inde et captivos abducentes recesserunt. Et ex eo tempore permutationes duas instituentes Romani a pascha ad pascha suos permutabant, ita ut magno sanctoque sabbato obviam sibi fierent, et qui a mansionis suae loco discederent et qui in hanc servitutem succederent. Etenim prope mare sub hac ipsa urbe urbs est Salona nuncupata, dimidium habens eius magnitudinis quam Constantinopolis; in ea congregati omnes Romani arma sumebant, indeque discedentes ad clausuram pergebant, quattuor millia passuum ab ipsa urbe Salona distantem, quae in hodiernum usque diem Clisa nuncupatur, quod illac prae-

τοῦ αὐτοῦ κάστρου ὑπάρχουσαν μίλια τέσσαρα· ἥτις καὶ μέχρι τοῦ νῦν καλεῖται Κλεῖσα διὰ τὸ συγκλείειν τοὺς διερχομένους ἐκεῖθεν. καὶ ἐκ τῶν ἐκεῖσε ἀπήρχοντο πρὸς τὸν ποταμόν. τὸ οὖν τοιοῦτον ἀλλάγιον ἐπὶ πολλοῖς γινόμενον χρόνοις, οἱ ἐκεῖθεν τοῦ ποταμοῦ Σκλάβοι, οἱ καὶ Ἄβαροι καλούμενοι, καθ' ἑαυτοὺς ἐσκόπησαν λέγοντες ὅτι οὗτοι οἱ Ῥωμᾶνοι, ἐπεὶ ἐπέρασαν καὶ εὗρον πραῖδαν, ἀπὸ τοῦ νῦν καθ' ἡμῶν οὐ παύσονται διαπερῶντες· καὶ διὰ τοῦτο μηχανησόμεθα κατ' αὐτῶν. οὕτως οὖν οἱ Σκλάβοι οἱ Ἄβαροι βουλευσάμενοι, καὶ διαπερασάντων ποτέ τῶν Ῥωμάνων ποιήσαντες οὗτοι ἐγκρύμματα καὶ πολεμήσαντες ἐνίκησαν αὐτούς. καὶ ἀναλαβόμενοι τὰ τε ὅπλα αὐτῶν καὶ τὰ φλάμουλα καὶ τὰ λοιπὰ πολεμικὰ σημεῖα, διαπεράσαντες οἱ προειρημένοι Σκλάβοι τὸν ποταμὸν ἦλθον εἰς τὴν κλεισοῦραν. οὕς καὶ ἰδόντες οἱ ἐκεῖσε ὄντες Ῥωμᾶνοι, θεασάμενοι δέ τὰ φλάμουλα καὶ τὴν ἐξόπλισιν τῶν ὁμοφύλων αὐτῶν, τοὺς αὐτῶν ὁμοφύλους εἶναι νομίσαντες, ἡνίκα κατέλαβον οἱ Σκλάβοι οἱ προρρηθέντες εἰς τὴν κλεισοῦραν, παρεχώρησαν αὐτοῖς διελθεῖν. διελθόντες δὲ εὐθὺς τοὺς Ῥωμάνους οὗτοι ἐξήλασαν καὶ τὴν Σαλῶνα τὸ προειρημένον κάστρον ἐκράτησαν. καὶ κατοικήσαντες ἐκεῖσε ἔκτοτε κατὰ μικρὸν ἀρξάμενοι πραιδεύειν τοὺς Ῥωμάνους τούς εἰς τοὺς κάμπους καὶ εἰς τὰ ὑψηλότερα μέρη κατοικοῦντας ἠφάνισαν, καὶ τοὺς τόπους αὐτῶν κατεκράτησαν. οἱ δὲ λοιποὶ Ῥωμᾶνοι εἰς τὰ τῆς παραλίας κάστρα διεσώθησαν, καὶ μέχρι τοῦ

tereuntes quasi concludat; atque inde ad flumen proficiscebantur. Hac igitur permutatione multis annis facta, Sclavi qui trans flumen habitabant, qui et Abari dicti, re considerata dixerunt inter sese: „Romani hi, ex quo primum traiecerunt praedamque nacti sunt, nunquam traiicere desinent; itaque aliquid contra machinemur". Hoc igitur consilio Sclavi sive Abari, cum Romani aliquando flumen transmisissent, positis insidiis illos adorti oppugnarunt viceruntque; ac sumptis eorum armis vexillis et reliquis signis bellicis, traiecto praedicti Sclavi flumine ad clausuram venere. Quos ubi viderunt Romani, qui illic excubias agebant, conspectis vexillis et armatura gentilium suorum, gentiles eos esse suos arbitrati, cum ad clausuram praefati Sclavi accessissent, transitum iis permiserunt. Sed intromissi Romanos oppido expulerunt, nec non etiam laudatam urbem Salonam occuparunt; ibique sedibus positis paulatim ex eo tempore incipientes praedari Romanos in campis et in locis editioribus habitantes deleverunt eorumque loca invaserunt. Ceteri vero Romani in orae maritimae oppidis servati sunt, eaque etiamnum tenent, et sunt ista: Rausium, Aspalathum, Tetrangurium, Diadora, Arbe, Vecla et Opsara; eorumque habitatores in hodiernum usque diem Romani nuncupantur.

νῦν κρατοῦσιν αὐτά. ἅτινά εἰσι τάδε κάστρα, τὸ Ῥαοῦσιν, τὸ Ἀσπάλαθον, τὸ Τετραγγούριν, τά Διάδωρα, ἡ Ἄρβη, ἡ Βέκλα καὶ τὰ Ὄψαρα. ὧν τινῶν καὶ οἰκήτορες μέχρι τοῦ νῦν οἱ Ῥωμᾶνοι καλοῦνται.

Constantini porphyrogeneti de administrando imperio cap. 29, p. 125—128 ed. Bonn.

Constantinus VII (913—59), Leonis VI († 912) filius, Basilii († 886) nepos, opus „πρός τὸν ἴδιον υἱὸν Ῥωμανόν", communiter „de administrando imperio" dictum, ann. 948—953 compilavit, citatumque caput iam a. 949 (vide p. 137) absolvit. De Constantino cf. Alfred Rambaud: L'Empire grec au X siècle, Constantin porphyr. Paris 1870. F. Hirsch: Kaiser Constantin VII Porphyrogennetos. Berlin 1873 (Jahresbericht über die Königstädt. Realschule). Ferd. Hirsch: Byzantinische Studien. Leipzig 1876. Quum gesta, de quibus Constantinus refert, tribus ferre saeculis ante scriptoris tempus acciderant, de eo, qualem quantamve fidem auctor mereatur, perquisivi in „Književnik" I, 36 ss.

[1] Auctorem hicce temporis ratione errare, quisque noscit; a quo enim Dalmatia Romanorum provincia facta est (inde ab a. 167 a. Chr. praeprimis ab a. 10 p. Chr.), coloniae pedetentim eo deductae sunt; obtinuitque et municipia, quorum praecipuum „municipium Flavium Scardona" erat, et colonias, inter quas erant Epidaurus, Narona, Salona, Aequum et Jader. V. Corp. inscr. lat. III, 1 p. 279 ss. [2] Iam apud Plinium (hist. nat. lib. III c. 21) leguntur „Desiates, Docleates", tum apud Ptolomaeum (Geogr. lib. II c. 15 p. 167 ed. Wilberg.) adfertur Δόκλεα. Cf. Corp. inscr. lat. III. 1, p. 283.

2.

Διήγησις περὶ τοῦ θέματος Δελματίας.[1] Εἰ πᾶσιν ἡ γνῶσις καλόν, καὶ ἡμεῖς ἄρα τῶν πραγμάτων τὴν γνῶσιν καταλαμβάνοντες οὐ πόρρω τούτου γινώμεθα. ὅθεν καὶ πᾶσι φανερὰν ποιοῦμεν τῶν μεθ' ἡμᾶς πῇ μὲν τούτων τὴν δήλωσιν πῇ δὲ ἑτέρων τινῶν ἀξιολόγων, ἵνα διπλοῦν ἐπανακολουθῇ τὸ καλόν. τοῖς οὖν καὶ τῆς Δελματίας τὴν παράληψιν ζητοῦσιν, ὅπως ἐλήφθη παρὰ τῶν Σκλαβικῶν ἐθνῶν, ἐντεῦθεν ἔστι μαθεῖν. ἀλλὰ πρότερον τὴν θέσιν αὐτῆς διηγητέον. ἐκ παλαιοῦ μὲν τοίνυν ἡ Δελματία τὴν ἀρχὴν μὲν εἶχεν ἀπὸ τῶν συνόρων Δυρραχίου ἤγουν ἀπὸ Ἀντιβάρεως, καὶ παρετείνετο μὲν μέχρι

De themate Dalmatiae[1] narratio. Si pulcrum quid omnibus est cognitio, igitur nos quoque rerum notitiam comprehendentes non longe ab eo aberimus; unde partim haec partim alia relatu digna ad posteros transmittemus, ut duplex inde bonum sequatur. Quamobrem de Dalmatia scire cupientibus, quomodo a Sclavicis nationibus capta fuerit, hinc discere licet. Sed primo situs eius narrandus est. Antiquitus igitur Dalmatia incipiebat a confiniis Dyrrachii sive ab Antibari, et ad Istriae montes usque pertingebat, in latitudine vero ad Danubium

τῶν τῆς Ἰστρίας ὀρῶν, ἐπλατύνετο δὲ μέχρι τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ. ἦν δὲ ἅπασα ἡ τοιαύτη περίχωρος ὑπὸ τὴν Ῥωμαίων ἀρχήν, καὶ ἐνδοξότερον τῶν ἄλλων ἑσπερίων θεμάτων τὸ τοιοῦτον θέμα ἐτύγχανεν· πλὴν παρελήφθη παρὰ τὴν Σκλαβινικῶν ἐθνῶν τρόπῳ τοιῷδε. κάστρον ἐστὶ πλησίον Ἀσπαλάθου ὃ Σαλῶνα λέγεται, ἔργον Διοκλητιανοῦ βασιλέως. ἀλλ' ἡ μὲν Ἀσπάλαθος καὶ αὐτὴ παρὰ Διοκλητιανοῦ ἐκτίσθη, καὶ τὰ αὐτοῦ βασιλικὰ ἐκεῖσε ἐτύγχανον· εἰς δὲ Σαλῶναν κατῴκουν οἱ μεγιστᾶνες αὐτοῦ καὶ τῶν ὄχλων ἱκανοί. ὑπῆρχε δὲ τὸ τοιοῦτον κάστρον κεφαλὴ πάσης τῆς Δελματίας. ἠθροίζοντο οὖν ἀνὰ πᾶν ἔτος ἐκ τῶν λοιπῶν κάστρων τῆς Δελματίας στρατιῶται ἔφιπποι, καὶ ἀπεστέλλοντο ἀπὸ τῆς Σαλῶνος μέχρι τῶν χιλίων, καὶ ἐφύλαττον εἰς τὸν Δανουβίου ποταμὸν ἕνεκα τῶν Ἀβάρων· οἱ γὰρ Ἀβάρεις ἐκεῖθεν τοῦ Δανουβίου ποταμοῦ τὰς διατριβὰς ἐποιοῦντο, ἔνθα ἀρτίως εἰσὶν οἱ Τοῦρκοι, νομάδα βίον ζῶντες. ἀπερχόμενοι δὲ οἱ Δελματίας κατ' ἔτος ἔβλεπον πολλάκις ἐκεῖθεν τοῦ ποταμοῦ τά τε κτήνη καὶ τοὺς ἀνθρώπους. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς κατά τινα χρόνον διαπερᾶσαι καὶ ἐρευνῆσαι τίνες εἰσὶν οἱ ἐκεῖσε τὴν δίαιταν ἔχοντες. περάσαντες οὖν εὗρον τὰς γυναῖκας τῶν Ἀβάρων καὶ τὰ παιδία μόνα, τοὺς ἄνδρας δὲ καὶ τὴν ἀκμάζουσαν ἡλικίαν ἐν ταξειδίῳ. ἄφνω οὖν ἐπιπεσόντες ᾐχμαλώτευσαν αὐτούς, καὶ ὑπέστρεψαν ἀταλαιπώρως, ἀποκομίσαντες τὴν τοιαύτην πραῖδαν εἰς Σαλῶνα. ὡς οὖν ὑπέστρεψαν οἱ Ἄβαρες ἐκ

flumen se extendebat; eratque omnis ille finitimus tractus sub Romanorum potestate, et praestantissimum thema omnium occidentalium habebatur. Ceterum a Sclavis occupata fuit hoc modo. Prope Aspalathum urbs Salona est a Diocletiano imperatore condita, quemadmodum et Aspalathus, ubi palatium item eius erat: Salonam vero magnates incolebant et magna populi multitudo, atque haec urbs Dalmatiae totius caput erat.[2] Congregabantur itaque quotannis ex reliquis Dalmatiae urbibus equites, et mittebantur Salona usque ad mille ad flumen Danubium, ut ibi excubias contra Abares agerent. Ad illam enim Danubii partem Abares tunc commorabantur, ubi hodie Turcae degunt, nomadum instar viventes. Venientes autem quotannis Dalmatae cum saepe illic iumenta hominesque viderent, traiicere illis aliquando visum fuit, et investigare quinam ibi degerent. Cum itaque traiecissent, Abarum feminas et pueros solos invenerunt, viris et iuvenibus ad expeditionem bellicam profectis; unde subito ingruentes omnes ceperunt nulloque accepto damno reversi sunt, praeda hac Salonam abducta. Abares autem ex bellica expeditione reversi, re cognita consternati quidem erant, at unde vulnus hoc ipsis inflictum esset ignorabant; quamobrem observandum sibi tempus statuunt et ab eo omnia discenda. Post-

τοῦ ταξειδίου καὶ τὸ γενόμενον ἀφ' ὧν ἔπαθον ἔμαθον, ἐταράχθησαν μέν, ἠγνόουν δὲ ὁπόθεν αὐτοῖς ἡ τοιαύτη πληγὴ προσεγένετο. ἔδοξεν οὖν αὐτοῖς παραφυλάξαι τὸν καιρὸν καὶ μαθεῖν τὸ πᾶν ἐξ αὐτοῦ. ἐπεὶ οὖν κατὰ τὸ σύνηθες αὖθις οἱ ταξεῶται ἀπεστάλησαν ἀπὸ Σαλῶνος, ἦσαν δὲ οὐκ ἐκεῖνοι ἀλλ' ἕτεροι, ταὐτὰ ἐκείνοις καὶ οὗτοι κατὰ βουλὰς ἔθεντο. διεπέρασαν οὖν κατ' αὐτῶν, ἐντυχόντες δὲ αὐτοῖς συνηγμένοις ὁμοῦ, οὐχ ὡς τὸ πρότερον ἐσκορπισμένοις, οὐ μόνον οὐδὲν (οὐκ) ἐποίησαν ἀλλὰ καὶ τὰ πάντων δεινότατα ἔπαθον· οἱ μὲν γὰρ αὐτων ἐσφάγησαν, οἱ δὲ λοιποὶ ἐχειρώθησαν ζῶντες, καὶ οὐδεὶς ἐκείνων τῶν χειρῶν ἐξέφυγεν. ἐξετάσαντες δὲ αὐτοὺς τίνες καὶ ὅθεν εἰσί, καὶ ἀναμαθόντες ὅτι ἐξ αὐτῶν ἔπαθον τὴν εἰρημένην πληγήν, ἔτι δὲ καὶ περὶ τῆς ποιότητος τοῦ τόπου αὐτῶν ἐρευνήσαντες, καὶ ὅσον ἐξ ἀκοῆς ἐρασθέντες, ἐκράτησαν τοὺς ζῶντας δεσμίους, καὶ ἐνεδύσαντο τὰ ἱμάτια αὐτῶν καθὰ ἐκεῖνοι, καὶ δὴ τοὺς ἵππους ἀναβάντες, ἐπὶ χεῖρας τά τε φλάμουλα καὶ τὰ λοιπὰ σημεῖα ἃ ἐπεφέροντο μετ' αὐτῶν, ἀπῆραν πάντες φοσσατικῶς καὶ κατὰ τῆς Σαλῶνος ὥρμησαν. ὡς οὖν καὶ τὸν καιρὸν ἔμαθον ζητήσαντες καθ' ὃν οἱ ταξεῶται ἐκ τοῦ Δανουβίου ὑπέστρεφον (ἦν δὲ τὸ μέγα καὶ ἅγιον σάββατον), ἦλθον καὶ κατὰ τὴν αὐτὴν ἡμέραν. καὶ τὸ μὲν πλῆθος, ὅτε δήπου πλησίον ἐγένοντο, τοῦ φοσσάτου ἀπεκρύβη· μέχρι δὲ τῶν χιλίων οἵτινες τούς τε ἵππους καὶ τὰς στολὰς εἰς ἀπάτην ἐκέκτηντο τῶν Δελματινῶν, ἐξήλασαν.

quam igitur pro more rursum missi sunt Salona praesidiarii, alii a primis, idem consilium et ipsi ceperunt, traieceruntque contra Abares. Incidentes vero in illos non sparsos, ut antea, sed collectos, non solum nihil effecerunt, sed omnium gravissima passi sunt, partim caesi, partim capti; neque quisquam fuit qui e manibus illorum evaderet. Percontati vero quinam et unde essent, intellectoque ab ipsis se mala supra commemorata perpessos esse, insuper de loci qualitate inquirentes, quasi ex auditu amore accensi in vinculis eos tenuerunt, et vestibus eorum sumptis equisque conscensis, flammula et reliqua signa, quae secum attulerant, tollentes more exercitus, Salonam petierunt. Cognito igitur tempore quo a Danubio redire soliti erant praesidiarii, quod erat magnum sabbatum, eodem die venerunt. Multitudo autem omnis, cum urbi appropinquaret, sese occultavit: mille vero qui equos et vestes Dalmatarum sumpserant, ut fallerent, ulterius perrexerunt. Oppidani cognitis signis suis et vestitu, praeterea die, quo redire ipsis solenne, portis apertis gratulabundi eos exceperunt. Illi vero statim ac intrassent portas occupant, et signo reliquis, qui in insidiis erant, dato, accurrere ac ingredi iubent. Interfecerunt itaque omnes cives, et ex eo tempore Dalmatiam universam occu-

ἀναγνωρίσαντες δὲ οἱ τοῦ κάστρου τά τε σημεῖα καὶ τὴν ἀμφίασιν αὐτῶν, ἀλλὰ καὶ τὴν ἡμέραν ὡς ἔθους ὄντος αὐτοῖς τοῦ ὑποστρέφειν ἐν αὐτῇ, ἤνοιξαν τὰς πόρτας καὶ ὑπεδέξαντο αὐτοὺς μετὰ περιχαρείας. ἐκεῖνοι δὲ ἅμα τοῦ εἰσελθεῖν τάς τε πόρτας ἐκράτησαν, καὶ δήλην δὶα σημείου τὴν πρᾶξιν τῷ φοσσάτῳ πεποιηκότες συνεισδραμεῖν καὶ συνεισελθεῖν παρεσκεύασαν. κατέσφαξαν οὖν πάντας τοὺς τῆς πόλεως, καὶ ἔκτοτε κατεκράτησαν πᾶσαν τὴν χώραν Δελματίας καὶ κατεσκήνωσαν ἐν αὐτῇ. μόνα δὲ τὰ πρὸς θάλασσαν πολίχνια οὐ συνέδωκαν αὐτοῖς, ἀλλὰ κατείχοντο παρὰ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸ εἶναι τὸν πόρον τῆς ζωῆς αὐτῶν ἐκ τῆς θαλάσσης. ἰδόντες οὖν οἱ Ἀβάρεις καλλίστην οὖσαν τὴν τοιαύτην γῆν κατεσκήνωσαν ἐν αὐτῇ.

parunt, sedemque illic suam collocarunt, exceptis oppidulis mari adiacentibus, quae se ipsis non tradiderunt, sed in Romanorum potestate permanebant, eo quod ex mari victitarent. Videntes itaque Abares pulcherrimam esse hanc terram, sedes illic posuerunt.

Constantini porph. de administrando imperio c. 30 p. 140—143. ed. Bonn.

[1] Themata, in quae imperium divisum erat, describit Constantinus in alio opere „περὶ τῶν θεμάτων“ (ed. Bonn. Constant. porph. oper. vol. III, p. 1—64), item de caerem. lib. II, c. 50 et 52 (ed. Bonn. p. 696, 713, 727); enumeranturque universim 29 themata i. e. 17 in oriente et 12 in occidente. In opere de thematibus Dalmatia non adducitur inter imperii themata, sed per transennam tantum commemoratur. De thematibus imperii saec. X vide Rambaud op. cit. p. 175 ss. Krause: Griechenland IV, 305 folg. (Separatausgabe aus d. allg. Encyklopedie v. Ersch und Gruber). [2] De themat. lib. II p. 57: „Caeterum Dalmatia Italiae regio est, ex qua ortum habuit omnium, qui unquam fuerunt, hominum profligatissimus maximeque impius, imperator Diocletianus, ab oppido oriundus, cui nomen erat Salonae; unde manat aqua ad potum svavissima supra omnes aquas, ut asserunt qui gustarunt“. Salonam vero, cuius iam J. Caesar (de bell. civ. 3, 8. 9) meminit, quaeque „col. Julia Martia“ dicitur, pluribus ante Diocletianum saeculis conditam fuisse, aliunde satis constat. V. Corp. inscr. lat. III, 1 p. 304 ss.

3.

Οἱ δὲ Χρωβάτοι κατῴκουν τηνικαῦτα ἐκεῖθεν Βαγιβαρείας, ἔνθα εἰσὶν ἀρτίως οἱ Βελοχρωβάτοι. μία δὲ γενεὰ διαχωρισθεῖσα ἐξ αὐτῶν, ἤγουν ἀδελφοὶ πέντε, ὅ τε Κλουκὰς[1] καὶ ὁ Λόβελος[2] καὶ ὁ Κοσέντζης[3] καὶ ὁ Μουχλὼ καὶ ὁ Χρώβατος, καὶ ἀδελφαὶ δύο, ἡ Τοῦγα[4] καὶ ἡ Βοῦγα[5], μετὰ τοῦ λαοῦ αὐτῶν ἦλθον εἰς Δελματίαν, καὶ εὗρον τοὺς

Chrobati vero tunc habitabant ultra Bagibaream, ubi nunc sunt Belochrobati. Una autem generatio, quinque fratres, Clucas[1] et Lobelus[2] et Cosentzes[3] et Muchlo et Chrobatus duaeque sorores, Tuga[4] et Buga,[5] una cum suis populis discedens ab ipsis in Dalmatiam venit, ubi Abares incolas

'Αβάρεις κατέχοντας τὴν τοιαύτην γῆν. ἐπί τινας οὖν χρόνους πολεμοῦντες ἀλλήλοις ὑπερίσχυσαν οἱ Χρωβάτοι, καὶ τοὺς μὲν τῶν 'Αβάρων κατέσφαξαν, τοὺς δὲ λοιποὺς ὑποταγῆναι κατηνάγκασαν. ἔκτοτε οὖν κατεκρατήθη ἡ τοιαύτη χώρα παρὰ τῶν Χρωβάτων· καὶ εἰσὶν ἀκμὴν ἐν Χρωβατίᾳ ἐκ τοὺς τῶν 'Αβάρων, καὶ γινώσκονται 'Αβάρεις ὄντες....

'Από δὲ Χρωβάτων τῶν ἐλθόντων ἐν Δελματίᾳ διεχωρίσθη μέρος τι, καὶ ἐκράτησε τὸ 'Ιλλυρικὸν[6] καὶ τὴν Παννονίαν.[7] εἶχον δὲ καὶ αὐτοὶ ἄρχοντα αὐτεξούσιον, διαπεμπόμενον πρὸς τὸν ἄρχοντα Χρωβατίας κατὰ φιλίαν.

invenerunt; belloque per annos aliquot inter eos gesto vicerunt Chrobati, Abarumque alios interfecerunt, alios parere sibi coëgerunt. Atque ex illo tempore a Chrobatis possessa haec regio fuit, suntque etiamnum in Chrobatia Abarum reliquiae, et Abares esse cognoscuntur....

At a Chrobatis, qui in Dalmatiam venerunt, pars quaedam secessit, et Illyricum[6] atque Pannoniam[7] occupavit. Habebantque et ipsi principem supremum, qui ad Chrobatiae tantum principem amicitiae ergo legationem mittebat.

Constantini porphyr. de administrando imperio c. 30, p. 143—4 ed. Bonn.

[1] Cf. Klića srb. Срп. помeници p. 70. [2] Cf. Ljub, Lub, Luben. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 207. [3] Cf. Kosa, Kosan. Ibid. nr. 169. Srp. pomenici p. 71. [4] Cf. Tugan. Miklošić op. cit. nr. 416. [5] De horum ducum nominibus v. Književnik I, 71. [6] Illyrici meminit Constantinus adhuc lib. II de thematibus (p. 47 ed. Bonn.), ubi Hieroclis synecdemum (v. p. 391) citat. [7] Adducitur adhuc c. 25 de adm. imp. p. 111 et de themat. lib II p. 56. Posteriori loco dicitur: ἐπαρχία Παννονίας, ὑπὸ τὸν αὐτὸν (i. e. ἡγεμόνα) πόλεις β', quae ex Hierocl. synecd. p. 393 noscuntur, scilicet Σέρμιον, Βασιάνα. Unde potest concludi, Constantinum hic loci sub Pannonia eiusdem partem saviam et sirmiensem, sub Illyrico vero contiguam illi oram subintellexisse.

4.

Περὶ τῶν Χρωβάτων, καὶ ἧς νῦν οἰκοῦσι χώρας. Ὅτι οἱ Χρωβάτοι οἱ εἰς τὰ Δελματίας νῦν κατοικοῦντες μέρη ἀπὸ τῶν ἀβαπτίστων Χρωβάτων καὶ τῶν ἄσπρων ἐπονομαζομένων κατάγονται, οἵτινες Τουρκίας μὲν ἐκεῖθεν Φραγγίας δὲ πλησίον κατοικοῦσι, καὶ συνοροῦσι Σκλάβοις τοῖς ἀβαπτίστοις Σέρβλοις. τὸ δὲ Χρωβάτοι τῇ τῶν Σκλάβων

De Chrobatis et terra, quam nunc incolunt. Chrobati, qui Dalmatiae partes nunc inhabitant, a Chrobatis baptismi expertibus, qui et albi appellantur, originem ducunt, qui sane ultra Turciam prope Franciam incolunt et Sclavis contermini sunt, non baptizatis Serblis. Chrobati autem dicuntur lingua Sclavorum,

διαλέκτῳ ἑρμηνεύεται, τουτέστιν οἱ τὴν πολλὴν χώραν κατέχοντες. οἱ δὲ αὐτοὶ Χρωβάτοι εἰς τὸν βασιλέα τῶν Ῥωμαίων Ἡράκλειον πρόσφυγες παρεγένοντο πρὸ τοῦ τοὺς Σέρβλους προσφυγεῖν εἰς τὸν αὐτὸν βασιλέα Ἡράκλειον, κατὰ τὸν καιρὸν ὃν οἱ Ἀβάρεις πολεμήσαντες ἀπ' ἐκεῖσε τοὺς Ῥωμάνους ἐναπεδίωξαν, οὓς ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς ἀπὸ Ῥώμης ἀγαγὼν ἐκεῖσε κατεσκήνωσε· διὸ καὶ Ῥωμᾶνοι εκλήθησαν διὰ τὸ ἀπὸ Ῥώμης μετοίκους αὐτοὺς γενέσθαι ἐν ταῖς τοιαύταις χώραις, ἤγουν τῆς νῦν καλουμένης Χρωβατίας καὶ Σερβλίας. παρὰ δὲ τῶν Ἀβάρων ἐκδιωχθέντες οἱ αὐτοὶ Ῥωμᾶνοι ἐν ταῖς ἡμέραις τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Ῥωμαίων Ἡρακλείου, αἱ τούτων ἔρημοι καθεστήκασι χῶραι. προστάξει οὖν τοῦ βασιλέως Ἡρακλείου οἱ αὐτοὶ Χρωβάτοι καταπολεμήσαντες καὶ ἀπὸ τῶν εκεῖσε τοὺς Ἀβάρους ἐκδιώξαντες, Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως κελεύσει ἐν τῇ αὐτῇ τῶν Ἀβάρων χώρᾳ, εἰς ἣν νῦν οἰκοῦσι, κατεσκήνωσαν· εἶχον δὲ οἱ αὐτοὶ Χρωβάτοι τῷ τότε καιρῷ ἄρχοντα τὸν πατέρα τοῦ Πόργα . . . .

id est terram multam possidentes.[1] Atque hi ipsi Chrobati ad Romanorum imperatorem Heraclium confugerant, antequam Serbli confugissent ad eundem imperatorem Heraclium, quo tempore Abares armis inde Romanos eiecerant, quos Roma adductos Diocletianus imperator illic habitare fecerat, unde et Romani nuncupati sunt, quod Roma venientes sedes posuissent in illis regionibus, nempe Chrobatia et Serblia, uti nunc vocantur. Pulsis vero Romanis illis ab Abaribus tempore eiusdem Romanorum imperatoris Heraclii, desolata eorum regio iacuit; quapropter iussu huius imperatoris iidem Chrobati armis arreptis Abares ex illis locis expulerunt, et in ipsorum terra, quam etiam hodie tenent, sedes collocarunt. Erat autem Chrobatis illis tunc temporis princeps Porgae pater . . . .

Ὅτι ἡ τοιαύτη χώρα εἰς ἣν οἱ Χρωβάτοι κατεσκηνώθησαν ἐξ ἀρχῆς ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἦν τοῦ βασιλέως τῶν Ῥωμαίων, ἐξ οὗ καὶ παλάτια καὶ ἱπποδρόμια τοῦ βασιλέως Διοκλητιανοῦ ἐν τῇ τῶν αὐτῶν Χρωβάτων χώρᾳ μέχρι τῆς νῦν περισώζονται εἰς τὸ κάστρον Σαλώνας, πλησίον τοῦ κάστρου Ἀσπαλάθου.

Regio autem haec, quam incoluerunt Chrobati, ab initio sub potestate erat Romanorum imperatoris; unde etiam in hodiernum usque diem palatia ac hippodromus Diocletiani imperatoris supersunt in regione Chrobatorum, in urbe Salona, quae est proxima urbi Aspalatho.

Constant. porphyr. de admin. imp. c. 31, p. 147—149. ed. Bonn.

[1] Šafařik slov. starož. p. 685: „Ze všech těchto forem nejstarší a nejpůvodnější jest jd. p. Chrъvatin mn. p. Chrъvati, později Chrъvate, se slabým ъ,

povstalým z vytřelého н v kořenu chrib, chribet, chrebet". Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme p. 608: „Wurzel ist ein verlorenes chrv; nur im kroat. und illyr. findet sich chrev, truncus arboris, stirps (Dobr. inst. p. 214). Wäre etwa chrv mit dem gleichfalls ausgestorbenen deutschen heru (gladius) identisch? Polnisch ist karvat auch Benennung eines kurzen Schwertes, in Form eines Messers (Linde) . . . Die Etymologie aus chrb, chrib, collis, chrebet, dorsum, scheint unzulässig, da hier alle slav. Dialekte den labial genau unterscheiden; auch die Südslaven selbst: kroat Horvat, srb. Rvat = Croatus, kroat. hrbet, serb. rbat, dorsum. Ganz unstatthaft ist die Verbindung mit dem thrakischen Καρπάτης. — Dr. L. Geitler (Etimologija imena Hrvat. Rad XXXIV, 111 ss.) et dr. G. Daničić (Osnove srb. ili hrv. jezika p. 211) derivant a radice chărv, sarv (defendere, tueri); priorque nomen хръва-тинъ comparat cum litv. szarwotas, armatus; eidemque analogon invenit in germ. varja, defensor.

5.

Περὶ τῶν Σέρβλων καὶ ἧς νῦν οἰκοῦσι χώρας. Ἰστέον ὅτι οἱ Σέρβλοι ἀπὸ τῶν ἀβαπτίστων Σέρβλων τῶν καὶ ἄσπρων ἐπονομαζομένων κατάγονται, τῶν τῆς Τουρκίας ἐκεῖθεν κατοικούντων εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς Βόϊκι τόπον ἐπονομαζόμενον, ἐν οἷς πλησιάζει καὶ ἡ Φραγγία, ὁμοίως καὶ ἡ μεγάλη Χρωβατία ἡ ἀβάπτιστὸς ἡ καὶ ἄσπρη προσαγορευομένη· ἐκεῖσε οὖν καὶ οὗτοι οἱ Σέρβλοι τὸ ἀπ' ἀρχῆς κατῴκουν. δύο δὲ ἀδελφῶν τὴν ἀρχὴν τῆς Σερβλίας ἐκ τοῦ πατρὸς διαδεξαμένων, ὁ εἷς αὐτῶν τὸ τοῦ λαοῦ ἀναλαβόμενος ἥμισυ εἰς Ἡράκλειον τὸν βασιλέα Ῥωμαίων προσέφυγεν, ὅν καὶ προσδεξάμενος ὁ αὐτὸς Ἡράκλειος βασιλεὺς παρέσχε τόπον εἰς κατασκήνωσιν ἐν τῷ θέματι Θεσσαλονίκης τὰ Σέρβλια, ἅ ἔκτοτε τὴν τοιαύτην προσηγορίαν παρείληφε. Σέρβλοι δὲ τῇ τῶν Ῥωμαίων διαλέκτῳ δοῦλοι προσαγορεύονται· ὅθεν καὶ σέρβουλα ἡ κοινὴ συνήθεια τὰ δουλικῶς φησὶν ὑποδήματα, καὶ τζερβουλιανοὺς τοὺς τὰ εὐτελῆ καὶ πε-

De Serblis, et de regione quam nunc ipsi incolunt. Sciendum est, Serblos oriundos esse a Serblis non baptizatis, qui etiam albi cognominantur et ulteriora Turciae incolunt in loco ab illis Boici nuncupato, cui finitima Francia est, uti et magna Chrobatia baptismi expers, quae etiam alba cognominatur. Illic igitur initio Serbli hi habitabant. Principatu autem Serbliae a patre ad duos fratres devoluto, alter sumpta populi parte dimidia ad Romanorum imperatorem Heraclium confugit, qui et excepto locum ad inhabitandum dedit in Thessalonicae themate, qui ex eo tempore Serblia nuncupatur. Serbli autem Romanorum lingua servi dicuntur; unde serbula vulgo servorum calceamenta appellantur; et tzerbulianos illos vocamus, qui ita viliter ac pauperum in modum sunt calceati. Serbli autem inde sic cognominati sunt, quod Romano-

νιγρὰ ὑποδήματα φοροῦντας. ταύτην δὲ τὴν ἐπωνυμίαν ἔσχον οἱ Σέρβλοι διὰ τὸ δοῦλοι γενέσθαι τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων.[1] μετὰ δὲ χρόνον τινὰ ἔδοξε τοὺς αὐτοὺς Σέρβλους εἰς τὰ ἴδια ἀπελθεῖν, καὶ τούτους ἀπέστειλεν ὁ βασιλεύς· ὅτε δὲ διεπέρασαν τὸν Δάνουβιν ποταμόν, μετάμελοι γενόμενοι ἐμήνυσαν Ἡρακλείῳ τῷ βασιλεῖ διὰ τοῦ στρατηγοῦ τοῦ τότε τὸ Βελόγραδον κρατοῦντος δοῦναι αὐτοῖς ἑτέραν γῆν εἰς κατασκήνωσιν.[2] καὶ ἐπειδὴ ἡ νῦν Σερβλία καὶ Παγανία καὶ ἡ ὀνομαζομένη Ζαχλούμων χώρα καὶ Τερβουνία καὶ ἡ τῶν Καναλιτῶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ὑπῆρχον, ἐγένοντο δὲ αἱ τοιαῦται χῶραι ἔρημαι παρὰ τῶν Ἀβάρων (ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε γὰρ Ῥωμάνους τοὺς νῦν Δελματίαν καὶ τὸ Δυρράχιον οἰκοῦντας ἀπήλασαν), καὶ κατεσκήνωσεν ὁ βασιλεὺς τοὺς αὐτοὺς Σέρβλους ἐν ταῖς τοιαύταις χώραις.

rum imperatori servirent.[1] Aliquanto vero post visum est Serblis in terram suam redire, et dimisit illos imperator. Sed cum traiecissent Danubium flumen, poenitentia ducti per praetorem, qui tum Belogradum administrabat, ab Heraclio imperatore petierunt, aliam sibi terram ad inhabitandum assignare vellet.[2] Cumque ea, quae nunc Serblia dicitur et Pagania, quaeque Zachlumorum terra vocatur, item Terbunia et Canalitarum regio, quae imperatoris Romanorum dicionis erant, propter Abarum excursiones desertae essent, (expulsis inde Romanis qui nunc Dalmatiam atque Dyrrachium incolunt) regiones illas Serblis habitandas imperator dedit.

Constantini porphyr. de administrando imperio c. 32 p. 152—3. ed. Bonn.

In narratione c. 29—32 de adm. imp. bina supponitur Dalmatiae et contiguarum Illyrici Pannoniaeque orarum occupatio: prima quidem per Avaros et Slavenos, altera per Chroatos et Serblos, utraque imperante adhuc Heraclio (610—641). De occupatione prima duae inseruntur relationes (v. supra nr. 1 et 2), parum ab invicem discrepantes, in quibus Avari et Slaveni quoad originem confunduntur forsitan ideo, quia Slaveni, qui in Pannonia habitabant, in Avarorum exercitu pugnabant, et cum Avaris in Illyricum, Baioariam, Istriam et vicinam Italiam hostiliter irruebant (v. nr. 163). Quae interim de occupationis huiusce ratione adducuntur, a verisimilitudine adeo dissona sunt, ut ea potius ad hostilem Avarorum eorumque sociorum, Slavenorum, in Dalmatiam incursus, qui superioribus quoque annis in dictas provincias saepe evenerant, restringenda sit; quin tamen in dubium vocari possit, quominus irruentium Slavenorum vel Avarorum agmina unius alteriusve in Dalmatia orae possessionem illa occasione caperent. Incursus hi iam primis Heraclii imperii annis in Europae, occidentalia inprimis, themata accidere poterant eo magis, quod universus prope Romanorum exercitus asiaticarum provinciarum defensioni intentus esset (Theophanis chrono-

graphia p. 461 ss. ed. Bonn. Histor. misc. lib. XVIII p. 124 ss.). Quum dein imperium ob bella contra Persas et Arabes plurimum periclitaretur, Avarorum chaganus a. 617 etiam orientales Europae provincias magnis copiis adortus est; atque dum usque ad „murum longum" penetraret et ad 70.000 captivorum in servitutem reduceret: Heraclius, „in Persidem arma convertere meditatus, cum chagano pacem habere consiliabatur". Pax itaque a. 620 composita est. Verum pacis foedus post sexennium ruptum est; dum chaganus, Persarum contra imperium socius, exercitum, in quo „Sclavinorum auxiliares copiae bene multae" erant, contra Byzantium movit, atque urbem iam 31 Julii 626 aggressus est. Urbs post octo dierum obsidionem ob annonae in hostium exercitu defectum liberata est (8 Augusti); „quidam aiunt, Slavenos castris relictis recessisse, eoque et execrandum chaganum reverti illosque sequi coactum fuisse". Theophanes op. cit. p. 487. ed. Bonn. Nicephori patr. de rebus post Mauricium gestis p. 20—21 ed. Bonn. Chron. paschale vol. I, p. 716—25. ed. Bonn.

Atque hocce a. 626 contra romanum imperium ab Avaris susceptum bellum e gravioribus postremum erat. Vires quippe eiusdem hostis immanis exinde dehiscere in dies coeperunt; cuius rei causa non ultima Slavenorum populi erant. Multi siquidem, qui hucadusque sive subditi sive Avarorum socii erant, prout etiam in Byzantii obsidione iam visum est, servitia sua eisdem denegarunt. Vinidi eodem ferre tempore Avarorum iugo excusso sub Samone duce (623—58) libertatem sibi vindicarunt (Fredegari schol. chronic. c. 48). In Moesia praeterea, in quam Slaveni, nunc a Romanis parum impediti, ex altera Danubii ripa turmatim immigrarunt, nova provincia „Σκλαβινία" (Словѣнии) nuncupata, dudum ante a. 657 orta est (cf. Theophan. chronograph. p. 530 ed. Bonn. Histor. misc. lib. XIX p. 136 ed. Muratori. Roessler: Zeitpunkt der slav. Ansiedlung. p. 43—44). In his itaque rerum adiunctis Dalmatia sola, hoste undequaque circumventa, novo incursui vix resistendo erat. De occupatione altera duobus itidem locis (nr. 3 et 4) idem auctor disserit. Cf. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. Wien 1856, p. 7—10, 15—18. Šafařik: slov. starož. 634—7. Književnik I, 63—71.

Thomas archid. spalat. histor. salon. c. VII (ed. J. Lucii. p. 316—18), secutus „partim scripta, partim opinionem", destructionem Salonae et occupationem Dalmatiae Croatis, i. e. incolis „regionis montuosae a septemtrione Dalmatiae", adscribit. Advenerant vero „de partibus Poloniae" divisi „in septem vel octo tribus nobilium".

Constantini relationem de Serborum immigratione adducimus vel ideo, ut terrae, quam Chroati occuparunt, ambitus facilius illustrari possit. Quae vero eiusdem auctoris sententia sit de terra, e qua Chroati et Serbli emigrarunt, suo loco inferius exponetur.

[1] Etymologiam vocis absurdam esse, cuilibet linguae et historiae slavicae vel parum gnaro satis constat. Šafařik (slov. starožit. p. 147—153) nomen serb, srb derivat a rad. sir (orbus), quae invenitur in sanscr. su (generare), lat. ser-ere etc., ita ut serb, srb gentem, nationem, nec non gentilem, hominem eiusdem nationis (cf. thiutisk, diutisk, deutsche), denotaret. Daničić (Osnove

p. 370) derivat ab eadem, a qua etiam nomen hrvat, radice **sar** cum determ. b.
[2] Recte observat Dümmler (Ueber die älteste Geschichte p. 16.): „Schon die Erzählung von den Serben, einem so mächtigen und ausgedehnten Volksstamme, dass sie Anfangs in der kleinen Provinz Thessalonich Platz gefunden, dann über die Donau zurückgekehrt uud von Neuem eingefallen seien, bedarf keiner weiteren Widerlegung".

165.

A. 642.

Slaveni Beneventanum in Italia ducatum adgrediuntur.

Defuncto ergo Arichis, qui ducatum quinquaginta tenuerat annis, Aio eius filius Samnitum ductor effectus est, cui tamen Radoaldus et Grimoaldus, sicut seniori fratri et domino, per omnia paruerunt. Qui Aio cum anno et mensibus quinque Beneventanum ducatum regeret, venientes Sclavi cum multitudine navium (non) longe a civitate Seponto castra posuerunt. Qui occultas foveas circa sua castra facientes, cum Aio super eos, absentibus Radoaldo et Grimoaldo, venisset, eosque debellare vellet, equus eius in unam de eisdem foveis cecidit, atque irruentibus super eum Sclavis simul cum aliquantis viris extinctus est. Quod cum Radoaldo nunciatum fuisset, cito veniens eisdem Sclavis propria illorum lingua locutus est. Cumque propter hoc segniores ad bellum reddidisset, mox super eos irruens, magnaque strage eos prosternens et Aionis mortem ultus est et de illis finibus eos, qui remanserant, hostes fugam petere coëgit.

Pauli diaconi de gestis Langobardorum lib. IV c. 46. ed. Muratori p. 471.

Muratori: Annali d'Italia, ed. V. Veneta. II, 1232.

Chronica s. Benedicti ap. Pertz: Mon. Germ. V (Scrip. III), p. 200 notat breviter: „Iste (sc. Aio) dimicavit cum Sclavis ad Aufidum (fluvium, nunc Ofanto); et interfecerunt illum per ingenium".

E praedecessorum Aionis, Arichis nimirum et Zotonis, regiminis annis deducitur tempus, quo Slaveni Apuliam adgressi sunt. Slaveni hi procul dubio ex altero adriatici maris littore, civitati Sipontinae obverso, adeoque e vicina Dalmatiae regione, quam non ita pridem occupaverant, navibus suis adpulerant.

166.

Occupata a Chroatis Dalmatia urbium et civium Romanorum fata.

1.

Multi Dalmatiae incolarum ab advenis Chroatis in servitutem rediguntur. Papa Joannes IV (640—42) de captivorum redemptione agit, et reliquias Salona Romam transfert.

Joannes, natione Dalmata, ex patre Venantio scholastico, sedit annum unum, menses novem, dies XVIII. Hic temporibus suis misit per omnem Dalmatiam seu Istriam multas pecunias per sanctissimum et fidelissimum Martinum abbatem propter redemptionem captivorum, qui depraedati erant a gentibus.[1] Eodem tempore fecit ecclesiam beatis martyribus Venantio, Anastasio, Mauro et aliis multis martyribus, quorum reliquias de Dalmatia et Istria adduci praeceperat; et recondidit eas in ecclesia supra scripta[2] iuxta fontem Lateranensem, iuxta oratorium beati Joannis evangelistae, quam ornavit, et diversa dona obtulit.

Vitae romanorum pontificum ed. Muratori: Scriptores rer. ital. III, 137. Farlati I, 572. Item cod. lateranensis: Translatio s. Venantii et sociorum. Ibid. I, 571. Amalrici vitae rom. pont. ed. Muratori t. III, p. 2, p. 58—9.

Pontificale romanum sive „vitae rom. pont." opus, quod Anastasio bibliothecario, qui saec. IX (867—886) floruit, plerumque, sed absque ratione, adscribebatur, prima parte sua iam saeculo VI extitit, atque exinde continuabatur. Anastasius est forsitan auctor vitae Nicolai I (858—67). V. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter I, 50—51, 223—5.

Joannes IV, qui Severino, sepulto ad s. Petrum 2 Augusti 640, successit, die 25 Decembris e. a. consecratus est; mortuus die 12 Octobris 642 in eadem ecclesia reconditur. V. Jaffè: Regesta pont. rom. p. 159—160.

Hanc de Joanne IV notitiam inseruit Thomas archid. spalat. suae histor. salon. c. VIII (p. 318, ed. J. Lucii) addens: „venerabilis pontifex eas (sc. reliquias) reverenter suscipiens recondidit apud ecclesiam b. Joannis Lateranensis, ubi est fons baptisterii, et ibidem iuxta fecit depingi imaginem b. Domnii cum pallis et caeteris pontificalibus indumentis, totum ex musivo aureo; similiter fecit imaginem b. Anastasii inter alios sanctos". De sacello lateranensi Venantiano et de eiusdem imaginibus pictis v. Farlati I, 575—87.

[1] Amalr. loc. cit. „Ipse Johannes cum thesauris ecclesiae multa millia hominum per Istriam et Dalmatiam a captivitate et servitute paganorum redemit, et ad ecclesiae unitatem eos reduxit". [2] Cod. later: „in ecclesia sancti Stephani", quâ collapsâ alia, dicata dein s. Venantio, extructa est.

2.

Salonitani cives primum per insulas vicinas dispersi, nonnulli Jaderam et Ragusium, quod ab Epidauritanis conditur, migrant, plurimi Spalatum se recipiunt.

Διελθόντες δὲ εὐθὺς τοὺς Ῥωμάνους οὗτοι ἐξήλασαν καὶ τὴν Σαλῶνα τὸ προειρημένον κάστρον ἐκράτησαν... κατέσφαξαν οὖν πάντας τοὺς τῆς πόλεως, καὶ ἔκτοτε κατεκράτησαν πᾶσαν τὴν χώραν Δελματίας καὶ κατεσκήνωσαν ἐν αὐτῇ. μόνα δὲ τὰ πρὸς θάλασσαν πολίχνια οὐ συνέδωκαν αὐτοῖς, ἀλλὰ κατείχοντο παρὰ τῶν Ῥωμαίων διὰ τὸ εἶναι τὸν πόρον τῆς ζωῆς αὐτῶν ἐκ τῆς θαλάσσης...

(Sclavi) intromissi (in clausuram) Romanos oppido (Clissa) expulerunt, nec non etiam laudatam urbem Salonam occuparunt... Interfecerunt itaque omnes cives; et ex eo tempore Dalmatiam universam occuparunt, sedemque illic suam collocarunt, exceptis oppidulis mari adiacentibus, quae se ipsis non tradiderunt, sed in Romanorum potestate permanebant eo quod ex mari victitarent...

Οἱ δὲ αὐτοὶ Ῥαουσαῖοι τὸ παλαιὸν ἐκράτουν τὸ κάστρον τὸ ἐπιλεγόμενον Πίταυρα· καὶ ἐπειδή, ἡνίκα τὰ λοιπὰ ἐκρατήθησαν κάστρα παρὰ τῶν Σκλάβων τῶν ὄντων ἐν τῷ θέματι, ἐκρατήθη καὶ τὸ τοιοῦτον κάστρον, καὶ οἱ μὲν ἐσφάγησαν οἱ δὲ ἠχμαλωτίσθησαν, οἱ δὲ δυνηθέντες ἐκφυγεῖν καὶ διασωθῆναι εἰς τοὺς ὑποκρήμνους τόπους κατῴκησαν, ἐν ᾧ ἔστιν ἀρτίως τὸ κάστρον, οἰκοδομήσαντες αὐτὸ πρότερον μικρὸν καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα μεῖζον, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν τὸ τεῖχος αὐτοῦ αὐξήσαντες μέχρι δ' ἔχειν τὸ κάστρον διὰ τὸ πλατύνεσθαι αὐτοὺς κατ' ὀλίγον καὶ πληθύνεσθαι. ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων εἰς τὸ Ῥαούσιον εἰσὶν οὗτοι: Γρηγόριος, Ἀρσάφιος, Βικτωρῖνος, Βιτάλιος, Βαλεντῖνος ὁ ἀρχιδιάκων, Βαλεντῖνος ὁ πατὴρ τοῦ πρωτοσπαθαρίου Στεφάνου. ἀφ' οὗ δὲ ἀπὸ Σαλῶνα μετῴκησαν εἰς Ῥαούσιον, εἰσὶν ἔτη φ' μέχρι τῆς σήμερον.

Atque hi ipsi Rausaei olim tenuerunt urbem Epidaurum nuncupatam; at postea cum reliquae urbes expugnatae essent a Sclavis, qui in hoc themate sunt, haec etiam urbs ab ipsis capta fuit; et civium alii quidem interfecti fuere, alii vero in vinculis abducti. Qui autem fuga salutem invenire potuerunt, loca praerupta inhabitarunt; ubi nunc urbs est, primo exiguam illam aedificantes et postea maiorem; mox rursum et quartum paulatim aucta multitudine pomeria protulerunt. Ex iis autem, qui aliunde demigrarunt Ragusium, hi sunt: Gregorius, Arsaphius, Victorinus, Vitalius, Valentinus archidiaconus, Valentinus pater protospatharii Stephani. Ex quo autem cives salonitani Rausium demigrarunt, anni sunt 500 in hunc usque diem...

Constant. porphyr. de adm. imp. c. 29, 30. p. 127, 136—7, 143.

De salonitanorum civium post eversam urbem fatis uberius disserit Thomas archid. spalat. in sua historia salonitana c. VII—X (p. 318—19 ed. Lucii), cuius relationem, „partim e scriptis (v. nr. 169) partim ex opinione“ haustam, licet non in omnibus exactam, hicce adducimus, ommissis quibusdam ad rem non pertinentibus:

„Cives miseri rogum dulcis patriae (i. e. Salonae) inspectantes[1] non dolere poterant, non flere licebat super eam; sed singuli vitae propriae metuentes classem abducere praeparabant. Nec vacabat convocare consilium, nec quid de salute publica foret agendum, deliberare valebant; sed unusquisque de sua familia anxius cum rebus, quas de funere patriae subripuisse poterat, quo diverteret, cogitabat. Hoc etiam agere consulte nequibant; quippe in tam praecipiti fuga confuse et inordinate ad naves contenderant... Postquam procul iam a littore rates subduxerant, sparsim alii ad alias insulas properabant; alii vero nec in insulis se satis tutos posse fieri arbitrantes longius remigabant; tandem pars aliqua tenuit insulam, quae Solta vocatur; alii ad Brachiae, alii ad Pharon, alii ad portus Lyssae et Corcyrae applicuerunt. Ergo de navibus exeuntes coeperunt singuli familias suas inquirere, per alias et alias insulas mittere seseque per tribus iungere... Tunc omnes incipiunt tuguria ex frondibus viminibusque contexere, seseque per loca competentia collocare; coeperunt alii alia negotia exercere... Tunc electi iuvenes armatis liburnis coeperunt, per Dalmatiae littora discurrentes, hostibus insidiari; tantas enim caedes et praedas de ipsis faciebant, quod nullus Sclavorum erat ausus ad mare descendere...

Per idem fere tempus[2] quidam advenae, ut ferunt, Romana urbe depulsi non longe ab Epitauro ratibus applicuerunt. Erat autem Epitaurus episcopalis civitas, salonitanae ecclesiae suffraganea... Praevocati ergo advenae sedem sibi in illius partibus collocantes, civitatem Epitaurum saepius impugnantes, nimium attriverunt, attritamque caeperunt et captam in solitudinem redegerunt.[3] Homines autem cum eis permixti sunt et facti sunt populus unus; aedificaverunt Ragusium et habitaverunt in eo. Ex eo tempore conari coeperunt pallium suo episcopo obtinere.

Interea Salonitani in insulis commorantes magno afficiebantur taedio propter terrae sterilitatem et propter aquarum penuriam; ingenti etiam desiderio cupiebant ad patriam reverti. Sed licet Salona deserta iaceret, nullique hostes auderent in ea manere, Salonitanis tamen videbatur non satis tuta statio ibi fieri posse,

hostile quippe incendium consumpserat omnia, turres et moenia prostrata iacebant; solum theatri aedificium, quod in occidentali parte constructum fuerat, adhuc integrum remanebat. Sic ergo miseri cives hinc rerum urgebantur inopia, illinc metus adhuc deterrebat hostilis. Et quia pars magna eorum per orbem erat dispersa et ipsi pauci et inopes remanserant, de reaedificanda civitate deliberare non praesumebant. Unde factum est, ut aliqui ex ipsis, exeuntes de insulis, per diversas partes dalmatici littoris opportuna sibi ad habitandum loca quaerebant. Quidam versus occidentalem plagam navigantes ad portum cuiusdam urbis antiquae sed dirutae applicuerunt, et videntes locum satis habilem ad manendum, paraverunt ibi aliquod munimentum, et habitaverunt in eo. Et quia situs loci propter adiacentes insulas et propter commoditatem portus multum eis placebat, non habebant iam necesse ad Salonam redire; nihil enim eis videbatur deesse praeter fluvium Jadrum, qui ex orientali parte salonitanae urbi multum delectabiliter influebat, de quo legitur in Lucano: qua maris Adriaci longas ferit unda Salonas, et tepidum in moles zephiros excurrit Jader. Hoc igitur saepius nominatae urbi nomen impositum est Jadria; vel, ut quibusdam placet, ab Jadero conditore Jadria nomen accepit.[4]

Erat autem inter Salonitanos, qui ad proximas insulas secesserant, vir quidam Severus nomine, cuius domus fuerat iuxta columnas palatii supra mare; hic quia prae caeteris maiori auctoritate pollebat, magnus Severus appellabatur. Iste coepit adhortari concives suos, ut ad patriam redirent. Sed quia non erat tutum inter ruinas urbis antiquae habitacula ponere, consulebat eis, ut in aedificio Diocletiani se interim reciperent, ubi securius commorantes aliquam saltem particulam sui territorii incolere sine magno timore valerent, donec rebus prosperius succedentibus Salonam reaedificandi possibile foret. Et tandem placuit hoc consilium nobilibus et popularibus universis, et tale pactum inter se statuerunt, ut ditiores sibi domos propriis sumptibus aedificarent, caeteri vero, quibus res non erat sufficiens, pro domibus construendis haberent turres circumpositas pro habitaculis suis; reliquum vulgus habitaret in fornicibus et criptis. Tunc auferentes omnia, quae habebant in insulis, ac navibus imponentes transtulerunt se cum mulieribus et parvulis, exceptis animalibus, et venientes intraverunt praedictum aedificium, quod non pro civitate sed pro regia aula constructum erat; et quia spatiosum erat palatium Spalatum appellare coeperunt.[5] Ibi ergo se collocantes posuerunt habitacula vilia, sicut temporis ne-

cessitas cogebat. Et sic illa populosa civitas Salona, nobilis et antiqua, pro multis peccatis, quae in deum commiserat, ad tantam extitit miseriam devoluta, ut de illa magna sui populi frequentia non tot remanserant, qui possent illius parvi oppidi ambitum civibus replere, sed in ea parte, quae supra mare respicit, se componentes reliquam partem urbiculae vacuam dimiserunt.

[1] Excidium narratur cap. VII (p. 316—17 ed. cit.): „qualiter Salona capta est". [2] quo scilicet abbas Martinus a papa Joanne in Dalmatiam missus est. v. supra p. 277. [3] Chronicon salernitanum c. 88 (Pertz: Mon. Germ. VII, 512) concordat eatenus, quod Ragusinorum civium partem ab illis Romanis deducat, qui sub imperatore Constantino Byzantium navigantes „pervenerunt in Sclavorum fines, moxque procella cunctarum exorta est, mareque vehementer intumuit et dum diu fluctuaret, duae ex iisdem navibus sine hominum interritu naufragatae sunt. Sed dum eorum scilicet res deperissent ibidem, nec sumptum haberent quatenus naves fractas soldarent, hinc incolas loci illius exorarunt, ut ibidem ad habitandum cum eis locum nimirum darent Illi vero talia audientes huiusmodi verba prompserunt: et terram ad habitandum vobis praebemus et sumtum vobis vestrisque uxoribus abundanter tribuemus. Vocaturque nomen loci illius nimirum Ragusi. Habitaruntque ibidem temporibus multis. Sed dum a Ragusinis saepissime opprimerentur et omni modo iam sustinere nequirent, mox furtim naviculas illorum ascendunt, Italiamque cum uxoribus et natis suaque suppellectili quique properarunt. Nam donec Ragusi demorarunt, a iam dictis illius habitatoribus terrae Romani sunt vocitati; ac ubi Italiam adierunt, veneruntque in locum, qui Melphis dicitur, ibi multo postea tempore sunt demorati et inde sunt Amalfitani vocati, locus namque dedit nomen illis" . . . De romana Ragusinorum origine miscet quadrata rotundis etiam presbyter Diocleas: Regnum Slavorum c. XX. p. 292 ed. J. Lucii. Chronicae ragusinae (B. Макушева изслѣдованія объ истор. памятникахъ и бытописателяхъ Дубровника. С. Петерб. 1867. стр. 305.) Ragusium a Radoslavo, Stephani regis Bosnae filio, nato Romae matre romana, a. 526 conditum somniant. [4] Jadera, Ἰάδερα Romanorum, ut putant, colonia Claudia aug. fel. inde a I saeculo aerae christianae saepius commemoratur. V. corp. inscr. lat III, 1 p. 374. A vero non est quidem absimile, hanc etiam urbem Chroatorum irruptione multum passam fuisse, plerosque item Salonitanos eversa Salona illuc confugisse; ast eandem a profugis Salonitanis conditam fuisse, omnibus rerum adiunctis repugnat. [5] Cap. IV (ed. J. Lucii p. 314): „De constructione aedificii, quod Spalatum nuncupatur". Diocletiani palatium novissime praeter Carraram et Lanzam descripsit R. Eitelberger: Die mittelalterlichen Kunstdenkmale Dalmatiens (Jahrbuch der k. k. Central-Commission zur Erforschung und Erhaltung der Baudenkmale Wien 1861, Bd V, S 227 ff.)

167.

A. 677.

Slaveni (pannonienses), chagani subditi, cum exercitu avarico Thessalonicam obsident.

Μετὰ γὰρ τὴν ἤδη ἀφηγηθεῖσαν τῶν Σκλαβίνων, ἤτοι τοῦ Χάτζωνος πάμπληθον ὁρμὴν, καὶ τὴν ἐπ᾽ αὐτοῖς γεγενημένην διὰ τοῦ ἀθλοφόρου εὐάλωτον δικαίαν κατασφαγὴν, καὶ λοιπὸν ὡς ἐπωνείδιστον αὐτοῖς τὸν καθ᾽ ἡμᾶς γενέσθαι πόλεμον, βλάβην τε οὐ μικρὰν αὐτοὺς ὑπομένειν, ἐκ τοῦ τους ὑπ᾽ αὐτῶν αἰχμαλωτισθέντας εἰς τὴν καθ᾽ ἡμᾶς ἀποφεύγοντας θεόσωστον πόλιν ἐλευθεροῦσθαι διὰ τοῦ ὁδηγοῦ καὶ λυτρωτοῦ αὐτῶν καὶ ἡμῶν κηδεμόνος Δημητρίου· ἔνθεν οὖν πικρίας αὐτοῖς ὑπέκκαυμα τοῦτο γίνεται, ὅτιπερ πρὸς οἷς τῶν ἀνδραπόδων στεροῦνται, ἀλλὰ καὶ τινα τῶν σκύλων τῆς ἐξ αὐτῶν πορθήσεως λαμβάνοντες πρὸς τοὺς ἐνταῦθα ἀποδιδράσκουσιν. Σκέψις οὖν τούτοις ἐξ πόνου μεγίστου γεγένηται, καὶ δῶρα πάμπολλα συναθροίσαντες τῷ τῶν Αβάρων χαγάνῳ δι᾽ ἀποκρισιαριων ἔστειλαν ὑπόσχεσιν πλείστης ὁλκῆς χρήματος, μετὰ καὶ τῶν μελλόντων πορθῆσαι, ὡς αὐτοὶ διεβεβαιοῦντο, ἐκ τῆς καθ᾽ ἡμᾶς πόλεως παρέχειν ἐπαγγειλάμενοι, εἴγε τὴν αὐτοῦ ἐπὶ τοῦτο παράσχειεν αὐτοῖς συμμαχίαν· ὡς εὐαλώτου τῆς πόλεως παρ᾽ αὐτῷ καθομολογηθείσης, ταύτης φασκόντων παρ᾽ αὐτοῖς ληφθησομένης, καὶ μὴ μόνον εἰς μέσον αὐτῶν καθεστάναι, δι᾽ ὅτι τὰς ὑπ᾽ αὐτὴν πάσας πόλεις καὶ ἐπαρχίας ἐξ αὐτῶν ἀοικήτους γενέσθαι, ταυτὴν δὲ μόνην, καθὼς εἴρηται, ἐμμέσῳ

Post jam narratam[1] ergo Sclavorum seu Chatzonis numeroso cum exercitu aggressionem, factamque in iis per certaminum victorem facili negotio justam caedem, ut bellum, adversus nos motum, ipsismet jam probrosum esset, damnumque haud modicum ex eo, quod capti ab eis, fugientes ad civitatem nostram, a deo servatam, per istorum viae ducem sospitatoremque nostrum ac curatorem Demetrium liberati essent, sufferrent, evenit. Hinc igitur id illis amaritudinis fomes est factum, quod praeterquam quod mancipiis orbarentur, aliis etiam quibusdam, quae illi praedati fuerant, surreptis, ad eos, qui hic sunt, aufugerent. E dolore itaque maximo consilium iniere, plurimaque congregata dona per apocrisiarios ad Avarum chaganum miserunt, sese praeterea plurimi pecuniarum ponderis una cum iis, quae, ut ipsi dicebant, e civitate nostra praedaturi essent, promissionem adjungere enunciantes, si ipsis ad hoc socia arma vellet praebere: cum civitas apud ipsummet facilis expugnatu agnosceretur, fore, ut ea per illos caperetur, dicebant, nec solam in medio eorum relinquendam, quod omnes circa illam civitates ac provinciae habitatoribus vacuae

αὐτῶν ὑπάρχειν, καὶ αὐτὴν ὑποδέχεσθαι πάντας τοὺς ἀποφύγους τῶν ἐκ τοῦ Δανουβίου μερῶν, Πανονίας τε καὶ Δακιάς καὶ Δαρδανίας, καὶ τῶν λοιπῶν ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων, καὶ ἐν αὐτῇ ἐπερείδεσθαι.

Προθύμως οὖν ὁ λεχθεὶς τῶν Ἀβάρων χάγανος τὸ αἰτηθὲν παρ' αὐτῶν ἐκπληρῶσαι σπουδάζων τὰ ἐνδότερον αὐτοῦ πάντα βάρβαρα φῦλα συναθροίσας, ἅμα τε τῶν πάντων Σκλαβίνων καὶ Βουλγάρων καὶ ἀπείρων, ἐθνῶν ἀναριθμήτῳ λαῷ, παρετάξατο μετὰ διετῆ χρόνον τῇ μαρτυροφυλάκτῳ ταύτῃ ἡμῶν πόλει, καὶ ἱππέας ἐπιλέκτους ἐγκαθοπλίσας δρόμῳ ταχυτάτῳ προέπεμψεν ἀγνώστως ἐπιβῆναι ἀθρόον τῇ πόλει, καὶ τὸν αὐτῆς λαὸν ἔξω λαβόντας ἢ καὶ κατασφάξαντας, τότε μετὰ ἀναμονῆς τὸν λεχθέντα χάγανον καταλαμβάνειν μετὰ καὶ τοῦ παρ' αὐτοῦ κατασυναχθέντος λαοῦ τοῦ ἐπιφερομένου διαφόρους κατασκευὰς μαγγάνων πολεμιστηρίων πρὸς πόρθησιν τῆς καθ' ἡμᾶς πατρίδος. καὶ ταύτῃ τῇ βουλῇ καὶ τῷ τρόπῳ τὸ ἅπαν βάρβαρον ὁπλισθὲν ὥρμησαν, ὥραν πέμπτην ἐξαίφνης οἱ ἱππεῖς ἐκ πάντοθεν σιδηρένδυτοι ἐπιῤῥίψαντες, διὰ τὸ τοὺς τῆς πόλεως μὴ προεγνωκότας τοὺς ἐν ἀμητῷ πάντας, τοὺς μὲν κατέσφαξαν, ἑτέρους δὲ αἰχμαλώτους ἔλαβον, μεθ' ὧνπερ εὗρον ἀγελαίων πλείστων ζώων, καὶ λοιπῶν τῶν ἐπὶ ἐργασίᾳ τοῦ ἀμητοῦ σκευῶν.

essent effectae, haec autem sola, ut dictum est, superesset, omnesque e Danubii partibus, Pannoniaque et Dacia et Dardania, reliquisque et provinciis et urbibus, transfugas reciperet atque in sinu suo feveret.[2]

Alacriter igitur praefatus Avarum chaganus, quod postulatum per illos erat, adimplere studens, interiores omnes ditionis suae nationes barbaras una cum Sclavorum omnium et Bulgarorum gentiumque numero infinitarum populo congregatas post duorum annorum spatium in hanc nostram a martyribus custoditam civitatem instruxit, cumque equites selectos armasset, eos, ut subito contra civitatem procederent, forisque huius populo apprehenso occisove, suo deinde commodo dictum chaganum una cum congregato ab eo populo, qui diversum machinarum bellicarum apparatum ad patriam nostram expugnandam ducebat, accederent, celeri cursu praemisit. Atque hoc consilio modoque omnis barbarorum gens armata movit, hora quinta ex improviso equites, ferro undequaque instructi, irrumpentes propterea quod, qui civitatis erant, id non praenoscentes in messe essent, alios quidem occiderunt, alios vero captivos abduxerunt, quibuscum et plurima iumenta reliquaque messis operi subservientia utensilia invenere.

Miracula s. Demetrii lib. II. c. II. nr. 169—170. Acta SS. Oct. tom.

IV. p. 167. Auctor anonymus secundi miraculorum libri vixit ad finem saec. VIII (v. ibid. p. 53).

Obsidio urbis Thessalonicae, cui initio fragmenti alluditur, evenit anno 675 (v. Muralt: Essai de Chronographie byzan. I, 308. Glasnik XVIII, 330), fuitque tertia a Slavenis suscepta. Princeps „τῶν Σκλαβίνων" i. e. „τῶν Δρογουβιτῶν, Σαγουδατῶν, Βελεγεζητῶν, Βαιουνητῶν, Βερζητῶν" (de quibus v. Šafařik: slov. starož. 621—26. Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 630—3) eotum „Χάτζων" erat. Sed cum hi Slavenorum populi nil effecissent, duxque ipse captus et interfectus fuisset, auxilium ab Avarorum chagano, uti fragmentum nostrum refert, petunt. Irruptio haec post duos annos, adeoque anno 677 (Muralt loc. cit. p. 309) evenit. Cives, ab archipraesule Joanne II ad fortitudinem animati, resistunt; cumque bellica etiam instrumenta omnia inutilia essent effecta, barbari ad pacem inclinant, nonnullisque, quae ad hanc conducerent, impetratis recedunt. Slaveni, qui cum Avaris et Bulgaris Thessalonicam obsederunt, pannonienses nonnisi esse poterant.

[1] Mirac. s. Demetrii lib. II c. I nr. 158—167. p. 162—5 [2] Nominantur in specie (nr. 171 p. 168) „ex Naisso (Niš) et Sardica".

168.

A. 679.

Avarorum chaganus aliique occidentalium nationum (inter quas Chroatorum aeque ac Serblorum) principes pacem cum Romanorum imperatore Constantino pogonato ineunt.

Ταῦτα ἀκηκοότες καὶ οἱ πρὸς τὰ ἑσπέρια οἰκοῦντες μέρη, τουτέστιν ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγεμὼν καὶ οἱ ἐπέκεινα ἄρχοντες τῶν πρὸς δύσιν παρακειμένων ἐθνῶν, διὰ πρέσβεων δῶρα τῷ βασιλεῖ στείλαντες εἰρήνην ἐζήτησαν· ἐφ' οἷς εἴξαντος τοῦ βασιλέως εἰρήνη τὸ λοιπὸν καὶ γαλήνη ἔν τε τοῖς ἑῴοις ἔν τε τοῖς ἑσπερίοις ἐβραβεύετο. καὶ ταῦτα μὲν οὕτως εἶχε.

Quae ubi ad occidentales barbaros perlata sunt,[1] Avarum scilicet ducem aliosque principes, qui ultra eos ad occidentem habitant, munera cum legatis ad imperatorem mittunt ac pacem postulant. Quibus imperator assensus est, ita deinceps tam in oriente quam occidente altissima pax ac tranquillitus fuit.

Nicephorus constantinop. de rebus post Mauricium gestis p. 37. ed. Bonn.

Quoad tempus vide Muralt: Essai de Chronographie byzant. I, 311.

Nicephorus, Tarasii in sede patriarchali successor (806—815, † 828), res gestas a Phocae imperatoris tempore usque ad Leonis IV cum Irene nuptias, adeoque ab a. 602 usque ad a. 769, adnotavit in opere, quod inscribitur: „Ἱστορία σύντομος ἀπὸ τῆς Μαυρικίου βασιλείας". Aliud eiusdem auctoris opus historicum „Χρονογραφία σύντομος", res gestas ab origine mundi usque ad a. 828 ieiune adnotans, longe minoris est momenti.

Idem scribit Nicephoro coaevus Theophanes ὁ ὁμολογητός in sua chronographia ad a. 6169 p. 544 ed. Bonn.

Ταῦτα μαθόντες οἱ τὰ ἑσπέρεια οἰκοῦντες μέρη, ὅ τε χαγάνος τῶν Ἀβάρων καὶ οἱ ἐπέκεινα ῥῆγες, ἔξαρχοί τε καὶ κάσταλδοι καὶ οἱ ἐξοχώτατοι τῶν πρὸς τὴν δύσιν ἐθνῶν, διὰ πρεσβευτῶν δῶρα τῷ βασιλεῖ στείλαντες, εἰρηνικὴν πρὸς αὐτοὺς ἀγάπην κυρωθῆναι ᾐτήσαντο. εἴξας οὖν ὁ βασιλεὺς ταῖς αὐτῶν αἰτήσεσι, ἐκύρωσεν καὶ πρὸς αὐτοὺς δεσποτικὴν εἰρήνην. καὶ ἐγένετο ἀμεριμνία μεγάλη ἔν τε τῇ ἀνατολῇ καὶ ἐν τῇ δύσει.

Hoc ubi percepere[1] qui occasum incolebant, chaganus Abarum princeps, caeterique illarum provinciarum reges, duces et castaldi, virique occidentalium nationum primores, legatos una cum muneribus ad imperatorem pacis concordiaeque cum ipso ineundae firmandaeque gratia misere. Imperator eorum precibus concedens, pacem, qua se testaretur dominum, cum ipsis firmavit. Atque ita quies et tranquilitas maxima tam in oriente quam in occidente obtinuit.

Hic quidem tantum „ὁ τῶν Ἀβάρων ἡγεμὼν“ specialiter adducitur; sed iam Lucius (de regn. Dalm. et Croat. lib. I, c. 10 p. 44 ed. Amstelod.) et novissime Dümmler (über die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien p. 29) recte observarunt, sub „principibus, qui ultra Avaros ad occidentem habitant“, innui Chroatorum et Serblorum „principes“, quibuscum Romanorum imperium pacem constituit. „Bei dieser Gelegenheit also, zu einer Zeit, da die Avaren wegen des hereinbrechenden Verfalles ihres Reiches aufgehört hatten ein Schrecken der Römer zu sein, wurden, so scheint es, auch die nordwestlichen Grenzen geordnet, indem man die Serben und Croaten gegen Anerkennung der byzantinischen Oberhoheit im Besitze des eroberten Landes liess und ihnen so unter ihren eigenen Fürsten eine fast unabhängige Stellung einräumte“.

[1] i. e. pacem cum Arabibus ad annos triginta constitutam

169.

Novo in Dalmatia rerum ordini fundamenta iaciuntur: mutua inter Romanos et Chroatos vivendi ratio initiatur, archiepiscopalis sedes Salonâ Spalatum transfertur, initia christianae religionis apud Slavenos advenas, conventio cum apostolica sede romana.

1.

Ubi autem Gothorum (i. e. Chroatorum) duces audierunt, Salonitanos cives de insulis fuisse reversos, protinus coeperunt exer-

citum ducere contra ipsos, vastantes omnia culta eorum, nec permittentes eos extra muros (Spalati) exire. Tunc cives, inter se consilio habito, legationem miserunt ad imperatorem Constantinopolitanum supplicantes et petentes ut liceret eis in palatio, id est in Spalato, habitare, et territorium suae civitatis Salonae iure pristino possidere. Quod et factum est; nam impetratis omnibus, quae volebant, ad concives suos legati redierunt portantes sacrum rescriptum dominorum principum; iussio etiam ad duces Gothorum et Sclavorum missa est, districte praecipiens, ut nullam Salonitanis civibus, in Spalato degentibus, molestiam irrogarent. Accepta ergo iussione principum non fuerunt ausi ulterius contra Spalatenses arma movere. Tunc inter eos pace composita coeperunt Spalatenses cum Sclavis paulatim conversari, communionum negotia exercere, connubia iungere, ac pacatos eos sibi et familiares reddere.

Thomas archid. spalat. histor. salon. c. X, p. 319 ed. J. Lucii.

Stabilita inter Romanorum imperium et Chroatos pace, de qua praecedentis numeri documentum agere videtur, mutuam inter Chroatos et Dalmatiae Romanos vivendi rationem, quam noster scriptor hicce exponit, non parum promotam fuisse omnino censendum est. Recte item in hoc recenti monumento urbium dalmaticarum ab Orientis imperio dependentia innuitur.

2.

Interea summus pontifex misit quendam legatum, Joannem nomine, patria Ravennatem, qui partes Dalmatiae et Chroatiae peragrando salutaribus monitis christicolas informaret. In ecclesia autem Salonitana a tempore subversionis praesul non fuerat ordinatus. Venerabiliter ergo Joannes coepit clerum et populum exhortari, ut archiepiscopatum civitatis antiquae iuxta se (sc. Spalati) instaurare deberent; quod illis valde gratum extitit et acceptum. Tunc coadunato clero, ut moris erat, electio in persona praedicti Joannis concorditer ab omnibus celebrata est. Qui, per dominum papam consecratione suscepta, tanquam bonus pastor ad proprias oves accessit, non animo cumulandi pecunias, cum ecclesia tunc esset pauperrima, sed charitatis studio de animarum salute lucrum spirituale quaerere satagebat. Ipsi concessum est a sede apostolica, ut totius dignitatis privilegium, quod Salona antiquitus habuit, obtineret ecclesia spalatensis. Tunc coepit ecclesiam clerumque componere, instare doctrinae, praedicationi vacare, curamque pastoralis officii multum solicite exercere. Etenim per Dalmatiae et Sclavoniae regiones

circuendo restaurabat ecclesias, ordinabat episcopos, parochias disponebat, et paulatim rudes populos ad informationem catholicam attrahebat. Tunc praenominatus Severus domicilium suum, quod in Spalato sortitus fuerat quando de insulis redierunt, donavit ecclesiae cum turri angulari et palatio, episcopium ibi fieri statuens. Ibique honorabilis praesul Joannes primitus habitare coepit. Videns ergo populum in divini cultus amore succrescere, statim aggredi coepit opus laudabile, et templum Jovis, quod in ipso augustali aedificio excelsioribus fuerat structuris errectum, ab idolorum mundavit figmentis, ianuas in eo serasque constituens. Tunc solemnitate dedicationis indicta magnus undique populus coadunatus est. Fecit ergo ex fano illo ecclesiam, consecrans eam in magna devotione et tripudio omnium, qui convenerant, ad honorem dei et gloriosae virginis Mariae. Clerum autem ibi statuit, qui divini cultus obsequia diebus singulis exerceret.

Thomas archid. spalat. histor. salon c. XI, p. 320 ed. J. Lucii.

Post Maximum, cuius certa memoria fit ad finem anni 602 (v. nr. 163, 57), cathalogi salonitanae ecclesiae (Farlati I, 320. 324. 327. 333.) commemorant adhuc Theodorum, qui Salonitanorum antistitum „ultimus“ asseritur. Post Theodorum sedes archiepiscopalis vacare dicitur, donec Joannes eandem Salonâ Spalatum transferret. Quo temporis spatio sedes vacaverit, quandove Joannes Spalati archiepiscopus factus sit, nullus cathologorum adfirmat, si ultimum, quem Farlati romanum dicit, excipias. Hic sedem ab a. 639 usque ad a. 650 vacare, hocque anno Joannem Spalati antistitem electum fuisse asserit. Verum in hoc recentissimo cathalogo anni e scriptoris coniectura positi sunt, nilque in eis, quoad antiquiorem periodum, praeter antistitum nomina certi habetur (Dümmler: über die aelteste Geschichte der Slaven in Dalmatien p. 31). Quod si nihilo minus omnia rerum adiuncta nostrorumque documentorum verisimiles notitiae respiciantur, id certum esse videtur, inter Salonae excidium et archiepiscopatus Joannis innitium non ultra dimidium saeculum effluxisse (Cf. H. L. Krause: res Slavorum in imperiorum occidentalis et orientalis confinio habitantium saec. IX p. 8—9).

De Joannis eiusque successorum munere apostolico idem Thomas (c. XIII, p. 320) subnectit: „Postquam autem per praedicationem praedicti Joannis et aliorum praesulum Salonitanorum duces Gothorum et Chroatorum ab Arianae haereseos fuerant contagione purgati, praeter episcopos Dalmatiae in Sclavonia fuerunt aliquae statutae episcopales ecclesiae, videlicet ab oriente fuit episcopus Delmitanus, unde Dalmatia dicta est; ab occidente fuit episcopus Sciscitanus, ubi beatus Quirinus martyr quondam extitit praesul“. Chroatorum duces Arianos fuisse putat auctor, quia Chroatos cum Gothis confundit. Sciscensis et delminensis ecclesiae adhuc saec. X episcopales censebantur, licet suis antistitibus eotum carerent (V. nr. 150, p. 195).

3.

Gloriosus itaque martyr (Domnius) nonis Maii terras relinquens ad coelum migravit, ab ipso conditore omnium immortalitatis coronam accepturus, pro cuius amore mortem contempserat. In eodem autem loco, ubi expiraverat, noctu a christianis sepelitur.[1] Non post paucos deinde annos,[2] cessante persecutione, martyris corpus intra urbem (Salonam) ad ecclesiam beatae Mariae, quam primum positam ibi a fidelibus diximus,[3] translatum est. Postea vero Gothorum[4] irruptione diruptis funditusque eversis Salonis, concives ad proximas insulas confugerunt ac deinde reversi in Diocletiani aedificio, quod tribus ferme millibus a Salonis distat, Spalatum adpellatum, sedem sibi posuerunt,[5] templumque olim Jovi dicatum, eiectis idolis, per Joannem archiepiscopum sanctae dei genitrici Mariae consecrarunt et ipsum martyris corpus a Salonis quarto kalendas sextiles transtulerunt, in eodemque templo collocarunt, ubi ad hanc usque diem in magna veneratione habetur et colitur, miraculis clarum et martyrii gloria conspicuum.

E vita s. Domnii episcopi c. 7—8. Acta Sanct. Venetiis 1738. Aprilis tom. II, p. 8. desumpta ex breviario spalatensi, a Joanne Lucio communicata. Vita putatur ab Adamo Parisiensi sacc. XI illustrata. V. Thomae archid. histor. salon. c. XI, p. 323 ed. J. Lucii. Farlati: Illyr. sacr. I, 418—9.

An vita illa, cuius fragmentum hicce adducitur, ab Adamo parisiensi revera concinata sit, vix posset demonstrari. Sed Adam ipse haudquaquam novas conscripsit vitas, verum „sumto themate a veteribus historiis legendas utriusque martiris (Domni et Anastasii) lepido satis dictamine innovavit". Eiusmodi vetustas „legendas" in ecclesia salonitana ab antiquissimis temporibus extitisse atque in usu non interrupto fuisse, dubitari non potest. Farlati adducit (I, 414—17) duas vitas s. Domnii, quarum unam ex actis proconsularibus aut tabulis ecclesiae salonitanae confectam esse censet, alteram vero Hesychio, salonitano initio saec. V antistiti, adiudicat. Ad has vitas accessit certo relatio de translatione corporum Salona Spalatum, de qua c. 8 huius vitae breviter agitur, et quae sequioribus vitis s. Domnii adiuncta reperitur (v. Farlati I, 422. 425).

Simplex illa primaevae „translationis" narratio sequioribus saeculis adaucta est, additis variis rerum adiunctis, quod duobus exemplaribus, codice nimirum spalatensi et historia Thomae archidiaconi, illustratur:

A. Joannes, huius nominis primus archiepiscopus ecclesiae spalatensis, cum dedicasset in honorem beatae virginis Mariae insigne fanum Jovi a Diocletiano impe-

B. Eodem tempore reverendus antistes coepit tractare cum civibus, ut corpus beati Domnii pontificis, quod Salonae remanserat, levaretur, translatumque in

ratore in ipsius palatio olim extructum, cupiens sacras reliquias sanctorum martyrum Domnii et Anastasii ex ruinis celeberrimae urbis Salonarum eruere, et in templo a se repurgato collocare, convocata pii populi multitudine ad Salonarum ruinas, ubi basilica fuerat, se alacriter confert. Locus, in quo sacri loculi latitabant, subterraneis fornicibus inclusus, etsi notus quibusdam esset, vepres tamen et virgulta illum maxime contegebant. Primus omnium ad pium opus fidelis pastor accingitur, oves pastorem imitantes certatim omnes labori incumbunt, virgulta et vepres amovent, caementa et lapides ingentes asportant, suggerente deo vires laborantibus. Effossa iam aliqua profunditate, mirae svavitatis odor exhalat, loculus unus detegitur et odor augetur. Accurrit prius pontifex cum clero, metuentesque ne forte a Slavis turbarentur, suis aemulis, magna cum celeritate loculum, qui prius apparuit, ita ut erat, clausum Spalatum detulerunt. Quem quidem aperientes non corpus sancti Domnii, ut sperabant, sed sancti martyris Anastasii invenerunt. Sequenti die Salonas revertuntur, instant operi, paulo altius locum eundem effodiunt, et sacrophagum sancti Domnii inveniunt;[6] ipsum quoque pari cum sollicitudine et festinatione Spalatum convehere satagunt. Substitit tamen et haesit pondere gravissimo, fortissimis quibusque et

ecclesia, quae nuper dedicata fuerat, locaretur. Et valde placuit omnibus. Explorata itaque temporum vice, quando possent hoc commode attentare, abierunt Salonam, ingredientesque basilicam episcopii, confusa et dissipata omnia repererunt; repletus enim erat locus ille ruinosis tectis, congestique incendiorum cineres vepres iam et virgulta produxerunt, ita ut quamvis adhuc aliqui superessent, qui locum sciebant, tamen quia tumba ipsius subterraneis fornicibus absconsa latuerat, non facile discerni poterat, unde corpus beati Domnii tolleretur. Effodientes autem terram locumque discoperientes arcam, quae primo apparuit, levaverunt, et metuentes, ne forte impedirentur a Sclavis, cum celeritate magna Spalatum detulerunt. Quam aperientes non corpus beati Domnii sed corpus beati Anastasii martyris invenerunt. Protinus ergo die sequenti revertentes Salonam de eodem loco sarcophagum beati Domnii effoderunt[6] et cum summa festinatione Spalatum transferentes devotione nimia amborum martyrum pignora pretiosa locaverunt in praenominata dei genitricis ecclesia, ubi dante domino usque hodie requiescunt.

B. Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XII p. 320 ed. J. Lucii.

robustissimis viris redditum immobile. Ab innocentibus igitur et immaculatis manibus convehi velle sacrum pondus ratus pius antistes, imbecillem puerorum turbam cogit et oneri ferendo supponit, quod leve factum a pueris alacriter vehebatur. Cum tamen solis aestus fatigarentur, ardore nimio maximae sitis affligi coeperunt in loco aridissimo, qui salinae nuncupatur. Mirum dictu! erumpit ex silice latex vivus, apparetque novus fons numquam antea visus, adhuc etiam beati Domnii aquae nomen retinens et virtutem in anniversario hodiernae translationis praestans. Reffocilati pueri infuerunt arcam in locum paratum, qua aperta mirus odor effunditur. Reliquiae sancti martyris integre inveniuntur, et in pectore liber erat evangeliorum thecis argenteis inclusus, litteris apostolicis antiquo more ipsiusmet, ut fertur, manibus formatis. Horum duorum martyrum sacra corpora adhuc in ecclesia metropolitana spalatensi honorifice recondita conquiescunt.

A. E codice pergameneo ecclesiae spalatensis ap. Farlati I, 474 III, 31.

E quibus omnibus deducitur, prolixiores relationes Thomae spalat. de Salonitanorum post eversam urbem fatis (c. VIII et IX v. supra p. 279 ss.), item de Spalato ab eis ad habitandum occupato, deque resuscitatione salonitanae ecclesiae in hac civitate, contineri in nucleo iam in praefatis „vitis“.

Quod si quaeritur, quando ecclesia spalatensis, ad quam metropolitana iura Salona translata sunt, fidem christianam inter Chroatos serio propagare coeperit, id eotum factum fuisse putamus, quum relatio inter Chroatos et Orientis imperium, ad quod Dalmatia eousque pertinebat, stabilita, novusque rerum ordo illis in oris constitutus esset, adeoque post 679 annum.

De Joanne „memoria archiepiscoporum salonitanae et spalatinae ecclesiae“, concinata saec. XV ab anonymo a Cutheis (ed. J. Lucii p. 385. Farlati I, 324), haec adnotavit:

„Joannes, primus archiepiscopus in Spalato. Iste fecit templum argenteum; et aedificavit ecclesiam sancti Michaelis de mare. Tumulatus est in ecclesia sancti Mathaei“.

Secundum Farlatium (I, 42) extitit ibidem arca e graeco marmore sex circiter pedes longa, clausa operculo itidem marmoreo cum epigraphe margini anteriori inscripta „gothicis litteris“: „HIC REQUIESCIT FRAGILIS ET INUTILIS JOHANNES PECCATOR HARCHIEPISCOPUS“. (v. J. Lucii: de regn. Dalm. et Croat. p. 474). Anno 1700 arca haec aperta fuit, inventumque „cadaver omnino integrum; palla sacerdotalis antiqui moris et artificii totum corpus obtegebat, eique intertextae erant effigies apostolorum acu pictae; mitra, admodum humilis ex more antiquo, eius capiti insidebat“.

[1] Farlati I, 442: „Martyrium s. Domnii consignari potest a. 107, sed non ultra a. 112 differi". [2] i. e. anno circiter 128. Farlati I, 466—7. [3] „ea adhuc extat, solaque post tantae urbis excidium integra permanet". Vita c. 3 [4] i. e. Chroatorum. [5] V. supra nr. 166. p. 280. Alia vita e codice archivi capitularis spalatensis (Farlati I, 422) dicit: „quasi ducentae familiae incluserunt se in aedificio Diocletiani caesaris". [6] Hic loci tardius aedificatum fuit sacellum s. Domnio dicatum, quod spalat. archiepiscopus Pacificus Bizza descripsit. Farlati I, 455—6.

4.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Ἡράκλειος ἀποστείλας καὶ ἀπὸ Ῥώμης ἀγαγὼν ἱερεῖς, καὶ ἐξ αὐτῶν ποιήσας ἀρχιεπίσκοπον καὶ ἐπίσκοπον καὶ πρεσβυτέρους καὶ διακόνους, τοὺς Χρωβάτους ἐβάπτισεν· εἶχον δὲ τῷ τότε καιρῷ οἱ τοιοῦτοι Χρωβάτοι ἄρχοντα τὸν Ποργά.[1]

Heraclius autem imperator Roma per legatum sacerdotibus accersitis, constitutoque ex ipsis archiepiscopo, episcopo, presbyteris et diaconis, Chrobatos baptizavit. Et tunc quidem Chrobatorum princeps erat Porga.[1]

Constant porphyr. de adm. imp. c. 31 p. 148—9 ed. Bonn.

Licet fieri potuit, ut Heraclius ipse de Chroatis, quam primum Dalmatiam occuparent, ad fidem christianam convertendis ultimis imperii annis curam gereret, hoc tamen magnum conversionis opus eo imperante certo non est perfectum. Maius temporis intervallum inter Dalmatiae occupationem et conversionem effluxisse vel ipse Constantinus supponit eo, quod baptismum nationis sub principe Porga, filio ducis, sub quo Dalmatia occupata fuit, evenisse dicat. Caeterum Constantinus de Chroatorum conversione confusas relationes habuit, prouti vel ex eo apparet, quod alteram adhuc saeculo IX asserat (v. de adm. imp. c. 30 p. 145.

[1] Ποργά, forsitan loco Βοργά, hoc vero loco Βορκά slav. Борька, Борнка. Cf. eiusdem scriptoris (ibid. p. 145) Πορίνος loco Βορίνος i. e. Борьна, Borena, Borin, Borna. St. Novaković: Српски поменици p. 45. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 37.

5.

Ὅτι οὗτοι οἱ βαπτισμένοι Χρωβάτοι ἔξωθεν τῆς ἰδίας αὐτῶν χώρας πολεμεῖν ἀλλοτρίοις οὐ βούλονται· χρησμὸν γάρ τινα καὶ ὁρισμὸν ἔλαβον παρὰ τοῦ πάπα Ῥώμης τοῦ ἐπὶ τοῦ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἀποστείλαντος ἱερεῖς καὶ τούτους βαπτίσαντος. καὶ γὰρ οὗτοι οἱ Χρωβάτοι, μετὰ τὸ αὐτοὺς βαπτισθῆναι,

Hi autem Chrobati baptizati extra limites propriae terrae non libenter aliis bellum inferunt, idque quia oraculum quoddam sive statutum acceperunt a Romano pontifice, qui sub Heraclio Romanorum imperatore sacerdotes misit eosque baptizavit. Chrobati siquidem post acceptum baptis-

συνθήκας καὶ ἰδιόχειρα ἐποιήσαντο καὶ πρὸς τὸν ἅγιον Πέτρον τὸν ἀπόστολον ὅρκους βεβαίους καὶ ἀσφαλεῖς, ἵνα μηδέποτε εἰς ἀλλοτρίαν χώραν ἀπέλθωσι καὶ πολεμήσωσιν, ἀλλὰ μᾶλλον εἰρηνεύειν μετὰ πάντων τῶν βουλομένων, λαβόντες καὶ παρὰ τοῦ αὐτοῦ πάπα Ῥώμης εὐχὴν τοιάνδε ὡς εἴ τινες ἄλλοι ἐθνικοὶ κατὰ τῆς τῶν αὐτῶν Χρωβάτων χώρας ἐπέλθωσιν καὶ πόλεμον ἐπενέγκωσιν, ἵνα ὅ τῶν Χρωβάτων θεὸς προσπολεμεῖ καὶ προΐσταται, καὶ νίκας αὐτοῖς Πέτρος ὁ τοῦ Χριστοῦ μαθητὴς προξενεῖ.

mum pepigerunt et chirographis propriis datis sancto Petro apostolo iuraverunt, nunquam se alienam terram armis invasuros sed pacem habituros cum omnibus volentibus; et imprecationem vicissim a Romano pontifice acceperunt, ut si quando aliae gentes ipsorum Chrobatorum terram invaderent belloque infestarent, pro iis pugnaret, vindexque eorum esset deus, victoriam conciliante Petro Christi discipulo.[1]

Constant. porphyrog. de admin. imp. c. 31, p. 149.

[1] V. epist. papae Joannis VIII Sedeslavo (p. 7): „ut pro amore sanctorum apostolorum Petri hac Pauli, protectorum vestrorum..."

170.

A. 758.

Sirmiensis Pannoniae dux deficit ab Avarorum chagano, atque cum populo in Macedoniam migrat, hicque Thessalonica potiri tentat.

Ὡς ἴστε, φιλόχριστοι, ἐν τοῖς προτέροις τὴν τῶν Σκλαβίνων, ἤγουν τοῦ κληθέντος Χάτζονος καὶ τῶν Ἀβάρων καὶ ἐν μέρει ἔκθεσιν ἐποιησάμεθα, καὶ ὅτιπερ τὸ Ἰλλυρικὸν σχεδὸν ἅπαν, ἤγουν τὰς αὐτοῦ ἐπαρχίας, λέγω δή, Παννονίας δύο, Δακίας ὡσαύτως δύο, Δαρδανίας, Μυσίας, Τριβάλεως, Ῥοδώπης, καὶ πασῶν ἐπαρχιῶν ἔτι μὲν καὶ Θράκης, καὶ τοῦ πρὸς Βυζαντίου μακροῦ τείχους καὶ λοιπὰς πόλεις τε καὶ πολιτείας ἐκπορθήσαντες, ἅπαντα τὸν αὐτὸν λαὸν εἰς τὸ ἐκεῖθεν πρὸς Παννονίαν μέρος τὸ πρὸς τῷ Δανουβίῳ ποταμῷ, ἥτινος ἐπαρχίας πάλαι μητρόπολις ὑπῆρχεν τὸ λεχθὲν Σερμεῖον· ἐκεῖσε οὖν, ὡς εἴρηται, τὸν

Supra, quemadmodum, Christi amantes, habetis perspectum, Sclavenorum ducis, nomine Chatzonis, Avarumque etiam notitiam ex parte dedimus[1], eosque omne propemodum Illyricum, illius videlicet provincias, dico autem, Pannonias ambas, Dacias similiter ambas, Dardanias, Mysias, Tribalis, Rhodopes, omniumque etiam Thraciae adhuc ad murum usque Byzantinum longum principatuum reliquas et urbes et respublicas devastantes ipsummet omnem populum ad eam, quae hinc Pannoniam versus dissita est, abduxisse plagam, Danubio adjectam, cuius provinciae, quod vocatur Sirmium,

ἅπαντα λαὸν τῆς αἰχμαλωσίας κατέστησεν ὁ λεχθεὶς χαγάνος, ὡς αὐτῷ λοιπὸν ὑποκειμένους· ἐξ ἐκείνου οὖν ἐπιμιγέντες μετὰ Βουλγάρων καὶ Ἀβάρων καὶ τῶν λοιπῶν ἐθνικῶν καὶ παιδοποιησάντων ἀπαλλήλων καὶ λαοῦ ἀπείρου καὶ παμπόλλου γεγόνοτος, παῖς δὲ παρὰ πατρὸς ἕκαστος τὰς ἐνεγκαμένας παρειληφότων καὶ τὴν ὁρμὴν τοῦ γένους κατὰ τῶν ἠθῶν τῶν Ῥωμαίων, καὶ καθάπερ ἐν τῇ Αἰγύπτῳ ἐπὶ τοῦ Φαραῶ ηὐξάνετο τὸ τῶν Ἑβραίων γένος, οὕτω καὶ ἐν τούτοις κατὰ τὸν ὁμοῖον τρόπον διὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως καὶ ἁγίου καὶ ζωοποιοῦ βαπτίσματος ηὔξετο τὸ τῶν Χριστιανῶν φῦλον, καὶ θάτερος θατέρῳ περὶ τῶν πατριῶν τοποθεσιῶν ἀφηγούμενος, ἀλλήλοις πῦρ ἐν ταῖς καρδίαις τῆς ἀποδράσεως ὑφῆπτον.

metropolis olim fuit.[2] Ibidem igitur, ut dictum est, captivum omnem populum, velut sibi deinceps subditum, praedictus Avarum chaganus constituit. Ab eo ergo tempore cum Bulgaris et Avaribus reliquisque gentibus fuit commixtus, cumque sese inter liberos procrearent atque in populum infinitum maximumque excrescerent; filii autem singuli a patribus indolem generisque studium, moribus Romanis congruum, accepissent, quemadmodum sub Pharaone in Aegypto Hebraeorum auctum est genus, ita et in illis modo haud absimili per fidem orthodoxam sacrumque ac vivificantem baptismum Christianorum aucta est tribus, aliique aliis de maiorum suorum solo natali narrantes invicem in cordibus fugae desiderium accenderunt.

Χρόνων γὰρ ἑξήκοντα ἤδη που καὶ πρὸς διαδραμόντων, ἀφ' ἧς εἰς τοὺς αὐτῶν γεννήτορας ἡ παρὰ τῶν βαρβάρων γεγένηται πόρθησις, καὶ λοιπὸν ἄλλος νέος ἐκεῖσε λαὸς ἀνεφαίνετο, ἐλευθέρους δὲ τοὺς πλείστους αὐτῶν ἐκ τοῦ χρόνου γεγονέναι καὶ λοιπὸν ὡς ἴδιον ἔθνος προσέχων ὁ Ἀβάρων χάγανος, καθῶς τῷ γένει ἔθος ὑπῆρχεν, ἄρχοντα τούτοις ἐπάνω κατέστησε, Κούβερ ὄνομα αὐτῷ, ὅστις ἔκ τινων τῶν ἀναγκαιοτέρων προσοικειουμένων αὐτῷ μαθὼν τὴν τοῦ τοιούτου λαοῦ τῶν πατρώων πόλεων ἐπιθυμίαν, ἐν σκέψει γίνεται καὶ ἀνάστατον λαμβάνει τὸν πάντα Ῥωμαίων λαὸν μετὰ καὶ ἑτέρων ἐθνι-

Cum enim ab eo tempore, quo in illorum progenitores a barbaris patrata fuerat devastatio, sexaginta circiter ac amplius anni essent elapsi, aliusque iam ibidem novus populus exsurrexisset, maximam autem illius partem temporis lapsu liberam ac iam velut gentem propriam esse, Avarum chaganus concessisset, ut nationi mos est, principem, nomine Cuber, iis praefecit; qui, cum e quibusdam, qui cum eo familiarius conversabantur, populi huiusmodi civitatum patriarum desiderium didicisset, quid agat, circumspicit, omnemque populum Romanum

κῶν κατὰ ἐν τῇ Μοσαϊκῇ τῆς Ἐξόδου τῶν Ἰουδαίων ἐμφέρεται βίβλῳ, τουτέστιν προσηλύτους μετὰ καὶ τῆς αὐτῶν ἀποσκευῆς, καὶ ὅπλων, καὶ ἀνάστατοι καὶ ἀντάρται καταλέλεκται τοῦ χαγάνου γίνονται, ὥστε ἐγνωκότα τὸν αὐτὸν χαγάνον διῶξαι ὄπιθεν αὐτῶν, καὶ συμβαλλόντων αὐτῶν καὶ ἐπὶ πέντε ἢ ἕξ πολέμους καὶ ἐπ ἀμφοτέροις παρ' ἀυτῶν ἡττηθέντος, μετὰ τοῦ ὑπολειφθέντος αὐτοῦ λαοῦ φυγῇ χρησάμενος ἐν τοῖς ἐνδοτέροις πρὸς ἄρκτον ἄπεισι τόπους, ὥς λοιπὸν μετὰ νίκης περάσαντα τὸν αὐτὸν Κούβερ μετὰ τοῦ εἰρημένου σὺν αὐτῷ παντὸς λαοῦ τὸν προαφηγηθέντα Δάνουβιν ποταμὸν καὶ ἐλθεῖν εἰς τὰ πρὸς ἡμᾶς μέρη, καὶ κρατῆσαι τὸν κεραμήσιον κάμπον, κἀκεῖσε αὐτῶν ἐγκαθεσθέντων, τάς πατρίους ἠτοῦντο πόλεις, ὥς μάλιστα οἱ τῆς ὀρθοδόξου καθεστῶτες πίστεως, οἵ μὲν τὴν καθ' ἡμας μαρτυροφύλακτον τῶν Θεσσαλονικέων πόλιν, ἄλλοί τὴν πανευδαίμονα καὶ βασιλίδα τῶν πόλεων, ἕτεροι δὲ τὰς ἀπομεινάσας τῆς Θράκης πόλεις.

extorrem, aliosque gentiles, id est, secundum quod in Moysaico Judaeorum Exodi libro continetur, proselytos una cum eorumdem supellectile atque armis ad sese assumit, hique discedunt ac rebelles chagano fiunt, ita ut idem chaganus, cum id cognovisset, a tergo ipsos insequeretur; cum vero manus conseruissent, ac post quinque aut sex praelia devictus etiam in duobus abs illis is fuisset, fugam cum relicto sibi populo arripiens ad partes interiores septemtrionem versus sitas sese confert, adeo ut tandem idem Cuber, cum, relata victoria, praefatum Danubium fluvium cum omni praedicto populo suo traiecisset, ad nostras etiam partes venerit, campumque Ceramesium occupavit; cumque ibidem consedissent, ii maxime, qui fidei orthodoxae erant, ad civitates patrias anhelabant, hi quidem ad custoditam nostram a martyribus Thessalonicensium urbem, alii ad fortunatissimam etiam urbium reginam, alii autem ad Thraciae civitates reliquas.

Miracula s. Demetrii lib. II c. V nr. 195—6. Acta SS. Octobr. IV, 179—180.

Post quartam Thessalonicae obsidionem a. 677 (vide nr. 167) subsecuta est a. 685—9 quinta invasio sub „Runchinorum“ (τῶν Ρυγχίνων) duce Prebudo (Περβούνδος); verum Slavenorum copiae nec trina obsidione urbem capere poterant (Glasnik XVIII, 340—348. Muralt: Essai du Chronographie byzantine I, 310, 311, 316). Narratio sextae invasionis (ibid. lib. II c. V nr. 195—207), quam ad a. 758 (Muralt op. cit. p. 719. Glasnik XVIII, 348) referimus, rem nostram attinet ideo, quia praemittit notitiam, sirmiensem Pannoniae partem eotum a proprio principe (ἄρχων) sub chagani (ὁ Ἀβάρων χαγάνος) dominio supremo gubernatam, plurimumque a captivis e diversis imperii regionibus eo ad-

ductis inhabitatam fuisse. Verum ἄρχων Κούβερ rebellis chagano factus cum fidelibus suis in imperii terras discedit et „campum ceramesium" in Macedonia occupat; atque ab imperatore (Constantino Copronymo) obtinet, ut provinciae illius ἄρχων agnoscatur, vicinique Dragovići („τῶν Δραγουβιτῶν ἔθνη"), qui Thessalonicae vicinia inhabitaverant, eiusdem populo „cibaria subministrarent". Ast nec his contentus idem Kuber Thessalonica dolo potiri meditatur. Excitato itaque per familiarem suum, nomine Maurum, circa pascha in civitate tumultu, scopum suum ferre assecutus fuisset, nisi strategus Sisinnius, ab imperatore cum navibus missus, seditionem suppressisset, auctoremque eiusdem, quem proprius filius tradiderat, una cum asseclis apprehendisset, vinctumque Byzantium abduxisset.

Unde hoc etiam testimonio confirmatur, Sirmii regionem adhuc medio saeculo VIII a supremo Avarorum chagani dominio dependisse: neque eam eo tempore adhuc principi Chroatiae paruisse (v. supra p. 271).

Ceterum ducis „Κούβερ" nomen bulgaricam originem redolet (v. Šafařik: Slov. starož. p. 576). Bulgaros in Pannonia cum Avaris iam pridem sedes fixisse, aliunde constat; immo iam priori saeculo (a. 630) contentio inter utrosque de Pannoniae dominio exorta fuit (Fredegar: histor. c. 72). Horum Bulgarorum pars sub duce Alzeco (Alticcus = Alzik) emigravit in Italiam, atque a Langobardorum rege Grimoaldo (662—71) deserta eotum loca Sepianum, Bovianum et Iserniam, ad habitandum obtinuit (Paul. diac. Histor. Langob. lib. V c. 29.). Verum eodem tempore (a. 668) una Bulgarorum tribus e sedibus antiquis emigrando „in Pannoniam avaricam (εἰς Παννονίαν τῆς Ἀβαρίας), chagano Avarorum postmodum subdenda, cum omnibus suis copiis transiit" (Niceph. de rebus post Mauricium gestis p. 38—39. Theophan. chronographia p. 546 ed. Bonn.).

[1] v. nr. 167. [2] Sirmii fuit etiam prope ecclesiam s. Anastasiae extructum templum s. Demetrii ineunte saeculo quinto a Leontio Illyrici praefecto, qui illuc Thessalonica detulit chlamydem martyris, eiusdem sanguine tinctam, partemque orarii. Passio altera s. Demetrii c. II, nr. 16—17. Acta SS. Oct. IV, 94—95. confecta forsitan saec. VI. item Passio tertia c. II nr. 24—25 ib. p. 103 auctore Simeone Metaphraste initio saec. X.

171.

Dalmatiae, Chroatiae et Pannoniae inferioris ad Francorum imperium sub Carolo M. et Ludovico relatio.

1.

A. 791.

Belli contra Avaros in Pannonia exordium.

Sic fuit rex Carlus in Wormacia, et ibi celebravit pascha. Et vertente anno, eo tempore quo solent reges ad bellum procedere, movit exercitum suum, innumerabilem multitudinem, contra super-

bissimam gentem Avarorum; divisitque exercitum suum in tres partes; et sic introivit ipse per Paioariam in fines Hunnorum ex meridiana parte Danovii; sed et de alia parte Danovii alius exercitus Ribuariorum et Fresionum et Saxonorum cum Toringos; sed et navalis hostis per Danovium, ut ex utraque ripa rex potestatem habere potuisset cum exircitu suo: et sic introivit in terram illam, isti hinc et ille inde, medium autem exercitus navalis. Et terruit eos dominus in conspectu eius, ita ut nullus ei resistere ausus esset; sed ubicunque aut fossas aut aliquam firmitatem sive in montibus seu ad flumina aut in silvis factam habuerunt, statim, ut ipse aut exercitus eius ibi advenit, continuo aut se tradiderunt, aut occisi sunt, aut per fuga dilapsi. Sed et ille tunc eius exercitus quem Pippinus filius eius de Italia transmisit, ipse introivit in Illyricum et inde in Pannonia, et fecerunt ibi similiter, vastantes et incendentes terram illam, sicut rex fecit cum exercitu suo ubi ipse erat. Cum autem vidisset rex Carlus, quod nullus ei de parte Avarorum resistere ausus esset aut suis, tunc circuivit terram illam per dies 52 incendendo et vastando terram illam; sed et predas sine mensura vel numero, et captivos, viros et mulieres et parvulos, innumerabilem multitudinem exinde ducebant ... Et rex Carlus rediit in Paioaria, ibidemque gemavit.[1]

Annales Laureshamenses ad. a. 791, c. XXIV. Pertz: Monumenta. Germaniae historica. Scriptorum tom. I, p. 34, 35. Hannoverae 1826. Einhardi annales ad a. 791. Pertz ibid. I, 177. Annal. Laurissenses. ibid. I, 176.

Antiquissimorum annalium res Karolinorum gestas adnotantium exemplar unum Laureshamensium nomen ob quasdam Laureshamum (Lorsch) concernentes notitias nactum est. Pars prior res gestas ann. 703—768, altera vero ann. 768—803 continet. Inde ab a. 785 habentur in duabus ab invicem distinctis prolixioribus continuationibus. Vide W. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter. Berlin 1873. III Aufl. Bd. I, S. 112.

De victoria, quam Pippinus, rex Italiae (781—810) retulit in Pannonia, scribit ipse Carolus coniugi suae Fastradae mox post 7 Septembris eiusdem anni:

Missus quidem dilecti filii nostri (Pippini) ... insuper retulit nobis: qualiter illa scara nostra, quae prius de Italia iussimus pergere partibus Avariae in ill. confinia resedendum, perrexerunt infra fines ipsorum decimo kalendas Septembris. Et inierunt pugnam cum eis. Et dedit eis deus omnipotens pro sua misericordia victoriam, et multitudinem de ipsis Avaris interfecerunt, in tantum

ut dicunt, quod in multis diebus maior stragis de ipsis Avaris factum non fuit. Et expoliaverunt ipsum uualum; et sederunt ibidem ipsa nocte vel in crastina usque hora dici tertia. Et acceptis expoliis reversi sunt in pace. Et centum quinquaginta de ipsas Avaris vivos comprehenderunt, quos reservaverunt, ut nostra fiat iussio, qualiter exinde agere debeant. Fideles dei ac nostri, qui hoc egerunt, fuerunt ille episcopus, ill. dux, ill. et ill. comites. Ill. dux de Histria (Joannes), ut dictum est nobis, quod ibidem bene fecit ill. cum suis hominibus. Vassi vero nostri fuerunt illi . . .

Epistolae Carolinae, ep. 6. Jaffè: Monumenta Carolina. Berolini 1867, p. 349.

Bella Francorum cum Avaris rem nostram spectant vel ideo, quod saviensem et sirmiensem Pannoniae partem a dominio Avarorum pedetentim liberaverint, quod Slaveni Francorum in iisdem socii fuerint (v. nro seq.), quod Franci hac quoque parte Chroatis Dalmatiae adpropinquarent, indeque nova inter utrosque relatio initiaretur. Devicto suaeque ditioni Langobardorum ducatu foroiuliensi (a. 776) subiecto, Istria quoque paulo post (c. a. 788) orientali Romanorum imperio subtracta, Baioaria dein (788), duce eiusdem Thassilone deposito, subiugata, Carolus primum cum Avaris „agebat de confiniis regnorum suorum" versus Pannoniam (a. 790). Exorta inde „contentio atque altercatio belli, quod postea cum Hunnis gestum est, seminarium et origo fuit" (Einhardi annal. a. 790), eo quidem a fortiori, quod Avari Thassilonis socii pridie essent atque „duobus exercitus comparatis, uno marcam Foroiuliensem, altero Baioariam" invaserant (Annal. Einhardi a. 788. Pertz I, 175). Proximo iam anno (791) post pascha tres Francorum exercitus Avaros aggressi sunt, quorum unus ex Italia per Illyrici partes (v. inferius nr. 21 ad a. 820) Pannoniam invasit. Exinde equidem deduci non potest, Pipinum sibi primum Chroatos subiecisse (Krause: Res Slavorum p. 16—17), sed expeditionem hanc novo rerum ordini viam stravisse, omnino censendum est.

Sequenti anno 792 „rex (Carolus) propter bellum cum Hunnis susceptum in Baioaria (apud Reganesburg. Annal. Moissiac. Pertz I, 299) pontem navalem, quo in Danubio ad id bellum uteretur, aedificavit, ibique natalem domini et sanctum pascha (7 apr. 793) celebravit". (Einhardi annal. I, 179. Cf. annal. Lauriss. ibid. I, 178). Verum bello saxonico impeditus Carolus novam expeditionem contra Avaros, quos missi Saxonici „conati sunt rebellare" (Annal. Moiss. et Lauresham. ibid. I, 35. 299), usque ad a. 796 differre debuit.

[1] I. e. iemavit, hiemavit.

2.

A. 796.

Slaveni sub Vojmiro Francorum contra Avaros socii. Novus in Pannonia intra Danubium et Dravum rerum ordo.

Sed et Heirichus dux Foro-iulensis, missis hominibus suis cum Wonomyro[1] Sclavo in Pannonias, hringum[2] gentis Avarorum longis retro temporibus quietum, civili bello fatigatis inter se principibus, spoliavit — chagan seu iugurro[3] intestina clade addictis et a suis occisis —, thesaurum priscorum regum multa saeculorum prolixitate collectum domno Carolo regi ad Aquis palacium misit.

Annal. Lauriss. Pertz. Mon. Germ. SS. I, 182. Einhardi annales ibid. p. 183. Idem annales Tiliani ibid. p. 222.

Einhardus (natus c. a. 770 † 14 Martii 840), vir eruditus, Carolo a consiliis, eiusque filio Ludovico imperante usque ad a. 829 non ultimas in administrandis rei publicae negotiis tulit partes. De vita Einhardi eiusque ad annum 829 usque protractis annalibus vide W. Wattenbach op. cit. I, 142—150. Annales Laurissenses (olim plebei vel Loiseliani), ita dicti a Laurisso (Lorsch), in cuius celebri monasterio conscripti fuisse putabantur, re ipsa vero regia Francorum aula agente redacti sunt. Continent res gestas ab a. 741—829, earumque pars altera (788—829) ab eodem Einhardo confecta esse censetur. Wattenbach ibid. p. 143—7. Annales Tiliani, a manuscripti possessore ita dicti, continent in prima parte (a. 708—740) excerpta e Francorum annalium petaviano exemplari, in secunda (740—807) ex annalibus Laurissensibus maioribus.

Haec fuerat altera post a. 791 Francorum contra Avaros expeditio, cuius etiam Vojmir, Slavorum dux, particeps erat. Ubi nam Vojmir dux fuerit, certo non constat; sed ex eiusdem cum Foroiuliensi duce in bello societate licet deducere, terram, cui praeerat, foroiuliensi marchae contiguam fuisse, immo in quadam ab eodem duce dependentia extitisse. Hanc porro expeditionem concernunt ista quoque documenta:

In ipsa aestate transmisit rex Carolus Pippinum filium suum cum suis, quos in Italia secum habebat, et Baioariis cum aliqua parte Alamaniae, in finibus Avarorum.

Annal. Lauresham. ad a. 796. Pertz. op. cit. I, 37.

Igitur Karolus imperator anno nativitatis domini DCCXCVI Aericum comitem destinavit, et cum eo immensam multitudinem, Hunos exterminare. Qui minime resistentes reddiderunt se per praefatum comitem Karolo imperatori. Eodem igitur anno misit Karolus Pippinum filium suum in Huniam cum exercitu multo, qui perveniens usque ad celebrem eorum locum, qui dicitur rinch,[4] ubi

iterum omnes eorum principes se reddiderunt Pippino. Qui inde revertens partem Pannoniae circa lacum Pellissa[5] inferioris, ultra fluuium qui dicitur Hrapa,[6] et sic usque ad Dravum fluvium et eo usque ubi Dravus fluvius fluit in Danubium, prout potestatem habuit, praenominavit cum doctrina et ecclesiastico officio procurare populum, qui remansit de Hunis et Sclavis in illis partibus, Arnoni iuvaviensium episcopo usque ad praesentiam genitoris sui, Karoli imperatoris.

Conversio Bogoariorum et Carentanorum c. 6. Pertz: Mon. Germ. Scrip. XI, 9. Kopitar: Glagolita Clozianus. Vindob. 1836. p. LXXIII. Scriptum hocce exaratum fuit c. a. 871. W. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen ed. cit. I, 216—17.

Huius expeditionis successum exhibet „carmen de Pippini regis victoria" (Einhardi vita Karoli M. Pertz ed. III Hannoverae 1863, p. 35—36):

Audiens cacanus rex, undique perterritus, protinus ascendens mulam, cum tarcanis[7], primatibus regni, venit adorare (Pippinum) et plagaret munere.

Item Poeta Saxo. Pertz I, 252—3. Jaffè: Monum. Carolina p. 584.

Cum quo (Pippino) iam dictus Tudun quoque venerat illuc, promissisque fidem propriis adhibere sategit. Cum toto comitum numero baptisma suorum percipiens, etiam per sacramenta spopondit, se fore subiectum Francis fidumque per aevum. Sed postquam rediit, mutans promissa fidemque, perfidiae luerat parvo post tempore poenas.

Illico de convertendis ad Christi fidem Avaris actum fuisse, patet quoque ex epistolis Alcuini, datis Paulino aquileiensi patriarchae, Arnoni episcopo Salisburgensi, Carolo regi et Erico duci. Monumenta Alcuiniana edid. Wattenbach et Dümmler. Berolini 1873, p. 283. 285. 301. 307. 311—18. 323. 325.

[1] „uuonomyro", puto loco „uuoiiomyro, uoiiomyr" i. e. vojomir, vojmir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 44. [2] Monachus s. Gallensis e relatione militis Adalberti, qui expeditionis contra Avaros particeps erat, describit „hringum" (Pertz: Script. II, 748). V. Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 737: „Ahd. hring, hrinc, nhd. Ring. Die Ringe oder Hage waren eine Art von Festungen bei den Avaren". [3] Vigurro. Ann. Tiliani. Princeps gentis chaganu s erat; alter, qui cum eo supremam potestatem dividebat, „iugur" dicebatur, post quos primores succedebant, quorum unus „tudun" erat. [4] De huius situ legitur in Einhardi annalibus (Pertz I, 183): „Pippinus autem Hunis trans Thizam fluuium fugatis, eorumque regia, quae, ut dictum est, hringus, a Langobardis autem campus vocatur, ex toto destructa, direptis pene omnibus Hunorum opibus. ad

patrem, Aquisgrani hiberna habentem, venit et spolia regni, quae secum detulit, eidem praesentavit". [5] Romanis „lacus Pelso, Peiso, Pelsois", nunc Balaton i. e. slav. блато. Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 465. Šafařik: slov. starožit. p. 53, 206, 409. [6] Romanis „Arrabo", nunc Raba. [7] M. Büdinger: Oesterr. Geschichte I, 67: „Tarchani werden die Grossen gedacht, wie noch heute im Mongolischen die Freiherren Tarchan heissen".

3.

A. 799.

Erichus, dux Foroiuliensis, ad Tarsaticam in Liburnia occiditur; eiusdem encomia.

Eodem anno gens Avarum a fide, quam promiserat, defecit. Et Ericus[1] dux Foroiulensis post tot prospere gestas res iuxta Tarsaticam Liburniae[2] civitatem insidiis oppidanorum oppressus est; et Geroldus comes, Baioariae praefectus, commisso contra Avares proelio, cecidit.

Annales Laurissenses. Pertz: Monumenta Germaniae historica. Scriptorum tom. I. p. 186. Hannoverae 1826. Cf. Annal. Tiliani ibid. I, 223.

(Karolus rex) cum toto exercitu suo ad Padrabrunnon accessit . . Accepit etiam tristem nuntium de Geroldi et Erici interitu, quorum alter, Geroldus videlicet, Baioariae praefectus, commisso cum Hunis proelio cecidit, alter vero, id est Ericus, post multa proelia et insignes victorias apud Tharsaticam, Liburniae civitatem, insidiis oppidanorum interceptus atque interfectus est.

Einhardi annales ibid. I, 187. Cf. Enhardi Fuldensis annales ibid. I, 352.

Duo tantum ex proceribus Francorum eo bello perierunt: Ericus dux Foroiulanus in Liburnia iuxta Tharsaticam, maritimam civitatem, insidiis oppidanorum interceptus; et Geroldus, Baioariae praefectus, in Pannonia cum contra Hunos praeliaturus aciem strueret incertum a quo, cum duobus tantum, qui eum obequitantem ac singulos hortantem comitabantur, interfectus est.

Einhardi vita Caroli c. 13. Pertz: Scr. Germ. II, 450. Ph. Jaffè: Monumenta Carolina. Berolini 1867. p. 520.

De vita Caroli auctore Einhardo v. W. Wattenbach op. cit. p. 150—3.

Italici vero fuerat dux limitis alter,
nomen habens Erichus, qui post bene plurima gesta
praelia, post crebro sumptos ex hoste triumphos,
oppugnare Liburnorum contenderat urbem
Tharsaticam, civesque loci quem robore semper
invictum novere, dolis ac fraude necarunt.

Poëtae Saxonis annalium de gestis Caroli M. lib. II p. 257 ibid.

Pertzius putat, auctorem poematis, quod res gestas iuxta Einhardi annales et Caroli vitam ab a. 771—814 canit, Agium fuisse, qui vitam Hathumodae, coevae abbatissae Gandersheimensis († 874) primae, descripsit. Wattenbach op. cit. I, 192—193.

De Erichi morte pervenerunt ad nos in duobus codicibus, Bernensi et Pariensi: „versus Paulini (patriarchae aquileiensis a 776—802) de Herico duce" (Einhardi Vita Karoli M. Pertz ed. III Hannoverae 1863, p. 37—9), e quibus hoc fragmentum tradimus:

Mecum Timavi[3] saxa novem flumina
fleté per novem fontes redundantia,
quae salsa gluttit unda ponti Jonici,
Istris Sausque, Tissa, Culpa, Marua,[4]
Natissa,[5] Corca,[6] gurgites Isontii.
Hericum mihi dulce nomen plangite
Sirmium, Polla, tellus Aquileiae,
Julii Forus, Cormonis rugalia,[7]
Rupes Osopi,[8] iuga Cenetensium,[9]
Astensis humus ploret et Albenganus.[10]
Nec tu cessare, de cuius confinio
est oriundus, urbs dives Argentea[11]
lugere multo gravique cum gemitu! . .
Barbaras gentes domuit sevissimas,
cingit quas Drauva, recludit Danubius,
celant quas iunco paludes Meotides,
Ponti coartat quas unda salsiflui,
Dalmatiarum quibus obstat terminus;
turres Stratonis,[12] limitis principium,
Scithiae metas Tratiae qui cardinem
a se sequestrat, utraque confinia
haec Austro reddit, haec refundit Boreae;
tendit ad portas quae dicuntur Caspiae.
Libicum[13] litus, quo redundant maria,
mons inimici Laurentus qui diceris,
vos super unquam imber ros nec pluvia

descendant; flores nec tellus purpureos
germinet, humus nec fructus triticeos,
ulmus nec vitem gemmato cum pampino
sustentet, uvas nec in ramis pendeat,
frondeat ficus sicco semper stipite,
ferat nec rubus malagranis punica,
promat irsutus nec globus castaneas,
ubi cecidit vir fortis in proelio
clipeo fracto, cruentata rumphea;
lanceae summo retunso nam iaculo,
sagittis fossum fundis saxa fortia
corpus iniecta contrivisse dicitur . . .

Inopinatus Erici et Geroldi decessus magnum apud Francos moerorem excitavit, uti apparet non modo ex hoc Paulini poëmate, verum etiam ex Alcuini litteris (Wattenbach et Dümmler: Monumenta Alcuiniana. p. 501, 505), scriptis mense octobri vel novembri eodem anno 799. Quarum una epistola Carolum regem consolatur; altera, Arnoni iuvaviensi praesuli directa, conqueritur: „Ecce, quomodo recesserunt subito viri fortissimi (sc. Erichus et Geroldus), qui terminos custodierunt etiam et dilataverunt christiani imperii. Non solum hoc damnum plangimus, sed maioris periculi signum timemus".

Duo hic loci observanda sunt: bellum contra Avaros et mors Erichi ducis. Vix enim Avari a. 796 devicti sunt, fidem Carolo datam mox fregerunt; Tudunus praeprimis „in promissa fidelitate diu manere noluit" (Annal. Einhardi ad a. 796). Quare Carolus a. 797 misit Pippinum regem item ducem Erichum in Hunniam" (Annal. alaman. 797, annal. Guelferbyt. 797. Pertz: Scr. Germ. I, 45. 48). Oppressi hostes miserunt circa finem anni legatos suos ad Caroli „castra super Wisuram et locum castrorum Heristeli" (Herstelle an der Weser), „qui legatos Hunnorum cum magnis muneribus ad se missos audivit et absolvit" (Einhardi annal. ad a. 797. Pertz I, 183). Sed iterum „Wandali mentiti sunt" (Annal. Alamann. ad a. 798). Nova itaque a. 799 expeditio suscepta est, in qua Baioariae dux Geroldus die 1 septembris occubuit, quin tamen propterea victoria de Avaris impedita esset (Einhardi vita Karoli M. c. 13. Pertz II, 451).

E Paulini in Erichum encomiis, si e licentia poëtica restringenda non sunt, deduci posset, eiusdem opera non modo Pannoniam, sirmiensem aeque ac saviensem, verum etiam Dalmatiam iam ante a. 799, adeoque intra 791—99 annos, Francorum dominio subditam fuisse. Id tamen certum esse videtur, Dalmatiae partem, Istriae contiguam, Liburniam videlicet, quae Chroatorum duci subdita erat (v. inf. nr. 21 ad a. 821), eotum iam Francorum ditioni paruisse. Post Erichi et Geroldi mortem facti sunt duces: Cadolaus (Cadolach) foroiuliensis, Gotterhammus (Gotram) baioaricus. E. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken des fränkischen Reiches unter den Karolingern. p. 8, 16.

[1] heiricus. [2] Tarsatica, Ταρσάτικα, Tharsaticum (Plin. Ptol. Itiner. Ant. Tab. Peuting. Geogr. Rav), nunc Trsat. [3] Timavus, Τίμαυος adhucdum Timavo, limes quondam Venetias inter et Istriam. [4] Cf. Mar(a)ua (Morava), Murius, Muora (Mura), Marisus, Marisia (Maroš). [5] Natiso, ὁ Νατίσων, Natissa, nunc Natisone, Natisa, qui penes Forum Julii et Aquileiam fluit. [6] Carcoras, Καρκορας nunc Krka, Gurk quondam ad Noviodunum (Videm) in Savum fluens. [7] ruga, platea, gall. rue, esse videtur; nunc Cormons. [8] nunc (Fortezza d') Osopo. [9] ad urbem Cenetam (Ceneda). [10] montes ad sinum ligusticum. [11] paulo post: „barbara lingua Stratiburgus (Strassburg) diceris". [12] Cf. Stratonae in Moesia. Tab. Peuting. Geogr. Rav. IV, 6. [13] „Liburnum legere malim; nam Liburno in litore Hericus occiderat". Nota editoris.

4.

A. 802—3.

Agitur de pace inter Francos et Graecos.

Anno 802. Herena imperatrix de Constantinopoli misit legatum, nomine Leonem, spatharium, propter pacem confirmandam inter Francos et Graecos; et imperator vicissim propter ipsum, absoluto illo, misit Jesse episcopum Ambianensem, et Helmgaudum comitem Constantinopolim, ut pacem cum ea statuerent.

Einhardi annales. Pertz. I, 190. Enhardi Fuldensis annales ib. I, 352.

Annales Fuldenses, a celebri huius nominis monasterio sic dicti, res gestas totius imperii ab a. 680—901, a diversis scriptoribs adnotatas, continent. Monachus Enhardus annales Einhardi post a. 829 continuavit usque ad a. 839. V. W. Wattenbach op. cit. I, 170—1.

Occupato a. 776 per Francos Langobardorum ducatu foroiuliensi, facti sunt iidem ad exarchatum Ravennatem et Istriam vicini orientali Romanorum imperio. Quoniam „erat semper Romanis et Graecis Francorum suspecta potentia" (Einhardi vita Karoli M. c. 13): collisio inter utrosque inevitabilis facta est. Dum a. 778 Mauricius episcopus e mandato papae Hadriani pensionem b. Petri in Histria exigeret, ipse a Graecis et Histriensibus excaecatus est, studere illum suspicantibus, ut Histriam in Caroli potestatem redigeret (V. epist. Hadriani I Carolo ap. Mansi: Conc. coll. XII, 773. Jaffè: regesta pont. rom. nr. 1859). Amicior relatio initiari videbatur, dum imperatrix Irene a. 781, missa ad Carolum legatione, eiusdem filiam Hrotrudem filio suo Constantino sponsam peteret (Theophan. chronographia p. 705 ed. Bonn.) Sed quum negotiatio, in longum protracta, demum a. 788 rumperetur (Einhardi annal. ad a. 788), mox inimicitiae inter Francos et Graecos ortae sunt, bellumque in Italia inferiori inchoatum. Dum Franci in Italia felici marte pugnarent (Muratori: Annali d'Italia ed. cit. III, 373 ss.), hac certe occasione Istriam quoque Graecis rapuerunt (v. supra p. 297); cui Carolus dedit ducem Joannem, subdens eum duci foroiuliensi. Francorum progressus Constantinus VI, qui mox oct. 790 thronum ascenderat, impedire minime potuit; sed nec mater eius Irene, quae iulio 797 a. imperii habenas arripuit, de recuperandis illis terris serio cogitare poterat.

Quare a. 798 legatos suos ad Carolum direxit, de qua legatione legitur (Annal. Lauriss. Pertz Script. I, 184. Einhardi annal. ibid. 185): „Rex (Karlus) in Franciam (ex Saxoniae parte inter Albiam ac Wisuram) regressus, cum Aquasgrani venisset, primo legatos Herenae imperatricis ad se de Constantinopoli missos audivit — nam Constantinus filius eius propter morum insolentiam a suis comprehensus et excaecatus est-quibus petentibus, Sissinium, fratrem Tarasii Constantinopolitani episcopi, olim in proelio captum domum redire permisit. Legati fuere Michael, cognomento Ganglianos, et Theofilus praesbyter de Blachernis". Interim Francorum potentia in dies crescebat: Liburnia, Pannoniaque ipsorum ditioni subiecta est; sique Dalmatia necdum eorundem dominio parebat, maximo certe periculo exposita fuit. Eiusmodi itaque rerum adiunctis obversantibus, de pace inter utrumque imperium agi coepit. Caroli legatis iniunctum praeterea erat, ut Irene imperatricis manum pro domino suo peterent.

Anno 803. Missi imperatoris de Constantinopoli reversi sunt; et venerunt cum eis legati Nicifori imperatoris, qui tunc rempublicam regebat — nam Herenam post adventum legationis Franciae deposuerunt[1] — quorum nomina fuerunt Michahel episcopus, Petrus abbas et Calistus candidatus. Qui venerunt ad imperatorem in Germania super fluvium Sala in loco qui dicitur Saltz,[2] et pactum faciendae pacis in scripto susceperunt. Et inde dimissi cum epistola imperatoris, Romam regressi atque Constantinopolim reversi sunt.

Venit quoque Fortunatus patriarcha (Gradensis) de Graecis, afferens secum inter caetera dona duas portas eburneas mirifico opere sculptas.[3]

Einhardi annales. Pertz I, 191. Enhardi Fuldensis annales ib. I, 353.

[1] die 31 octobris 802. [2] Königshofen. [3] Johannis chron. venet. Pertz: Mon. Germ. IX, 13: „(Johannem patriarcham, anno vigesimo tercio ducatus Johannis, ab eiusdem filio Mauricio interemptum) successit Fortunatus ad regendam ecclesiam... Prelibatus siquidem Fortunatus patriarcha acriter dolens interfectionem sui decessoris et parentis insidias adversus Mauricium et Johannem duces composuit et relicta sede et urbe ad Italiam perexit; quem etiam secutus est quidam tribunus, Obellierius nomine, Metaumacensis, Felix tribunus, Dimitrius, Marinianus seu Fuscarus Gregorii et nonnulli alii Veneticorum maiores. Ex quibus solus patriarcha in Franciam ivit. Ceteri vero remanserunt in quadam civitate non procul a Venetia, nomine Tarvisio; ibique non diutius degentes, consilio illorum amoniti, qui in Venetia morabantur, Obellierium tribunum ducem elegerunt (804)... Tunc hisdem Obelierius audacter Venetiam intravit; qui cum devote et honorifice a populo susceptus esset, suum fratrem, videlicet Beatum nomine, dignitatis fecit sibi socium.

5.

A. 803, mense augusto.

Carolus, pacificatâ Pannoniâ, orientalia imperii sui confinia ordinat.

(Carolus rex) ad Reganesburch veniens dispositis his, quae utilia videbantur esse, adventum exercitus de Pannonia redeuntis praestolabatur. Quibus reversis obviam illis ad Reganesburch venit. Ibi etiam cum illis Zodan princeps Pannoniae veniens imperatori se tradidit. Multi quoque Sclavi et Hunni in eodem conventu fuerunt, et se cum omnibus, quae possidebant, imperatoris dominio subdiderunt. Constitutisque omnibus utilitatibus, quae in illis partibus necessaria erant, per Alemanniam et per Wormatiam hiemis tempore ad Aquis palatium venit, ibique natale domini celebravit.

Einhardi annal. ad a. 803. Pertz: Mon. Germ. SS. I, 181.

Imperator (Carolus) autem pergit Baioariam; ibi venit legatio Avarorum; omnem terram imperii sui sub dicione imperatoris Karoli subdunt.

Annal. Lauriss. minores ad a. 802. ibid. I, 120.

Eo anno Pannonia cum finitimis regnis sub ditione imperatoris redacta est.

Annal. Lobienses ad a. 803. ibid. II, 195. Annales hi, a monasterio Lobbes (Laubach) sic dicti, ibidem post a. 960 compilati, atque usque ad a. 982 continuati sunt. W. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen. Aufl. III. Bd. I, S. 279.

Post victoriam a. 799 de Avaris in Pannonia relatam, terraeque novam subiugationem, tentarunt iidem iterum a. 802 pristinam libertatem revindicare: „Cadaloc et Goterhammus seu ceteri multi interfecti fuerunt ad castellum Guntionis" (Güns. Ita annal. s. Emmerami ad a. 802. Pertz: Script. I, 93). Sed anno sequenti (803) rebelles denuo devicti sunt. Hoc fuerat ultimum Avarorum de recuperanda libertate tentamen. Pannonia plene pacificata, novoque post Goterhammum Baioariae duci et pannonici limitis praefecto, Werinhario nomine[1], concredita est. Ea est opinio valde verisimilis, quod in conventu regensburgensi, cui non modo Avari verum etiam „multi Sclavi" intererant, orientalium confiniorum negotia definita fuerint (E. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken des fränkischen Reiches unter den Karolingern. S. 15 folg. Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 35). Si terrarum ambitus ad orientalem Baioariae plagam iam post a. 796 partim duci foroiuliensi, partim Baioariae praefecto ad gubernandum traditus fuisse supponitur, nunc certo, Avarorum resistentia penitus suppressa, ille, qui in subsequis documentis innuitur, ordo definitive constitutus est. Praefectus itaque Baioariae in marca orientali (Ostmark) et in Pannoniae intra Danubium et Dravum parte, dux vero foroiuliensis in Carinthia,

Istria, Liburnia, Dalmatia (omnino ab a. 805), atque Pannonia saviensi et sirmiensi regis vices obibat, habens subiectos sibi duces et comites singularum regionum, e quibus in Istria Joannes dux commemoratur (v. Andr. Danduli chronicon venet. ed. Muratori: Script. rer. ital. XII, 155, item supra p. 297. 303).

[4] De conversione Bogoariorum et Carentan. Pertz: Mon. Germ. SS. XI, 11: „Tunc primus ab imperatore constitutus est confinii comes Goterammus († 802) secundus Werinharius . . .“

6.

A. 804.

Donatus, Jaderae episcopus, et Beatus, Venetiarum dux, missi Byzantium ad pacem inter Carolum et Nicephorum promovendam. Translatio reliquiarum s. Anastasiae Byzantio Jaderam.

Anno Dominicae Incarnationis DCCCIV. regnantibus in orbe duobus imperatoribus Nicephoro Constantinopolitano,[1] Carolo vero Galliae. Et ideo inter eos orta est magna dissensio, quoniam fortuna regni imperialis impatiens est consortis, ut pene eorum duorum imperatorum dissensione totus mundus periclitaretur. Nec hoc mirum cuilibet videtur, quippe quia nulla fides est regni sociis, et omnis potestas impatiens est consortis, ut in hoc exemplo, et in multis aliis ostenditur. Legimus nempe, ob id Saul persecutum fuisse David; Absalon quoque novimus eundem genitorem suum persecutum fuisse; multos etiam reges et imperatores hujus rei causa occisos audivimus. Potest et hoc etiam ipsa Roma, cum adhuc parvum asylum esset, nobis praeferre exemplum. Romulus occidit fratrem suum Remum, a quo postea Roma dicta est, ut ille nobilissimus poëta ait: „Fraterno primi maduerunt sanguine muri“.

Causam igitur tantae discordiae non sine divina dispositione evenisse credimus, cum scriptum sit: „nihil in terra sine causa“; sed propterea, ut hi duo viri religiosi atque sanctissimi, videlicet Donatus Jadrae urbis praesul et Benenatus[2] Venetiarum dux, tum quia legati pacis a Carolo, tum quia ecclesiarum et omnium fidelium nuntii pacis fuerunt, Constantinopolim devenirent, et pretiosum thesaurum, nulli gemmarum vel auri pretiosi thesauro comparabilem, corpus scilicet beatae virginis et martyris Anastasiae invenirent, quod tamen inventum primo sic est.

Apollonia femina christianissima in quodam suo viridario extruxerat illi basilicam post passionem ejus, et ibi, ut decuit, martyrem in marmorea tumba cum aromatibus recondidit. Post multum vero

temporis, multis jam elabentibus annis, peccatis nimiis imminentibus Sirmiae[3] civitati, in qua corpus praelibatae virginis et martyris (ut supra diximus) fuerat martyrizatum et reconditum, a barbaris obsessa et diu expugnata, tandem destructa est.[4] Adsunt quidam viri christianissimi ac verae religionis, nolentes margaritas, videlicet sanctissimum corpus supradictae virginis et martyris Anastasiae, relinquere inter porcos, ut ab illis conculcatum vilesceret, secum tollentes Constantinopolim deferunt, et timentes ne furtive eis sublatum fuisset, absconderunt illud.[5]

Sed quia diu latere non potuit, adveniunt nuntii pacis, adveniunt amatores verae pacis, quae est Christus, sic enim de eo scriptum est: „Ipse est pax vera viventium; adveniunt equidem Donatus archipraesul Jadrae, et Benenatus Venetiarum dux, adveniunt pacem ferentes. Quare non sine causa hi duo pacis verba referunt (ipsa enim quippe nominum suorum explicatio notat, si diligenter inquiras); deum plus quam seipsos diligentes, et proximum tamquam seipsos amantes, pacis nuntii mittuntur. Quibus praenominati viri Sirmites[6] divina providentia adhaeserant, et qui essent, et qualiter Constantinopolim devenissent, et sicut sanctissimum corpus beatae Anastasiae virginis et martyris de Sirmia[7] civitate secum detulissent, omnia narrant, petentes secum velle in Dalmatiam pergere; tandem gratanter et honestissime ab eis suscepti sunt.[8]

Cumque Donatus sanctissimus archipraesul ac Benenatus dux coeptum opus, ad quod missi fuerant, diligentissime peregissent, vento succedente secundo, una cum supra dictis viris et sanctissimo corpore praefatae virginis et martyris Anastasiae ad propria remeare coeperunt. Attamen navigantes, cum saepissime insulis, villis, oppidis, et civitatibus applicantes, in eas descendissent causa recreationis humanae: audiebant daemones circumquaque per aëra ululantes. Alii clamabant dicentes: „Ecce martyr Anastasia venit; ecce venit Christi martyr"; alii autem quasi puerili voce stridentes clamabant: „O martyr Christi, Anastasia, ad quid venisti torquere nos; quid tibi et nobis? abi hinc, recede a nobis!" Ad cuius spectaculum omnes cucurrerunt, et multi a daemonibus obsessi, vincti catenis ferreis, ad eam ducti liberabantur, leprosi mundabantur, paralytici curabantur, caecis reddebat visum, surdis auditum, claudis gressum, mancis vero dexteram; et quicumque habebant infirmos, variis languoribus detentos, ducebant eos et sanabantur. Sic quoque per singulas provincias corpus beatae virginis et martyris, domino nostro Jesu Christo concedente, operabatur.

*

Tandem deo duce prosperis ventis Jaderam devenerunt. Cumque apud eandem civitatem devenissent, Benenatus dux, quoniam vir prudens erat et praepotens, magna cum vi nitebatur pretiosissimum corpus praenarratae virginis et martyris secum Venetias asportare. Donatus vero archipraesul e converso nitebatur similiter retinere illud, ac summa cum veneratione Jadram introducere. Quibus diu altercantibus, permissum est duci; cui cum permissum foret ab hominibus, denegatum est sibi a deo. Qui cum navigare coepisset, subito sub coeli serenitate et maris ac temporis tranquillitate orta est tempestas valida; aër namque turbatur, aequor tumet, ventus adversatur, navis vero huc atque illuc ventis ac fluctibus agitatur. Benenatus autem dux expectans temporis et maris tranquillitatem, saepissime conatus est una cum sanctissimo corpore transfretare. Qui cum hoc sibi divinitus denegatum fore cognovisset, tandem, licet invitus, Donato archipraesuli sanctissimo et cuncto clero et populo Jadrensi habendum permisit.

Ad tantum vero miraculum omnis concurrit aetas, omnisque sexus, omnis conditio exultat animo, manibus plaudunt, vocibus clamant, laudibus resonant dicentes: „Gloria tibi, domine! gloria tibi, domine!“ Cumque diu multumque in dei laudem et beatissimae virginis acclamatum fuisset, tandem populus acquievit. Navis vero in qua corpus sanctae virginis martyris Anastasiae erat, nemine cogente, sed ipsamet quasi levi quodam volatu ad portum Jadrae usque pervenit, ad portam, quae est iuxta ecclesiam s. Georgii martyris. Archipraesul vero Donatus quasi paratus ad celebrandum missam, una cum clericis, monachis, sanctimonialibus, ac ceteris viris religiosis, sequentibus vero militibus, cum praefato Benenato duce Venetiarum, cantantes et psallentes ac summis laudibus venerantes corpus beatissimae virginis et martyris Anastasiae per supra dictam portam in civitatem introducentes, ad ecclesiam beati Petri, ubi archipraesulis et nunc est sedes, perduxerunt, ibique multa cum veneratione diu noctuque custodierunt, donec illi aedem et aram, ubi illud conderent, praepararent.

Interim autem multas ibidem, domino cooperante, beatissima virgo et martyr Anastasia virtutes operata est. Sed quanti caeci illuminati, quanti paralytici curati, quanti a daemonibus liberati, nec lingua promere sufficit, nec intellectus capere potest.

Cives vero Jadrenses basilicam beati Petri, in qua supra dictum corpus beatissimae virginis et martyris Anastasiae depositum extat, in aede sibi apostolico decreto dicata condiderunt; quae de cetero

basilica s. Anastasiae virginis et martyris vocaretur.[9] Qui supradicti cives alii agris, alii vineis, alii insulis, alii villulis ditaverunt.

Nec tam grande miraculum praetermittere volumus praeteritis temporibus. Cum enim cum beato corpore per dictam portam civitatis ingressi essent, accidit, ut quidam incaute veniens per eamdem portam transiret, qui mox corruens in terram ante ipsam portam expiravit. Cives autem viso tanto miraculo, timore perterriti, statim ipsam portam firmissimo muro obstruxerunt, ut nullus amplius per eam neque aditum neque exitum habere posset, quae usque hodie clausa est et semper usque in finem saeculorum non aperietur.

Postquam vero praedicti cives domicilium et aram parassent, suisque propriis rebus mobilibus et immobilibus perbene ditassent, Donatus sanctissimus summa cum veneratione, ut decet praesulem, et animi devotione, clero et populo cantantibus et psallentibus, pretiosissimum corpus beatae virginis et martyris Anastasiae nitidissimo loco quinto nonas octobris recondidit; ubi nunc multa per eandem virginem praestantur beneficia, regnante domino nostro Jesu Christo, cuius est honor et gloria per infinita saecula saeculorum.. Amen.

Historia translationis s. Anastasiae. Farlati: Illyr. sacr. V, 34. 35.

Haec historia olim in ecclesia cathedrali Jaderae, cum anniversaria translationis s. Anastasiae commemoratio (25 septembris) celebrabatur, recitari solebat. Historia quoad formam recentior quidem est, quoad rem vero perantiquo documento innititur, cuius nucleus in hoc consistebat: Dum Donatus, episcopus Jaderae, cum Beato, Venetiarum duce, Byzantii ad promovendum inter Carolum et Nicephorum pacis negotium versaretur, beatae Anastasiae corpus, quod a. 457. Sirmio delatum in ecclesia eidem dicata reconditum erat, dono obtinuit; illudque secum Jaderam transtulit, ubi magno cum honore in cathedrali s. Petri ecclesia, quae deinde s. Anastasiae nomen nacta est, deponitur. Haec brevis translationis narratio postmodum variis adiunctis verborumque pompa adaucta est.

Quod vero tempus attinet, illud etiam in hoc recentiori documento recte exhibitum, neque annum 804 ad 811 revocandum esse ut Farlati (ibid. p 35) opinatur, subsequis eventuum adiunctis innixi putamus.

[1] Ab a. 802, m. nov. usque ad 25 iulii 811. [2] i. e. Beatus. [3] Male „Smyrnae“, recentiorisque librarii errorem putamus. Anastasia virgo Romana, nata Praetextati et Flaviae, a viro suo Publio, idolorum cultore in arctissimam custodiam inclusa. Viro mortuo Româ Aquileiam, dein Thessalonicam ac tandem Sirmium discessit. Hic a Diocletiano traditur Floro praefecto Illyrici, a quo ad mortem damnata, 8 kal. Januarii a. 390 martyrii palmam adepta est. Sepelitur Syrmii in horto matronae Apolloniae, a qua dein templum eidem ibi excitatur. Actas. Anastasiae. V. Farlati I, 427—31. V, 32—33. [4] Quum reliquiae a. 457

Byzantium Sirmio translatae sint, urbis huius per Hunnos occupatio translationi causam et ansam dare debuit. Cf. Prisci: Excerpta de legat. p. 57 ed Paris. [5] Non primum saec. IX initio sed iam a. 457 allatas fuisse s. Anastasiae reliquias Byzantium, testatur etiam Georgius Cedrenus: Historiarum compendium ed. Bonn. I, 608 his verbis: „τούτῳ τῷ ἔτει ἠνέχθη τὸ λείψανον τῆς ἁγίας μάρτυρος Ἀναστασίας ἀπὸ τοῦ Σερμίου, καὶ κατετέθη ἐν τῷ ναῷ αὐτῆς ἐν τοῖς Δομνίνου ἐμβόλοις". Ab Anastasia syrmiensi distinguitur Nicomediensis huius nominis virgo, cuius reliquiae etiam delatae sunt Byzantium a. 473. V. ibid. I, 614. Illico extructum fuit s. Anastasiae sirmiensi templum, quod post quatuor annos (461) igne ferre consumptum fuisset. Ibid. I, 610. [6] male „Smyrnites". [7] male „Smyrna". [8] Auctor „translationis" confundens tempora viros, qui reliquias s. Anastasiae Byzantium detulerunt, quod a. 457 factum erat, cum Donato et Beato in commercium adducit. [9] Eius fit memoria in testamento Andreae prioris a. 918, item in charta securitatis Sergii a. 1036. v. acta nr. 13 et 35. p. 18. 44. tum apud Constant. porph. de adm. imp. c. 29, p. 139 ed. Bonn.

7.

A. 805.

Veneti destinant classem in Dalmatiam.

Praedicti duces (Obelierius et Beatus) navalem exercitum ad Dalmaciarum provinciam depopulandam destinaverunt.

Johannis chronicon venetum. Pertz: Mon. Germ. Script. VII, 14.

Expeditio haec, quam ratione eventuum subsequorum ad a. 805 referimus, eo fine procul dubio suscepta est, ut Dalmatiae urbes, quae orientalis Romanorum imperii dominium agnoverant, ab eodem avertat atque ad Francorum dominium, cui Veneti quoque se eotum subdiderant, agnoscendum moveat.

8.

A. 805, ad finem.

Dalmatarum legati apud Carolum, qui res Dalmatiae et Venetiae ordinat.

(Karlus imperator ad hiemandum in Theodonis villa[1] palatio suo consedit . . celebravitque ibi natalem domini). Statim post natalem domini venerunt Willeri[2] et Beatus, duces Venetiae, nec non et Paulus dux Jaderae, atque Donatus eiusdem civitatis episcopus, legati Dalmatarum,[3] ad praesentiam imperatoris cum magnis donis. Et facta est ibi ordinatio ab imperatore de ducibus et populis tam Venetiae quam Dalmatiae.

Einhardi annales. Pertz: Mon. Germ. SS. I, 193.

Hic loci de Dalmatis, qui Romanis parebant, agi, non vero de veteris

Dalmatiae parte chroatica, textus ipse docet. Paulus, qui „dux Jaderae“ dicitur, in eandem verisimiliter devenit ad ducem foroiuliensem relationem, in qua v. c. Istriae dux erat.

[1] Thionville, Diedenhofen. [2] wilharius i. e. Obellierius, dux Venetiarum una cum socio fratre Beato. [3] dalmatiarum i. e. Dalmatiae urbium.

9.

A. 806.

Graeci Dalmatiam recuperare student.

Classis a Niciforo imperatore, cui Niceta patricius praeerat, ad recuperandam Dalmatiam mittitur.

Einhardi annal. ad a. 806. Ibid.

Post aliquod vero tempus Fortunatus patriarcha cum Christophoro episcopo (Olivolensi) de Francia repedavit.[1] Quibus cum fas non esset Veneciam penetrare, in sancti Cipriani ecclesia, plebe scilicet Altinatis episcopii, quae scita est apud Mistrinam (Mestre), ospitati et aliquam diu commorati sunt . . . Igitur Fortunatus patriarcha cum per aliquanta temporum spacia exul a propria sede maneret, Gradensem disposuit reciprocare urbem. Et quia valde Nicetae patricii adventum praestolari formidabat, qui tunc missus ab imperatore cum exercitu in partes Dalmaciarum atque Veneciarum veniebat, relicta sede et propria urbe, iterum Franciam petiit.[2]

Johannis: Chronicon venetum. Pertz IX, 14. Vide Andreae Danduli chronicon venetum ap. Muratori: Script. rer. ital. XII, 257.

[1] V. supr. p. 304. [2] Exstat epistola papae Leonis III ad Carolum (Mansi XIII, 975) a. 806, qua papa assentitur, ut Fortunato archiepiscopo Gradensi, a Graecis Venetisque pulso, ecclesia Polana (in Istria) tribuatur ea lege, ut si quando veterem ecclesiam receperit, Polanam dimittat.

10.

A. 807.

Veneti ad fidem erga orientale Romanorum imperium reducuntur.

Niceta patricius, qui cum classe constantinopolitana sedebat in Venetia, pace facta cum Pippino rege, et indutiis usque ad mensem Augustum constitutis, statione soluta Constantinopolim regressus est.

Einhardi annales Pertz. I, 194.

Obelierius siquidem dux per Nicetam patricium spatharii honorem suscepit. Beatus vero frater eius, cum predicto Niceta Constantino-

polim ivit, secumque deferens Veneticorum obsides et Christophorum episcopum et Felicem tribunum.

Johannis chron. venet. Pertz Script. VII, 14. Andr. Danduli chron. ed. cit. XII, 257.

11.

A. 809.

Dalmatae reducuntur sub orientalis imperii dominium.

Classis de Constantinopoli missa primo Dalmatiam[1] deinde Veneciam appulit; cumque ibi hiemaret, pars eius Comiaclum[2] insulam accessit, commissoque proelio contra praesidium quod in ea dispositum erat, victa atque fugata Veneciam recessit. Dux autem qui classi praeerat, nomine Paulus, cum de pace inter Francos et Graecos constituenda, quasi sibi hoc esset iniunctum, apud Pippinum Italiae regem agere moliretur, Wilhareno[3] et Beato[4] Venetiae ducibus, omnes inchoatus eius impedientibus, atque ipsi etiam insidias parantibus, cognita illorum fraude, discessit.

Einhardi annales. Pertz I, 196.

[1] Dalmatas, si non iam cum Venetis a. 807, hac certe occasione ad Romanorum fidem rediisse, deducucitur e narratione nri seq. [2] Comacchio, ubi erat Francorum praesidium. [3] Wilhario i. e. Obelerio. [4] Johannis chron. venet. ed. cit. p. 14: „Tunc Beatus dux, qui cum Niceta patricio Constantinopolim ivit, in Veneciam reversus, ab imperatore honore ypati (ὕπατος) condecoratus est".

12.

A. 810.

Franci, subiecta sibi iterum Venetia, Dalmatiam recuperare student. Pax inter Carolum et Nicephorum, qua huic Venetia ceditur.

Interea Pippinus rex, perfidia ducum Veneticorum incitatus, Veneciam bello terraque marique iussit appetere, subiectaque Venecia ac ducibus eius in deditionem acceptis, eandem classem ad Dalmaciae litora vastanda misit. Sed cum Paulus, Cefalaniae praefectus, cum orientali classe ad auxilium Dalmatis ferendum adventaret, regia classis ad propria regreditur.

Sed dum imperator (Karlus) in memorato loco (iuxta confluentem eius, Alarae fluvii, quo Wisurae flumini coniungitur) stativa haberet, diversarum rerum nuntii ad eum deferuntur . . (Pippinum filium eius, regem Italiae, 8 Idus Jul. de corpore migrasse; duasque

legationes de diversis terrarum partibus, unam de Constantinopoli alteram de Corduba, pacis faciendae causa adventare narratur.)

Imperator Aquasgrani veniens mense Octobrio, memoratas legationes audivit, pacemque cum Niciforo imperatore et cum Abulaz rege Hispaniae fecit. Nam Niciforo Venetiam reddidit . . .

Einhardi annales Pertz I, 197. 198. Enhardi Fuldensis annales ibid. I, 355.

Praeter Venetiam Dalmatiae quoque urbes ad imperii orientalis ius pertinere hac occasione agnitum fuisse, e claris Einhardi verbis (v. infra nr. 16, p. 315) deducere licet.

Interea foedus, quod Veneticorum populus olym cum Italico rege habebat, illo tempore, Pipino agente rege disruptum est, et hisdem rex ingentem exercitum Langobardorum ad Veneticorum provinciam capiendam promovit. Qui cum magna difficultate portus, qui dividunt insularum littora, pertransisset, tandem ad quendam locum, qui Albiola vocatur, pervenit, nulla ratione inantea pertendere gressum valuit. Ibique duces, stipati magna Veneticorum expeditione eundem regem audacter aggressi sunt; et divinitus datum est veneticis de inimicis triumphum; sicque predictus rex confusus recessit . . . Igitur anno incarnacionis redemptoris nostri (810) Pipinus rex deposuit hominem; et Constantinopolitani missi, qui tunc ad eum legationis causa veniebant, mortuo ipso reversi sunt.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 14—15. A. Danduli: chron. venet. ed. Muratori XII, 258. Cf. Constant. porphyr. de adm. imp. c. 28, p. 123—4 ed. Bonn.

13.

Anno 811.

Carolus legationem mittit ad Nicephorum „pacis confirmandae gratia“. Beatus, nuper dux Venetiarum (804—9), exul Jaderam petit.

Absoluto atque dimisso Arsafio spathario — hoc erat nomen legato Nicifori imperatoris — eiusdem pacis confirmandae gratia legati Constantinopolim ab imperatore mittuntur, Haido[1] episcopus Baslensis[2] et Hugus comes Toronicus et Aio Langobardus de Foroiulii,[3] et cum eis Leo quidam spatharius, natione Siculus, et Willeri, dux Veneticorum, quorum alter ante annos decem Romae ad imperatorem, cum ibi esset, de Sicilia profugit, et redire volens. patriam remittitur; alter propter perfidiam honore spoliatus, Constantinopolim ad dominum suum duci iubetur.

Einhardi annales Pertz I, 198. Enhardi Fuldensis annales ib. I, 355,

Hac quidem tempestate nuntius Constantinopolitanus nomine Ebersapius Venetiam adivit, et Veneticorum consilio et virtute hoc peregit, ut utrique duces et dignitatem et patriam amitterent. Unus, id est Obelierius, Constantinopolim, alter vero (i. e. Beatus) Jateram petiit, qui quinque annorum spacio Veneticorum ducatum gubernaverunt. Deinde cum essent anni ab incarnatione domini 8(13) apud Rivoaltensem insulam Venetici communi decreto ducatus sedem habere maluerunt, et ad hunc honorem quendam virum Agnellum[4] nomine, qui palatii hucusque manentis fuerat fabricator, sublimarunt.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 15. A. Danduli chronicon ed Muratori XII, 159.

[1] Hatto. [2] basilensis. [3] Enhardi Fuld. annales: „de Aquileia". [4] Angelus, Heracliana Particiacorum familia ortus.

14.

Anno 812.

Aquisgrani pax inter Carolum et Michaelem I statuitur.

Niciforus imperator post multas et insignes victorias in Moesia provincia commisso cum Bulgaris proelio moritur,[1] et Michahel gener eius imperator factus[2] legatos imperatoris Karli, qui ad Niciforum missi fuerunt, in Constantinopoli suscepit, et Arsafium atque Theognostum protospatharios (misit) et per eos pacem a Niciforo inceptam confirmavit. Nam Aquisgrani, ubi ad imperatorem venerunt, scriptum pacti ab eo in ecclesia suscipientes more suo, id est Graeca lingua, laudes ei dixerunt, imperatorem eum et basileum appellantes, et revertendo Romam venientes in basilica sancti Petri apostoli eundem pacti seu foederis libellum a Leone papa denuo susceperunt.

Einhardi annal. Pertz I, 199. Enhardi Fuld. annales ibid. I, 355.

[1] Die 25 iulii 811 in pugna cum Bulgarorum principe Crumo. Theophanes: chronographia p. 764 ed. Bonn. [2] Post Stauracii imperium breve a 26 iulii usque ad 2 octobris 811.

15.

Anno 813.

Legati Caroli Byzantium petunt confirmandae pacis causa.

Imperator Aquisgrani hiemavit et incipiente verni temperie Amalharium Treverensem episcopum et Petrum abbatem monasterii Nonantulas propter pacem cum Michaele imperatore confirmandam

Constantinopolim misit . . . At Michael imperator, Bulgaros bello adpetens, haud prosperis successibus utitur, ac proinde domum reversus, deposito diademate, monachus efficitur;[1] in cuius locum Leo, Bardae patricii filius, imperator constituitur.

Einhardi annal. Pertz I, 200. Enhardi Fuld. annales ib. I, 355.

[1] Bellum, quod hic innuitur, a mense Julio a. 812 sorte infelici gestum est. Exercitus orientis Leonem proclamat imperatorem, qui die 10 Julii 813 a. Byzantium solemniter ingreditur. V. Theophanis chronograph. p. 768 ed Bonn item epist. Leonis III Carolo augusto de 25 nov. 813 ap. Mansi: Conc. coll XIII, 967.

16.

Pannonia superior et inferior, Histria, Liburnia et Dalmatia, exceptis maritimis civitatibus, Caroli imperio parent.

(Karolus) regnum Francorum, quod post patrem Pippinum magnum quidem et forte susceperat, ita nobiliter ampliavit, ut poene duplum illi adiecerit . . . Postquam (Saxoniam), utramque Pannoniam, et adpositam in altera Danubii ripa Datiam, Histriam quoque et Liburniam atque Dalmatiam, exceptis maritimis civitatibus, quas ob amicitiam et iunctum cum eo foedus Constantinopolitanum imperatorem habere permisit; deinde omnes barbaras ac feras nationes, quae inter Rhenum ac Visulam fluvios oceanumque ac Danubium positae, lingua quidem paene similes, moribus vero atque habitu valde dissimiles, Germaniam incolunt, ita perdomuit, ut eas tributarias efficeret. Inter quas fere praecipuae sunt Welatabi (Wilzi), Sorabi, Abodriti, Boemanni . . .

Einhardi vita Karoli M. c. 15. Pertz II, 451. Ph. Jaffè: Monumenta Carolina. Berolini 1867, p. 522.

In Dalmatia eximuntur tantum urbes maritimae, adeoque Jadera, Tragurium, Spalatum et Ragusium, quae Francorum dominio brevi tempore subditae, pacis conventione orientis imperio restitutae sunt. Ceteram vero, eamque maiorem Dalmatiae partem, quam scilicet Chroati tenebant, conventio illa non spectabat.

Pannonias etiam victor[1] subiecit utrasque
His cum vicinis urbibus innumeris.
Arva Liburnorum, vel que vocitantur ab Histro,
Nec non Dalmatiam subdidit et Daciam.
Sclavorum populos censum sibi solvere fecit
Plures, quam quisquam dinumerare queat.

Poëta Saxo: Annal. de gestis Caroli m. lib. IV. Pertz I, 270. Ph. Jaffè: Monumenta Carolina. Berolini 1867. p. 611—12.

[1] i. e. Carolus magnus.

17.

A. 814—15.

Pactum inter Ludovicum Francorum regem et Leonem V Graecorum imperatorem. Slavorum orientalium, inter hos pannoniensium et Dalmatinorum Chroatorum negotia, Padebornae ordinantur.

Anno 814. (Post obitum imperatoris Karli, 5 kal. Februarii, Hludowicus filius eius, tricesimo die Aquisgrani venit, et ad suscepti regni administrationem cura conversa) primo legationes gentium, quae ad patrem venerant, auditas absolvit . . . Inter quas praecipua fuit legatio de Constantinopoli directa. Nam Leo imperator, qui Michaeli successerat, dimisso Amalhario episcopo et Petro abbate, qui ad Michaelem quidem missi ad se tamen venerunt, legatos suos, Christophorum spatharium et Gregorium diaconem, cum eis ad domnum Karlum, et per eos descriptionem et confirmationem pacti ac foederis misit. Quibus susceptis atque dimissis domnus Hludowicus legatos suos, Nordbertum Regiensem episcopum et Richowinum Patavinum comitem, ad Leonem imperatorem ob renovandam secum amicitiam et praedictum pactum confirmandum direxit.

Einhardi annales. ed. Pertz I, p. 201.

A. 815. Ipse enim (imperator) tunc temporis in loco, qui dicitur Padrabrunno, generalem populi sui conventum habebat. Ibi ad eum omnes orientalium Sclavorum[1] primores et legati venerunt. Sed antequam illuc veniret, id est cum adhuc domi esset, adlatum est ei, quosdam de primoribus Romanorum ad interficiendum Leonem papam in ipsa urbe Roma conspirasse, ac deinde, cum huius causae indicium ad pontificem esset delatum, omnes illius factionis auctores ipsius iussu fuisse tracidatos. Quod cum moleste ferret, ordinatis tunc Sclavorum et Herioldi rebus, ipsoque in Saxonia dimisso, cum ad Franconofurd palatium venisset, Bernhardum regem Italiae, nepotem suum, qui et ipse cum eo in Saxonia fuerat, ad cognoscendum quod nunciabatur Romam mittit . . . .

Nordbertus episcopus et Richoinus comes de Constantinopoli regressi descriptionem pacti, quam imperator Leo ipsis dederat, detulerunt.

Einhardi annal. ad a. 815. Pertz I, 202.

[1] V. nr. 19 ad. a. 817, item nr. 21 ad a. 820, ubi Liudevit, qui secus „interioris Pannoniae“ dux dicitur, „orientalium Sclavorum“ dux quoque appellatur. Quare illo nomine etiam pannoniensium Slavenorum et Dalmatiae Chroatorum „primores et legatos“ comprehendi putamus.

18.

A. 817.

Controversia de limitibus inter Chroatos et romanas Dalmatiae urbes. Cadolaus, foroiuliensis limitis, Chroatiam quoque comprehendentis, praefectus (799—819 a.).

Quo (Aquisgranum) cum (Hludowicus ad hiemandum) pervenisset, legatum Leonis imperatoris de Constantinopoli pro Dalmatinorum causa missum, Niciforum nomine, suscepit, quem etiam, quia Cadolah,[1] ad quem illorum confiniorum cura pertinebat, non aderat, et tamen brevi venturus putabatur, adventum illius iussit opperiri. Quo veniente, ratio inter eum et legatum imperatoris de quaestionibus, quas idem detulit, habita est; et quia res ad plurimos et Romanos et Slavos pertinebat, neque sine illorum praesentia finiri posse videbatur, illo decernenda differtur, missusque ad hoc cum Cadolane[2] et praedicto legato in Dalmatiam Albgarius,[3] Unrochi[4] nepos.

(Hludovicus vicesima post feriam quintam, qua coena domini celebratur, die Noviomagum profectus venatu sese exercebat; unde reversus generalem populi sui conventum Aquisgrani more solito habuit). Conventu peracto, cum Vosegi saltum venandi gratia peteret, obvios habuit legatos Leonis imperatoris, quos cum in Ingilenheim palatio iuxta Mogon-

In eo etiam commorans palatio (Aquisgrani), ad se venientem missum (Hludovicus) suscepit Leonis Constantinopolitani imperatoris, nomine Niciforum. Legatio autem, excoepta amicitia et sotietate, erat de finibus Dalmatorum Romanorum et Slavorum. Et quia nec hi praesentes erant nec Chadalo finium praefectus, neque sine illis haec dirimi poterant, missus est in Dalmatiam ad haec pacificanda et componenda Albagarius[5] cum Chadalo, eorundem finium principe.

Vita Hludowici imp. c. 27. Pertz Mon. Germ. SS. II, 621.

Vita haec, diversa a vita eiusdem Ludovici, cuius res gestas usque ad a. 835 refert, quaeve eo adhuc vivente a Thegano, Trevirorum chorepiscopo, exarata est (Pertz: MG. SS. II, 585—604), opus est incerti cuiusdam auctoris, aulici quidem sacerdotis, mox post imperatoris obitum elucubratum. W. Wattenbach op. cit. I, 157—8.

tiacum civitatem audisset, ac legationem eorum non aliam esse, nisi quam Niciforus eiusdem imperatoris legatus proxime adtulerat, comperisset, celeriter absolutos dimisit, et quo tendebat proficiscitur.

Einhardi annal. ed. Pertz I, 203, 204. Cf. Enhardi Fuld. annales ibid. I, 356.

Nomine Slavorum hicce Chroatos Dalmatiae, qui eiusdem urbibus, imperii orientalis dominium agnoscentibus, vicini erant, subintelligendos esse, contextus ipse docet. Inde porro deducitur, Chroatos eotum supremo Francorum dominio subiectos fuisse, Dalmatiaeque Chroatiam ad terras foroiuliensis confinii spectasse.

[1] cadolaus, cadolachus, cadolah. [2] Cadolach, kadolone, cadolone, cadelane. [3] Abgarius, albigarius. [4] Mirochi. [5] ablagarius.

19.

A. 817, Julio. Aquisgrani.

Ludovicus imperator dividendo imperium inter filios suos, Hlotharium, Pippinum et Ludovicum, huic Chroatorum et pannonensium Slavenorum terras adiudicat.

Item Hludovicus volumus ut habeat Baioariam et Carentanos et Beheimos et Avaros,[1] atque Sclavos qui ab orientali parte Baioariae sunt.

Divisio imperii a. 817 e codice olim Colbertino dein bibl. reg. Paris nr. 2718 saec. IX Baluzius tum Pertzius: Mon. Germ. Legum tom. I, p. 198.

Sub Slavis, qui ab orientali parte Baioariae sunt, etiam Slavenos pannonienses (v. infra nr. 21 ad a. 820) et Chroatos Dalmatiae comprehendi, eventuum, qui sequuntur, series comprobat.

[1] Suppresso a. 803 Avarorum motu, (v. p. 305.) potentia eorum ita rapide defecit, ut cacanus, cui in baptismo Theodori nomen datum erat, a. 805 a Carolo Aquisgrani postularet dari „sibi locum ad habitandum inter Sabariam et Carnuntum, quia propter infestationem Sclavorum in pristinis sedibus esse non poterat“ (Einhardi annal. Pertz I, 142). Theodoro mox demortuo, successor eius super Fischa fluvium (infra Vindobonam) die 21 septembris 805 sacro fonte ablutus Abraham dictus est. Qui ab imperatore dari sibi petiit „summam totius regni iuxta priscum eorum ritum“. (Id. ibid.) Verum Slavorum in Pannonia vires adeo creverunt, atque cum Avaris lites adeo augebantur, ut a. 811 armata nonnisi manu dirimi potuerint (Idem ad a. 811. Pertz I, 199), „Locus, in quo regia kagani erat, ita desertus, ut nec vestigium quidem in eo humanae habitationis appareat“. (Einhardi vita Karoli M. C. 13). Avarorum de cetero nomine hic orientalis marca (Ostmark) et Pannonia subintelligenda est. Dümmler: Geschichte des Ostfränkischen Reiches. I, 30.

20.

Anno 817.

Joannes, Angeli Participaci Venetiarum ducis filius, Jaderâ in Dalmatia, ubi exulabat, primum in Chroatiam, dein in Italiam profugit.

Prelibatus siquidem Agnellus dux (Veneticorum),[1] cum duos haberet natos, unus illorum, id est Justinianus, Constantinopolim destinavit; quem imperator[2] honorifice suscipiens, ipati honorem sibi largivit; alterum vero, id est Joannes, ducem fieri promovit. Dehinc autem non post longum tempus Justinianus, imperatoris ipatus, Constantinopoli ad propria repedavit, dolensque fratrem suum in honore fastigiatum, contempsit adire palatium, sed in sancti Severi ecclesia una cum sua coniuge hospitatus est. Pater namque eius non diu filii molestationem et absentiam passus fuit, quoniam valde illum diligebat. Interdixit honorem Johanni, et expulso a patria, apud Jateram civitatem exilio retrusus est. Tunc satisfacere per omnia voluit Justiniano suo filio, non solum ipsum sed etiam Agnellum suum nepotum, eiusdem Justiniani natum, consortem sui fecit ducatus. Unde factum est, ut Johannes, qui apud Jateram exulabat, fuga lapsus primum Sclaveniam,[3] deinde ad Italiam ad Bergami civitatem pervenit. Interea pater et frater hoc audientes, miserunt nuncios imperatori Ludovico,[4] efflagitantes ut sibi redderet filium fuga lapsum. Imperator vero libenter illorum precibus obtemperans, reddidit sibi fugitivum; quem absque mora Constantinopolim una cum uxore destinaverunt. Eo quoque tempore Leo imperator apud Constantinopolim interfectus.[5]

Johannis Chronicon venet. Pertz: Mon. Germ. SS. VII, 15—16. Cf. Andreae Danduli chronicon venet. Muratori XII, 164.

De anno v. A. Fr. Gfrörer: Byzantinische Geschichten. Bd. I, S. 145. Graz 1872.

[1] Vide p. 314. [2] Leo V inde a 10 Julii 813. Vide Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 401. [3] Iam e situ Jaderae concludere licet, „Sclaveniae“ nomine vicinam Chroatiam intelligi. [4] Andr. Dandul. loc. cit.: „qui in Pergamo erat“. [5] Videlicet die 24 Decembris 820. Muralt ibid. p. 406.

21.

A. 818—823.

Liudeviti, inferioris Pannoniae ducis, contra Francorum dominium rebellio. Liudeviti socii: Timociani, Carniolenses et Carantani contermini. Francorum socii: Dalmatiae Chroati cum duce Borna, Dragomuž Ljudeviti socer. Ladislaus Chroatiae dux a. 821.

Anno 818. Imperator (ex Andecavos[1] civitate) per Ratumagum[2] et per Ambianos[3] et Camaracum[4] Aquisgrani ad hibernandum reversus, cum Heristallium[5] venisset, obvios habuit legatos Sigonis, ducis Beneventanorum, dona deferentes, eumque de nece Grimoaldi ducis, antecessoris sui, excusantes. Erant ibi et aliarum nationum legati, Abodritorum[6] videlicet ac Bornae ducis Guduscanorum,[7] et Timocianorum,[8] qui nuper a Bulgarorum societate desciverant et ad nostros fines se contulerant, simul et Liudeviti, ducis Pannoniae inferioris,[9] qui res novas moliens, Cadolaum comitem et marcae Foroiuliensis praefectum, crudelitatis atque insolentiae accusare conabatur. Quibus ibi auditis atque dimissis, imperator Aquisgrani ad hiemandum profectus est.

Einhardi annales. Pertz: Mon. Germ. Script. I, 205.

Praeterea aliarum aderant missi nationum, Abotritorum videlicet et Goduscanorum et Timotianorum, qui Bulgarum sotietate relicta, nostris se nuper sotiaverunt. Sed et Liuteviti rectoris inferioris Pannoniae ibidem aderant missi, accusantes Cadalum — falso, ut post patuit — eo quod inmanitas illius importabilis sibi foret. Quibus auditis, conpositis ac dimissis, in eodem palatio (Herristalii) imperator secundum suam dispositionem ad hiemandum se contulit.

Vita Hludowici imp. c. 31. Pertz II, 624. Ex Einhardi annalibus excerptum.

[1] Andegavi = Angers. [2] Rothomagum = Rouen. [3] Ambiani = Amiens. [4] Cameracum. [5] Haristallium, Haristalle infra Leodium (Lüttich). [6] Quorum „rex“ Sclaomir (Slavomir) adducitur ad a. 817, 819, 821. ibid. p. 204, 205, 208. Intelligenda vero est slavica gens Bodriciorum, quae trans Albim degebat ad limitem saxonicum et sinum „sclavanicum“. [7] Hic loci interpungendum esse putamus. Einhardus quidem appellat „ducem Dalmaciae“ (v. infra), Bornam, velut etiam anonymus vitae Hludovici scriptor; sed cum idem illum etiam „Liburniae“ ducem dicat, cumque Guduscani Bornae revera parerent, poterat idem Einhardus Bornam etiam „ducem Guduscanorum“ appellare. Quam ob causam scriptor hunc titulum Bornae hicce dare maluerit, suspicari licet e loco identico „vitae Hludovici“, ubi „Goduscanorum“ tantum legatio commemoratur, ommisso ducis nomine. Unde supponendum est, e Bornae terra Gudus-

canos ad Ludovicum legatos misisse, cuius rei ratio e subsequis eventibus clara fiet. Guduscani ceterum erant incolae iuppae, parochiae, quae in monumentis croaticis „gadska, gatska, gatanski" (kotar), in latinis vero „Getzica, Gatzka (comitatus de), Gazca", apud Constantinum porphyr. (de adm. imp. c. 30, p. 145) Γουτζηκᾶ scribitur, habetque nomen a Gatska, Gadska fluvio in otočaciensi Chroatiae districtu. Gatska a gatь deducitur (Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 100); гатьско, gatĭsko locus, terra ad fl. Gatĭska; unde „guduscani" (forte rectius „gaduscani", гадъскани) et „goduscani" facile explicantur. Cf. Dümmler: Ueber die aelteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 38. Črnčić: najstarija poviest krčkoj, osorskoj, rabskoj, senjskoj i krbavskoj biskupiji. str. 34—37. [8] i. e. тимоүани, incolae ad fl. Timoc (veteribus „Timachus". Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 1089). [9] Francorum Pannonia iisdem fere limitibus definiebatur, quibus eadem Romanorum tempore determinabatur. Ad orientem limes erat Danubius usque ad Tibisci et Savi confluxum, ad meridiem Savus cum adiacente regione, ad septentrionem Danubius, ad occidentem protendebatur usque ad Poetovium, Labenzam (Lafnitz) et montem Comianum. Eadem quoque ratione dividebatur Pannonia in superiorem et inferiorem, utriusque limes Arrabo (Raba) fluvius erat. Liudevitus illi Pannoniae inferioris parti praeerat, quae inter Savum et Dravum cum civitate Siscia (v. infra p. 327) sita, quaeve ad Colapim Chroatiae, in superiori vero Savi et Dravi regione Carnioliae et Carantano, in inferiori Savi plaga et ad Danubium Serbiae et Bulgariae contermina erat. V. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken des fränk. Reiches. S. 11, 17—18. Spruner-Menke: Hist. Handatlas für die Geschichte des Mittelalters. III Aufl. nr. 80.

A. 819. Conventus mense Julio apud Ingilunheim palatium habitus, et exercitus de Italia in Pannoniam propter Liudewiti[1] rebbellionem missus, qui rebus parum prospere gestis, infecto pene negotio, regressus est. Et Liudewitus superbia elatus, legatos quasi pacem petendo ad imperatorem (Hludowicum) misit, conditiones quasdam proponens, ad quarum concessionem ea quae iuberentur se facturum pollicebatur. Quas cum imperator non reciperet, aliasque ei per suos legatos proponeret, permanendum sibi in inchoata perfidia velut optimum iudicans, missis circumquaque legatis, vicinas iuxta se

Aestate subsequente in Hengelimheim palatio populus eius convenit ad eum (sc. Hludowicum). Ibidemque exercitus sui nuntios recepit, qui contra Liudeviti apertam perduellionem comprimendam missi fuerant. Sed idem negotium paene remansit infectum. At vero pro his typo inflatus arrogantiae Liudewitus, quasdam conditiones imperatori per missos mandavit suos, quas si imperator impleret, ipse quoque ut pridem eius praeceptis pareret. Sed haec tanquam inutilia ab eo spreta atque reiecta sunt. Liudevitus autem in sua remanere perfidia ratum ducens, ad perfidiam quoscumque poterat sibi sotiabat. Post rever

gentes ad bellum sollicitare curavit. Timocianorum quoque populum, qui dimissa Bulgarorum societate ad imperatorem venire ac dicioni eius se permittere gestiebat, ne hoc efficeret, ita intercepit ac falsis persuasionibus inlexit, ut, ommisso quod facere cogitabat, perfidiae illius socius et adiutor existeret.[2] Exercitu vero de Pannonia reverso, Cadolah, dux Foroiuliensis, febre correptus in ipsa marca decessit. Cui cum Baldricus esset subrogatus, et in Carantanorum regionem, quae ad ipsius curam pertinebat, fuisset ingressus, obvium ibi habuit Liudewiti exercitum, quem iuxta Dravum fluvium iter agentem parva manu adgressus, pluribus interfectis, et avertit et de illa provincia fugavit. Borna[3] vero, dux Dalmaciae, cum magnis copiis ad Colapium[4] fluvium Liudewito ad se venienti occurrens, in prima congressione a Guduscanis deseritur; auxilio tamen praetorianorum suorum protectus evasit. Periit in eo proelio Dragamosus[4] socer Liudewiti, qui in exordio defectionis, relicto genero, Bornae se coniuxerat. Guduscani domum regressi iterum a Borna subiguntur. At Liudewitus occasionem nanctus cum valida manu Decembrio mense Dalmatiam ingressus ferro et igni devastat. Cui cum Borna se paenitus inparem conspiceret, omnia sua castellis inclusit, et ipse cum sionem sane exercitus a Pannoniae finibus, Liudevito in perfidia sua permanente, Cadolach dux Foroiuliensis in febrem incidit et diem ultimum clausit, ac Baldricus eius loco successit. Qui cum primum in provintiam venisset, et Carantanas ingrederetur partes, copias Liudeviti iuxta Dravum fluvium cum paucis suorum fudit, et reliquos proturbans, omnes suis finibus secedere conpulit. Fugatus a Baldrico Liudevitus, Bornae occurrit Dalmatiae duci ad Calapium fluvium consistenti. Sed Borna, Goduscanorum perfidia an timore desertus incertum, suorum tamen iutus auxilio domestico discrimen imminens tutus evasit, sed et desertores suos postea subegit. Interea Liudevitus sequenti hieme Dalmatiam iterum ingressus, cuncta populari nititur, ferro quae animata erant perimens, inanimata vero igni contradens. Cuius vi cum Borna obviare nequiret, astu viam nocendi quaesivit. Neque enim apertum ei bellum indixit, sed inprovisis inruptionibus adeo et illum et exercitum eius protrivit, ut puderet hac poeniteret eum talia molitum. Nam tribus interfectis de illius exercitu millibus, equisque ac varia suppellictile plurima direpta, regione sua eum excedere conpulit. Quae cuncta imperator ad Aquis consistens laetus audivit.

Vita Hludowici imp. c. 32. Pertz II, 624—5.

delecta manu nunc a tergo, nunc a latere insistens, Liudewiti copias et noctu et interdiu quacumque poterat laceravit, neque eum in sua provincia inpune versari permisit; ad extremum gravi damno adfectum regione sua coegit excedere, tribus hominum millibus de exercitu illius interfectis, et trecentis vel eo amplius caballis captis, praeter sarcinas et spolia diversi generis direpta; quae qualiter gesta fuerint, per legatos suos imperatori nuntiare curavit.

Einhardi annal. ad a. 819. Pertz I. 205, 206. Cf. Herimanni Aug. chronicon. Pertz: Mon. Germ. Script. V, 102.

Idem habent Enhardi Fuld. annal. I, 357: „Contra Liudevitum quoque Sclavum in Pannonia rebellantem exercitus de Italia missus, rebus parum prospere gestis, infecto pene negotio regressus est". Annales s. Emmerammi Ratisp. maior. Pertz I, 93: „Liudwit carmulam levavit".

[1] Людъ populus et витъ lucrum, victoria: Ljudevit. Miklošić: Die Bild. der slav. Personennam. nr. 39, 208. [2] Unde concludere licet, Liudeviti terram ad Savi Danubiique partem non multum a Timocianis dissitam fuisse, atque ad eam sirmiensem quoque inferioris Pannoniae plagam pertinuisse, quae adhuc initio saec. XIII a Byzantinis etiam „Φραγγοχωρίον . . μεταξὺ τῶν ποταμῶν Σαούβου καὶ Ἴστρου" (unde Fruška-gora) appellabatur. Nicetas Choniates: historia p. 25, 122 ed. Bonn. [3] Borin, Borna, Borut. Miklošić op. cit. nr. 16. [4] colampium i. e. Colapim (Kulpa, Kupa). Borna cum suo exercitu progrediebatur sine dubio e Dalmatia viâ, quae Salonis et Jadera per Burnum (Šupljaja crkva) et Hadram ducebat trans Albanum montem (Gvozd, Kapela) in colapianam vallem. [5] dramagosus, dragomosus i. e. Драгомѫжь (slov. Dragomož). Cf. Dragomir, Dragobrat etc. Miklošić op. cit nr. 118.

De expeditione hac contra Liudevitum testatur quoque hocce documentum a. 819, 4 iulii:

„Traditio Meginhardi laici. Omnibus tam ecclesiasticis quam etiam secularibus, venerabilibus viris satis sit dilucidatum, qualiter Meginhard vassus dominici in manus Hittonis episcopi[1] pro manice[2] ceruino capsam, quam a domo sancte Marie cum reliquiis accepit Wassucrim araıniator,[3] et ipsam, quam iam dudum fecit traditionem, iterum renovavit eo modo: si in ipso comitatu, quem contra Liuduinum hostiliter carpebant, dies suus eum prosequeretur, ııı pars de iumentis saluaticis cum ıı warinone pro remedio et indulgentia anime sue omni perseverantia ad domum beate Marie[4] teneretur; alioquin si saluus et incolumis domi reuertisset, ad suum haberet, quousque degeret, usum; post obitum vero suum quandocunque ex hac deficeret vita, statim ipsa capsa cum dicta traditione vel ceteris addimentis, sicut in illa repertum fuisset die vestita, ad memorato domo beatissime dei genitricis firma ac stabilis in perpetuum per-

duraret. Testibus etc. Actum in Pannonia siquidem sub die quod est IIII nonas iulias anno beatissimo Hludouico regnum gubernante augusto V, indictione XII, luna VIII.

Meichelbeck: Historia Frisingensis. Augustae Vindil. 1724. I, 246. nr. 668. Cod. dipl. CSD I, 209.

[1] frisingensis (810—834, dec.). [2] error loco „manile“, ein Gefäss aus Hirschgeweihen. [3] versimiliter pro „armamiator“, armararius (Waffenschmied). [4] Frisingae.

Anno 820. Mense Januario conventus ibidem (Aquisgrani) habitus, in quo de Liudewiti defectione deliberatum est, ut tres exercitus simul ex tribus partibus ad devastandam eius regionem atque ipsius audaciam coercendam mitterentur. Borna quoque primo per legatos, deinde ipse veniens, quid sibi facto opus esse videretur, suggessit.

Transacta hieme, ut primum herba pabulum iumentis praebere potuit, tres illi exercitus contra Liudewitum mittuntur. Quorum unus de Italia per Alpes Noricas,[1] alter per Carantanorum provinciam, tercius per Baioariam et Pannoniam superiorem intravit: et duo quidem, id est dexter ac sinister, tardius ingressi sunt, eo quod unus Alpium transitu, hostium manu resistente, prohibebatur, alter et longitudine itineris et Dravo flumine quod traiciendum erat inpediebatur; medius autem, qui per Carantanos intrabat, quamquam in tribus locis ei resisteretur, feliciore usus fortuna, ter hoste superato, Dravo etiam transmisso, celerius ad destinata loca pervenit. Contra haec Liudewitus nihil molitus, munitione tantum castelli, quod in arduo monte construxerat, se suosque continuit, et nec belli nec pacis vel per semetipsum vel per legatos ullum cum eis sermonem habuisse dicitur. Exercitus vero postquam in unum convenerunt, totam pene regionem ferro et igni devastantes, haud ullo gravi damno accepto, domum reversi sunt. Is

In eodem palatio (Aquensi), hieme superveniente, imperator coadunari populi fecit frequentiam. Quo tempore Borna de infestatione Liudeviti conquestus, magnas ab imperatore suscepit adiutorii copias, quae terram illius atterere possent. Quae trina partitione divisae, primo vere terram ditionis illius ferro et igni pene omnem vastaverunt, ipso Liudevito castelli cuiusdam altitudine se protegente et nec ad pugnam nec ad conloquium procedente. Quibus reversis domum, Carniolenses et quidam Carantanorum, qui ad Liudevitum se contulerant, Baldrico nostro duci manus dederunt.

Vita Hludovici c. 33. Pertz II, 625.

tamen, qui per Pannoniam superiorem iter fecerat, in transitu Dravi fluminis ex locorum et aquarum insalubritate soluti ventris incommodo graviter adfectus est, et pars eius non modica hoc morbo consumpta est. Hii tres exercitus de Saxonia et orientali Francia et Alamannia, Baioaria quoque atque Italia congregati sunt. Quibus domum reversis, Carniolenses qui circa Savum fluvium habitant et Foroiuliensibus paene contigui sunt,[2] Baldrico se dediderunt; idem et pars Carantanorum, quae ad Liudewiti partes a nobis defecerat, facere curavit.

Einhardi annales Pertz SS. I, 206—207. Enhardi Fuld. annales I, 357.

Sequenti vero anno (820) exercitum suum misit adversus orientales Sclavos, quorum dux nominabatur Liduit, quem in fuga verterunt et terram illam vastaverunt. Inde regredientes venerunt domum.

Thegani vita Hludowici imp. c. 27. Pertz II, 596.

[1] i. e. antiqua vià Aquileià Aemonam, inde vero sive Praetorium Latobicorum ad Savum, sive per Celeiam ad Dravi planitiem. Hac via verisimiliter duxit Pippinus a. 791 exercitum ex Italia per „Illyricum“ in Pannoniam. V. nr. 171, 1. p. 296. [2] i. e. qui inter Savum et Sontium (Soča) habitant.

Anno 821. Conventus mense Febr. Aquis habitus, et in eo de bello Liudewitico tractatum, ac tres exercitus ordinati qui futura aestate perfidorum agros per vices vastarent.

Interea Borna, dux Dalmatiae atque Liburniae, defunctus est, et petente populo atque imperatore (Hludowico) consentiente nepos illius, nomine Ladasclavus,[1] successor ei constitutus est.

Fortunatus patriarcha Gradensis, cum a quodam presbitero suo, nomine Tiberio, apud imperatorem fuisset accusatus, quod Liudewitum ad perseverandum in perfidia qua coeperat hortaretur, eumque ad castella sua munienda artifices et murarios mittendo iuvaret, et ob hoc ad palatium ire iuberetur:

Hoc anno domnus imperator (Hludowicus) hiberna tempora Aquisgrani peregit. In eadem hieme mense Februario conventus est Aquis celebratus, et tres cunei ad vastandam Liudeviti terram directi ... In eodem anno kalendis Maii conventum imperator habuit alterum Noviomagi.. atque inde digrediens, Aquisgrani repetiit, et inde per Arduenam usque ad Rumerici montis altitudinem, Vosagique latissimam vastitatem, totum quod superfuit aestivi et antumni dimidium temporis transegit. Inter haec Borna vita privato, successorem ei constituit imperator nepotem suum nomine Ladascleo.[3]

Vita Hludowici imp. c. 34. Pertz II, 625.

primo, velut iussionem impleturus, in Histriam profectus est, inde simulato reditu ad Gradum civitatem, nullo suorum praeter eos cum quibus hoc tractaverat suspicante, nanctus occasionem clam navigavit, veniensque Jaderam Dalmaciae civitatem, Johanni praefecto provinciae illius fugae suae causas aperuit, qui eum statim navi impositum Constantinopolim misit.

Medio mense Octobris conventus generalis apud Theodonis villam[2] magna populi Francorum frequentia celebratur. . . . Adfuerunt et comites in eodem conventu iam de Pannonia regressi, qui, depopulata desertorum et Liudewito adhaerentium universa regione, cum nullus eis copiam pugnandi fecisset, domum regressi sunt.

Einhardi annal. Pertz I, 207—208.

[1] ladosclavus, ladasclao. „Ladislav" pro „Vladislav". Miklošić op. cit nr 40.
[2] Thionville, Diedenhofen. [3] ladasclao.

Expeditionis huius bellicae contra „Sclauos" memoria habetur etiam in hoc documento Hludovici, edito Aquisgrani die 16 iulii a. 821:

„Hludouicus, diuina ordinante prouidencia imperator augustus, omnibus fidelibus etc notum sit uobis, quia quidam homo, nomine Fulquinus, de pago Engrisgoe et de uilla Meineburo, nostram adiit clemenciam: innotuit mansuetudini nostre, qualiter, dum in dei et nostra utilitate contra Sclauos pergere deberet, res suas proprias, quas habebat, Teuthardum, quondam cartolarium nostrum, tradidit, ea uidelicet conditione, ut si domno auxiliante de illo itinere reuerteretur, easdem res suas illi rederet; et si uitam presentem in illo exercitu ammitteret, pro eius anima iam dictas res daret; sed dum ipse de eadem expeditione fuisset reuersus, defunctum inuenit eundem Teuthardum, etiam omnes res illas, quas idem Fulquinus modo superius comprehenso illi delegauerat, in iuris nostri uestituram habere acceptam . . . (Imperator, cum investigatione ab Hagunone vasallo facta rem ita se habere cognosceret, praecipit, ut Fulquinus res iterum obtineat.). Data XVII kalendas augusti anno, Christo propicio, imperii nostri VIII, indictione XIII. Actum Aquisgrani palacio regio. In dei nomine. feliciter. Amen.

Liber aur. Prumiensis saec. X in bibl. Trevirensi. Beyer: Urkundenbuch der mittelrheinischen Territorien. Coblenz 1860. I, 59 nr 53. Martène et Durand: veterum scriptorum et monumentorum amplissima collectio I, 78. Cod. dipl. CSD. I, 210. Sickel: Acta regum et imp. Karolinorum. II Th. 1 Abth. S. 133, nr. 168.

Anno 822. Exercitus de Italia propter Liudewiticum bellum conficiendum in Pannoniam missus est, ad cuius adventum Liudewitus, Siscia civitate relicta, ad Sorabos,[1] quae natio magnam Dalmatiae partem obtinere dicitur, fugiendo se contulit, et uno ex ducibus eorum a quo receptus est per dolum interfecto, civitatem eius in suam redegit dicionem. Missis tamen ad exercitum imperatoris legatis suis, ad eius praesentiam se velle venire promisit.

Peracto conventu quod Attiniaci[2] habebatur, domnus imperator (Hludowicus) venandi gratia Arduennam petiit... Peracta autumnali venatione, trans Rhenum ad hiemandum in loco qui Franconofurd appellatur, profectus est, ibique generali conventu congregato, necessaria quaeque ad utilitatem orientalium partium regni sui pertinentia more solemni cum optimatibus, quos ad hoc evocare iusserat, tractare curavit. In quo conventu omnium orientalium Sclavorum, id est Abodritorum, Soraborum, Wiltzorum, Beheimorum, Marvanorum, Praedenecentorum[3] et in Pannonia residentium Avarum legationes cum muneribus ad se directas audivit.

Einhardi annales op. cit. I, 209.

Anno hunc sequente (822) domnus imperator (Hludowicus) conventum generalem coire iussit in loco, cuius est vocabulum Attiniacus... Exercitum sane eodem misit tempore de Italia contra Liudevitum in Pannoniam. Quo ille consistere non valens, propriam reliquit civitatem, et ad quendam Dalmatiae principem veniens, ab eo susceptus est intra civitatem. Qui tamen versa vice susceptorem suum dolo confecit, et civitatem suo dominatui subiecit. Et quamquam nostris nec pugnam intulerit nec conlocutus sit, tamen missis legatis et erasse se dixit, et ad domnum imperatorem venire promisit.

Vita Hludowici imp. c. 35. Pertz II, 626.

[1] Sorabi, Serbi. [2] Attigny. [3] Dicuntur et „Abodriti, qui contermini Bulgaris Daciam Danubio adiacentêm incolunt“ (Id. ad an. 824. ibid. p. 213) i. e. „welche am nördlichen Ufer der Donau vor der Einmündung der Drau bis zu der des Timok hin wohnten, in der Nachbarschaft der Bulgaren“. Dümmler: über die südöstlichen Marken. S. 27. Šafařik: Slov. starož. str. 611. Dicuntur „Osterabtrezi“ (i. e. Oster-abodriti), Abodriti, Bodrici orientales ratione Bodricorum septentrionalium ad Albim. „Predenecenti“ corrupte in locum slav. Braničevci. V. infr. p. 331.

Anno 823. Mense Maio conventus in eodem loco (Franconofurd) habitus . . . In eodem conventu tempus et locus alterius conventus habendi condictus est, November videlicet mensis et Compendium[1] palatium. Peractoque placito et dimissis primoribus, cum imperator iam inde digredi statuisset, adlatum est ei de interitu Liudewiti, quod relictis Sorabis, cum Dalmatiam ad Liudemuhslum[2] avunculum Bornae ducis pervenisset, et aliquantum temporis cum eo moratus fuisset, dolo ipsius esset interfectus.

In eodem conventu mors nuntiata est Liudeviti tyranni, a quodam dolo interfecti.

Vita Hludowici imp. c. 36. Pertz II, 627.

Einhardi annales ed. cit. I, 210. Enhardi Fuld. annales I, 358.

[1] Compiegne. [2] ludemuhslum, ludemuslum, liudemislum, liudemuslum. Ljudemysl. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 208.

Chroatorum contra Francos rebellionis apud Byzantinos memoria.

Μέχρι δὲ χρόνων τινῶν ὑπετάσσοντο καὶ οἱ ἐν Δελματίᾳ ὄντες Χρωβάτοι τοῖς Φράγγοις, καθὼς καὶ πρότερον ἐν τῇ χώρᾳ αὐτῶν· τοσοῦτον δὲ ἐσκληρύνοντο οἱ Φράγγοι πρὸς αὐτοὺς ὅτι τὰ ὑπομάσθια τῶν Χρωβάτων φονεύοντες προσέρριπτον αὐτὰ σκύλαξι. μὴ δυνάμενοι δὲ οἱ Χρωβάτοι ταῦτα παρὰ τῶν Φράγγων ὑφίστασθαι διέστησαν ἀπ' αὐτῶν, φονεύσαντες καὶ οὕς εἶχον ἄρχοντας ἐξ αὐτῶν· ὅθεν ἐστράτευσαν κατ' αὐτῶν απὸ Φραγγίας φοσσάτον μέγα, καὶ ἐπὶ ἑπτὰ χρόνους πολεμήσαντες ἀλλήλοις ὀψὲ καὶ μόγις ὑπερίσχυσαν οἱ Χρωβάτοι, καὶ ἀνεῖλον τοὺς Φράγγους πάντας καὶ τὸν ἄρχοντα αὐτῶν Κοτζίλιν καλούμενον. ἔκτοτε δὲ μείναντες αὐτοδέσποτοι αὐτόνομοι ἐξητήσαντο τὸ ἅγιον βάπτισμα παρὰ τοῦ Ῥώμης· καὶ ἀπεστάλησαν ἐπίσκοποι καὶ ἐβάπτισαν αὐτοὺς ἐπὶ Πορίνου τοῦ ἄρχοντος αὐτῶν.

Per aliquot vero annos etiam Dalmatiam incolentes Chrobati Francis subiiciebantur, quemadmodum et antea cum in ipsorum terra degerent;[1] tanta autem in eos crudelitate utebantur Franci, ut lactentes adhuc eorum pueros occidentes canibus obiicerent.[2] Quae res cum intolerabilis Chrobatis esset, facto dissidio principes quos ex ipsis habebant interemerunt; unde magnus contra eos exercitus movit e Francia, et post septem annorum bellum aegre tandem superiores facti Chrobati omnes Francos eorumque principem Cotzilin[3] e medio sustulerunt. Et exinde liberi ac sui iuris facti sacrum baptisma a Romano pontifice petierunt; missique episcopi ipsos baptizarunt principatum tenente Porino.[4]

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 30, p. 144—5. ed. Bonn. Quam confusa sit haec expositio, quisquis facile animadvertet.

[1] i. e. in magna vel alba Chroatia, de qua infra. V. c. 31 p. 151. ed. Bonn. [2] V. supra nr. 21, p. 320 querellae de crudelitate Cadolai. [3] Κοτζιλιν, corruptum esse videtur ex Κοδιλ-ιν, Cadolach, Cadolaus. [4] Πορίν-ος, i. e. Βορίν-ος, Borin, Borna. V. p. 322, 324, 325.

22.

A. 824.

Tractatio pacis inter Ludovicum et Michaelem II orientis imperatorem.

(Hludowicus imperator Ratumagum civitatem . . a. d. 15 kalendas Decembris reversus est). Nam et illuc legatos Michaelis imperatoris qui ad eum mittebantur sibi occurere iussit, cum quibus et patriarcha Veneticorum (gradensis) regressus, ad eius venit praesentiam. Sed legati imperatoris litteras et munere deferentes, pacis confirmandae causa se missos esse dicentes, pro Fortunato nihil locuti sunt . . . Quos cum, legatione eorum audita ac responso reddito, absolveret, Romam, ut se velle dicebant, ducere iussit. Fortunatum etiam de causa fugae ipsius percontatus, ad examinandum eum Romano pontifici direxit.

Einhardi annales Pertz SS. I, 212.

De Fortunato leguntur praeterea in Johannis chronico veneto Pertz: Mon. Germ. Script. VII, 16. (Cf. Andr. Danduli chron. Muratori XII, 168):

Fortunatus quidem patriarcha cum non sedule in sua vellet degere sede, sed contra Veneticorum voluntatem sepissime Franciam repetebat, et quia hoc amodo ducibus (Agnello et Justiniano) displicebat, pepulerunt illum a sede, et in loco eius ordinaverunt Johannem, sancti Servuli abbatem... Antedictus quidem Fortunatus patriarcha propria sede ammissa, secundum quod diximus, Franciam cum Graecorum missis repetebat; ibique aliquamdiu moratus, diem finivit extremum.

Chronica Altinatis (Archivio storico italiano tom. VIII, p. 42. Firenze 1845) adnotat: Fortunatus patriarcha, qui fuit natus Tergestinae civitatis, eiusdem Johannis patriarchae consangnineus, vixit annos XXVII in patriarchatu.

173.

A. 824—829.

Francos inter et Bulgaros de limitibus ad Danubium controversia: Bulgari Pannoniam inferiorem infestant. Marca foroiuliensis disolvitur.

1.

A. 824.

Rex Bulgarorum Omortag[1] velut pacis faciendae gratia legatos ad imperatorem (Hludovicum) cum litteris misit, quos ille cum audisset ac litteras, quae adlatae fuerant, legisset, rei novitate non immerito permotus ad explorandam diligentius insolitae et nunquam prius in Franciam venientis legationis causam Machelmum quendam de Baioaria cum ipsis legatis ad memoratum regem Bulgarorum direxit. Ipse (imperator) Aquisgrani, ubi hiemare statuerat, profectus est. Quo cum venisset et ibi natalem domini celebrasset, adlatum est ei, quod legati regis Bulgarorum essent in Baioaria; quibus obviam mittens, ipsos quidem usque ad tempus congruum ibidem fecit operiri. Caeterum legatos Abodritorum, qui vulgo Praedenecenti[2] vocantur et contermini Bulgaris Daciam, Danubio adiacentem, incolunt, qui et ipsi adventare nuntiabantur, illico venire permisit. Qui cum de Bulgarorum iniqua infestatione quaererentur, et contra eos auxilium sibi ferri deposcerent, domum ire atque iterum ad tempus, Bulgarorum legatis constitutum, redire iussi sunt.

Einhardi annales ad a. 824. Pertz: Mon. Germ. Script. I, 212. Cf. Enhardi fuld. annal. ad a. 824. Ibid. I, 358.

Carolo magno coaevus Bulgarorum dux Krumus dilatavit imperii sui limites ad alteram quoque Danubii ripam, quae regio etiam „Βουλγαρία ἐκεῖθεν τοῦ Ἴστρου ποταμοῦ“ audit (Leo grammatic. historia de Leone p. 345 ed. Bonn. cf. Georgius monach. de Michaele et Theodora p. 817. ed. Bonn.). Hic loci subiugavit non modo Slavenos verum etiam Avarorum reliquias, qui in exercitu, quem Krumus a. 814 contra Byzantium duxerat, aeque commemorantur (Leo gramm. ibid. p. 347. Symeon magister: de Leone Armeno c. 11, p. 617 ed. Bonn.). Ad Danubium itaque, et quidem ad Savi et Dravi confluxum, Francorum et Bulgarorum termini coincidebant iam tempore Caroli magni, „qui a Bulgaribus ideo manum retraxit, quia videlicet Hunis extinctis regno Francorum nihil nocituri viderentur“ (Monachus S. Gallensis: Gesta Karoli M. II, 1. Pertz II, 748). Verum inter utrumque imperium controversia orta est, ubi Bulgarorum subditi Timociani item Bodrici (Abodritae, Braničevci) Francorum dominium praeoptarent (v. supr. p. 320). Controversia haec nostram quoque historiam spectat, quia inferioris Pannoniae limites concernebat,

hosque transeundi, Dravo transacto, Bulgaris occasionem praebuit, novo item in plaga illa rerum ordini viam stravit.

[1] Post Krumum († 13 apr. 814) „Μορτάγων, ὁ τῶν Βουλγάρων βασιλεύς“ (Theophan. cont. lib. II, c. 17, p. 64 ed. Bonn). [2] Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 614: „Westlich in den Umgebungen der Morava kennen an der Donau abendländische Schriftsteller die Stadt Brandiz, morgenländische Βρανίτζοβα, die alte serbische Stadt und Landschaft Braničevo. Leicht ist Predenetz in Predenecenti und Brandiz Umformung durch den Mund der Abendländer aus dem Stamme Branič des Namens Braničevo, und die Osta-bodriten, Predenecenti sind die Braničevci, die von Braničevo, die Anwohner der Donau um die Mündung der Morava“. — Šafařik: Slov. starož. str. 612: „Sidla jejich vztachovala se na severní straně Dunaje od vtoku Drávy přes nynější Bačsko-Bodrockou stolici a Banat do Severanův, na jižni pak straně od srbské Moravy až k Timoku“.

2.

A. 825.

Sacro paschali festo solemniter Aquisgrani celebrato, arridente etiam verna temperie, imperator (Hludovicus) venandi gratia Noviomagum profectus, legatos Bulgarorum circa medium Maium Aquisgrani venire praecepit. Nam sic illo reverti statuit, habiturus ibi conventum, quem de Brittania regressus eo se tempore ibidem habere velle, optimatibus indicaverat. Quo cum, peracta venatione, fuisset reversus, Bulgarorum legationem audivit; erat enim de terminis ac finibus inter Bulgaros et Francos constituendis . . . Imperator vero, audita Bulgarorum legatione, per eosdem, qui ad eum missi fuerant, legatos regi eorum missis litteris, prout videbatur, respondit, dimissoque conventu, in Vosegum ad Rumerici montem venandi gratia profectus . . .

Einhardi annales ad a. 825. Pertz: Mon. Germ. Script. I, 321. Cf. Enhardi fuld. annal. ad a. 825. ibid. I, 358.

Tempore subsequenti domnus imperator conventum a populo suo celebrare iussit tempore Maii mensis Aquisgrani. Quo consistenti legatio Bulgarorum, quae diu in Baioaria secundum praeceptum eius substiterat, ei adducta est, cuius maxime post pacis constitutionem de terminis fuit terrarum inter Bulgaros Francosque custodiendis . . . Dimmissis ergo imperator Bulgarorum missis . . .

Vita Hludovici imp. c. 39. Pertz II, 628.

Alio anno erat Aquis palatio cum magno exercitu, et ibi venerunt legati Bulgarorum portantes dona: quos benigne suscipiens, dimisit ire ad propria.

Thegani vita Hludovici imp. c. 32. ed. Pertz II, 597.

3.

A. 826.

Cum regi Bulgarorum legati sui, quid egerint, renunciassent, iterum eum, quem primo miserunt, ad imperatorem cum litteris remisit rogans, ut sine morarum interpositione terminorum definitio fieret; vel si hoc non placeret, suos quisque terminos sine pacis foedere tueretur. Cui imperator, quia fama erat Bulgarorum, regem a suo quodam optimate aut regno pulsum aut interfectum, respondere distulit; illoque expectare iusso, propter famae certitudinem comperiendam Bertricum, palatii comitem, ad Baldricum et Geroldum comites et Avarici limitis custodes in Carantanorum provinciam misit. Qui cum reversus nihil certi super his, quae fama vulgaverat, reportasset, imperator legatum ad se evocatum sine litteris remeare fecit . . . Imperator vero medio mense Maio Aquis regressus circa kalendas Junii ad Ingulunheim venit; habitoque ibi conventu non modico multas et ex diversis terrarum partibus missas legationes audivit et absolvit . . . Baldricus vero et Geroldus, comites ac Pannonici limitis praefecti, in eodem conventu adfuerunt, et adhuc de motu Bulgarorum adversum nos nihil se sentire posse testati sunt.

Einhardi annal. ad a. 826. Pertz I, 214. Cf. Enhardi fuld. annales ad a. 826. ibid. I, 359.

Ab hoc (sc. Aquensi) conventu regredientibus Bulgarorum missis litterasque deferentibus imperatoris, rex eorum minus grate, quae scripta sunt, tulit, eo quod petita non impetrarit. Cum quadam ergo stomachatione eundem remittens nuntium mandavit, ut aut communis statueretur terminus finium, aut quacumque poterat virtute quisque tueretur limites finium suorum. Sed cum fama rumorem sparsisset, regem talia mandantem regno caruisse, imperator tamdiu legatum tenuit, quousque misso Bertrico, comite palatii, falsa esse, quae iactabantur, comperisset. Rescita autem veritate, missum infecto remisit negotio.

Vita Hludovici regis c. 39. **Pertz:** Mon. Germ. Script. II, 629.

4.

A. 827.

Bulgari quoque Sclavos in Pannonia sedentes, misso per Dravum navali exercitu, ferro et igni vastaverunt; et expulsis eorum ducibus Bulgaricos super eos rectores constituerunt ... Legati Michahelis imperatoris de Constantinopoli, ad imperatorem quasi propter foedus confirmandum missi, septembrio mense Compendium venerunt, quos ille ibi benigne receptos et audivit et absolvit.

Einhardi annal. ad a. 827. Pertz I, 216. Cf. Enhardi fuld. annales ad. a. 827. ibid. I, 359.

5.

A. 828.

Conventus Aquisgrani mense februario factus est; in quo cum de multis aliis causis, tum praecipue de his, quae in marca Hispanica contigerunt, ratio habita.. Similiter et Baldricus dux Foroiuliensis, cum propter eius ignariam Bulgarorum exercitus terminos Pannoniae superioris[1] impune vastassent, honoribus, quos habebat, privatus, et marca, quam solus tenebat, inter quatuor comites divisa est.

Einhardi annal. ad a. 828. Pertz I, 217.

Mense februario sequentis hiemis conventus habitus publicus Aquisgrani ... Itidemque Baldrico, duci Foroiuliensi, dum obiceretur et probatum sit, eius ignavia et incuria vastatam a Bulgaris regionem nostram, pulsus est ducatu, et inter quatuor comites eiusdem est potestas dissecta.

Vita Hludovici imp. c. 42. Pertz II, 631.

Hlotharius cum exercitu ad marcam Hispanicam missus est; similiter et iuvenis Hludovicus contra Bulgaros.

Enhardi Fuld. annales ad a. 828. Pertz I, 359.

A. 825 imperator Ludovicus, formato ex orientalibus imperii provinciis, e ducatu videlicet Baioariae, marca orientali, Pannonia (inter Danubium et Dravum) et Carantania, Baioariae regno, tradidit illud tertio filio suo, Ludovico iuniori (Einhardi annal. ad a. 825. Boehmer: Regesta Karol. p. 72). Provinciarum harum praefecti simul „primates Baioarii" facti sunt. Deposito itaque post tres annos Baldrico, marca foroiuliensis, quam ipse solus gubernaverat, „inter quatuor comites divisa est", quorum singuli provincias singulas administrarunt, quae, licet specialiter non nominentur, erant: Foroiulium, Istria, Carinthia et Pannonia inferior (inter Dravum et Savum). Tali ratione ruptum est illud

vinculum, quo tribus fere deceniis provinciae illae marcae foroiuliensi alligabantur. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken. S. 30—32. Geschichte des ostfränkischen Reiches. I, 38—9.

[1] corr. „inferioris“, quod item e nro praecedenti sequitur.

6.

A. 829.

Bulgari, navibus per Dravum fluvium venientes, quasdam villas nostrorum, flumini vicinas, incenderunt.

Enhardi Fuld. annales ad a. 829. Pertz I, 360.

174.

A. 830—840.

Primi inter Dalmatiae Chroatos et Venetos conflictus. Pax Venetorum ducis Petri Tradonici cum Chroatorum principe Mislavo.

1.

C. a. 830.

Circa haec tempora missus Sclavorum de insula Narrentis ad domnum Johannem ducem[1] veniens, ab eo baptizatus est, pacem cum eo instituens, licet minime perdurasset.

Johannis chron. venet. Pertz: Mon. Germ. Script. VII, 16.

Huic duci (Joanni Particiaco) Narentini nuncium suum mittunt, et petitam pacem ab eo obtinent, quam non diutius servaverunt. Nuncius autem, qui infidelis erat, hortatu ducis baptismum suscepit. Erant enim Sclavi adhuc gentiles, quia a Gothis originem traxerant; et continuo exercebant piraticam artem; ideo cum Venetis diu in pace permanere nequibant.

Andreae Danduli chronicon lib. VIII, c. 3. Muratori: Script. rer. ital. XII, 172. Locus e Joannis chronico desumptus, additâ expositione brevi.

Narentani dicti sunt illi Dalmatiae incolae, qui ad Narentam (slav. Neretva, veteribus Naro, ὁ Νάρων, Nar, Narenum) fluvium habitabant. De sedibus illorum medio saec. X vide infra Constant. porph. de admin. imp. c. 36.

[1] Qui anno 829 suo fratri Justiniano successit. Andr. Danduli chron. loc. cit.

2.

C. a. 831.

Interea Obelierius dux, qui apud Constantinopolim exilio fuerat dampnatus,[1] Veneciam reciprocavit, et in Vigilia civitate apud Curidum[2] sese retrusit. Quo audito, Johannes dux ad eundem capiendum promovit exercitum. Sed cum diu predictam civitatem obsidione circumvallaret, tandem diviso exercitu Metaumacenses ad predictum Obelierum confugium fecerunt. Exercitus vero, qui suo seniori fidem servabant, Metaumacensem insulam expugnantes, prorsus incenderunt. Tunc domnus Johannes dux iterum preparavit exercitum; cum quo ipse veniens Vigiliam civitatem expugnavit, et capto Obelierio decollare eum iussit. Cuius caput ad Metaumacensem insulam delatum, in sabbati sancti die iuxta sancti Martini marginem suspensum est.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 16. Locum desumpsit Andr. Dandulus: chronic. Muratori XII, 173.

Adducitur vero hic eventus mox post mortem imperatoris Michaelis II die 1 Oct. 829, quam Obelerius quasi praestolabatur.

[1] Vide pag. 313—314. [2] „Aut fortasse Curiclum est hodie Cornichia in insula Veglia prope eiusdem vocabuli oppidum". Ita Pertz. Dandulus habet: „et in Vigilia civitate aput Circulum". Insula veteribus: „Κυρακτική, Curactica, Κουρίκτα, Curicta, Curica (slav Krk), cum oppido „Curicum". Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 844. Mommsen: Corpus inscript. lat. III, 1. p. 398.

3.

C. a. 834—5.

Circa hoc tempore Venetici, negocii causa dum de Benevento revertebantur, a Narantanis Sclavis capti, pene omnes interfecti sunt.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 17. Andr. Danduli chron. Muratori XII, 174.

Eventus praecessit depositionem Joannis Particiaci, cui a. 836 Petrus Tradonicus in ducatu successit.

4.

A. 839, 840.

(A. 839.) Iste namque (Petrus dux) tercio sui ducatus anno[1] Sclaveniam[2] bellicosis navibus expugnaturam adivit. Sed ubi ad locum, qui vocatur sancti Martini curtis[3] perveniret, pacem cum illorum principe Muisclavo[4] nomine firmavit. Deinde pertransiens

ad Narrentanas insulas,[5] cum Drosaico[6] Marianorum[7] iudice similiter fedus instituit, licet minime valeret; et sic postmodum ad Veneciam reversus est.

(A. 840.) Ubi diu commorari eum minime licuit; sed denuo praeparavit exercitum adversum Liuditum-sclavum,[8] ubi plus quam centum Venetici interfecti fuerunt, et absque triumpho reversus est. Tunc in mense Madii sexta hora diei sol obscuratus est, et factus est ecclipsis.[9]

Johannis chronicon venetum. Pertz SS. VII, 17. Andr. Danduli chronicon lib. VIII, c. 4, p. 175. ed. Muratori.

[1] Id est anno 839. [2] Intelligitur Chroatia. Vide p. 319. [3] Situs loci ignotus, sed omnino in Chroatia ad mare iacebat. Quum Petrus e loco s. Martini ad Narentanas insulas navigaret, eundem ad borealem insularum plagam situm fuisse, patet. [4] Omnino „Mislauus" praedecessor Trpimiri, qui in huius acto a. 852 adducitur. V. Acta p. 1—2. Muisclavus, Mojslav. Miklošić nr. 225. [5] Medio saec. X erant: Bratia (Brač), Pharia (Hvar, Lesina), Corzula et Meleta (Mljet). Const. porph. de adm. imp c. 36. [6] Cf. Дроужьць, Družec, item Držko, Дрьжихьна. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 120. 121. [7] Vide acta nr. 97, 111. p. 113, 128: „Jacobum ducem Marianorum". [8] Apud. Muratorium: „Diuclito Slavo"; cod. ambrosianus scribit: „Deliviro, Divelaro". Omnes hi loci manifeste corrupti sunt librariorum incuria. „Liuditum Sclavum" scriptum esse puto loco „Liudit-sclavus", Liudisclavus, Ljudislav. Miklošić op. cit. nr. 208. [9] i. e. anno 840, die 5 Maii.

175.

A. 838.

Bellum contra Ratimirum, inferioris Pannoniae inter Dravum et Savum ducem.

A. 838. Exercitus Baioariorum contra Ratimarum colligitur.

Auctarium Garstense ad a. 838. Pertz: Mon. Germ. Script. IX, 564. Annales s. Rudberti salisburg. ad a. 838. ibid. p. 770.

Postquam ergo Karolus imperator Hunis reiectis episcopatus dignitatem iuvavensis ecclesiae rectori commendavit, Arnoni videlicet archiepiscopo et suis successoribus tenendi perpetualiter atque regendi perdonavit,[1] coeperunt populi, sive Sclavi vel Bagoarii, inhabitare terram, unde illi expulsi sunt Huni, et multiplicari. Tunc primus ab imperatore constitutus est confinii comes Gotterammus,[2] secundus Werinharius, tertius Albricus, quartus Gotafridus, quintus Geroldus.[3] Interim vero dum praedicti comites orientalem procurabant plagam, aliqui duces habitaverunt in illis partibus ad iam

dictam sedem pertinentibus. Qui comitibus praefatis subditi fuerunt ad servitium imperatoris, quorum nomina sunt: Priwizlauga,[4] Cemicas,[5] Ztoimar,[6] Etgar. Post istos vero duces[7] Bagoarii coeperunt praedictam terram dato regum habere in comitatum, nomine Helmwinus, Albgarius et Pabo.

His ita peractis Ratbodus[8] suscepit defensionem termini. In cuius spacio temporis quidam Priwina,[9] exulatus a Moimaro[10] duce Moravorum supra Danubium venit ad Ratbodum. Qui statim illum praesentavit domno regi nostro Hludowico, et suo iussu fide instructus baptizatus est in ecclesia sancti Martini loco Treisma[11] nuncupato, curte videlicet pertinenti ad sedem iuvavensem. Qui et postea Ratbodo commissus, aliquod cum illo fuit tempus. Interim exorta est inter illos aliqua dissensio, quam Privina timens fugam iniit in regionem Vulgariam cum suis, et Chozil[12] filius eius cum illo. Et non multo post de Vulgariis Ratimiri ducis adiit regionem.

Illoque tempore Hludowicus, rex Bagoariorum, misit Ratbodum cum exercitu multo ad exterminandum Ratimarum[13] ducem. Qui diffisus se defendi posse, in fugam versus est cum suis, qui caedem evaserunt. Et praedictus Priwina substitit; et cum suis pertransivit fluvium Sawa, ibique susceptus a Salachone comite[14] pacificatus est cum Ratbodo.

Conversio Bagoariorum et Carantanorum c. 10. Pertz: Mon. Germ. Script. XI, 11—12.

Ex hac descriptione manifestum est, Ratimiri provinciam Bulgariae et transdravanae Pannoniae conterminam, praecipueque inter Dravum et Savum sitam fuisse. Ratimir itaque immediatus vel mediatus Liudeviti successor fuit; eademque verisimiliter a Francis independentia potiri voluit, propter quod ipsi bello eum adorsi sunt.

[1] V. p. 299. Idem archiepiscopus praedicavit evangelium a. 798 in hac Pannoniae parte (i. e. inter Rabam, Danubium et Dravum), moxque Caroli consensu regionarium episcopum, nomine Theodorichum, constituit. Arnonis successor Adalramus post Theodorichi mortem consecravit Ottonem (c. a. 821—36). Conversio Bagoariorum c. 8—9. ibid. p. 10. [2] a. 802 interfectus ad castellum Guntionis. Annales s. Emerami min. Pertz I, 93. [3] V. supra nr. 173, 8. Cf. Dümmler: Ueber die südöstl. Marken. S. 20. [4] i. e. Prъvislav. Miklošić: Die Bild. der slav. Personennamen. nr. 306. [5] Semicas? cf. Semъko. ibid. nr. 388. [6] Stojmar, Stojmir. ibid. nr. 369. [7] Dümmler (Geschichte des ostfränk. Reiches I, 39) putat, id vel sedata Ljudeviti rebellione (824) vel a. 828 (v. supr. nr. 173, 5) evenisse. [8] Dümmler: Ueber die südöstl. Marken. S. 19: „Etwa von 830—855“. [9] i. e. Pribina. Miklošić op. cit. nr. 297. comes Nitriae. [10] Mojmir. ibid. nr. 225. [11] Treismauer, nunc in archiducatu Austriae ad. fl. Traisen. [12] Ahd. Hezil, slav. Коцелъ. Miklošić lex. palaeoslov. [13] i. e. Ratimir. Miklošić: Die Bild. der slav. Perso-

nennamen. nr. 321. [14] Dümmler: Ueber die südöstl. Marken. S. 32: „(Salacho) in die Gegend zu setzen ist, welche in einer Urkunde Arnulfs vom. J. 895 als marchia iuxta Souvam mit dem Orte Riechenburg vorkommt; die spätere marcha inferior zwischen Mur und Sau".

176.

Byzantina de Chroatorum, Serblorum et Dalmatinorum ab orientis imperio defectione memoria.

Ὅτι ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων.... πᾶσα ἡ Δελματία καὶ τὰ περὶ αὐτὴν ἔθνη, οἷον Χρωβάτοι Σέρβλοι Ζαχλοῦμοι Τερβουνιῶται Καναλεῖται Διοκλητιανοὶ καὶ Ἀρεντανοὶ καὶ οἱ Παγανοὶ προσαγορευόμενοι, τῆς δὲ τῶν Ῥωμαίων βασιλείας διὰ τὴν τῶν τότε κρατούντων νωθρότητα καὶ ἀφέλειαν εἰς τὸ μηδὲν παράπαν μικροῦ δεῖν ἐναπονευσάσης, καὶ μάλιστα δὲ ἐπὶ Μιχαὴλ τοῦ ἐξ Ἀμορίου τοῦ τραυλοῦ, οἱ τὰ τῆς Δελματίας κάστρα οἰκοῦντες γεγόνασιν αὐτοκέφαλοι, μήτε τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων μήτε ἑτέρῳ τινὶ ὑποκείμενοι· ἀλλὰ καὶ τὰ ἐκεῖσε ἔθνη, οἵ τε Χρωβάτοι καὶ Σέρβλοι καὶ Ζαχλοῦμοι καὶ Τερβουνιῶται καὶ Καναλεῖται καὶ Διοκλητιανοὶ καὶ οἱ Παγανοί, τῆς τῶν Ῥωμαίων βασιλείας ἀφηνιάσαντες γεγόνασιν ἰδιόρυθμοι καὶ αὐτοκέφαλοι, τινὶ μὴ ὑποκείμενοι. ἄρχοντας δέ, ὥς φασι, ταῦτα τὰ ἔθνη μὴ ἔχει, πλὴν ζουπάνους γέροντας, καθὼς καὶ αἱ λοιπαὶ Σκλαβίνιαι ἔχουσι τύπον. ἀλλὰ οἱ πλείονες τῶν τοιούτων Σκλάβων οὐδὲ ἐβαπτίζοντο, ἀλλὰ μέχρι πολλοῦ ἔμενον ἀβάπτιστοι.

Ab imperio autem Heraclii, Romanorum imperatoris... universa Dalmatia, necnon finitimae illi gentes, Chroati, Serbli, Zachlumitae, Terbuniotae, Canalitae, Diocletiani, ac Arentani, qui et Pagani nuncupati sunt, ditioni Romanae se subtraxerunt; quippe cum Romanum imperium per imperantium tum ignaviam atque socordiam, maxime Michaelis Amoriensis balbi, tantum non expirasset, qui Dalmatiae oppida incolebant, sui iuris facti, neque Romano imperatori neque cuiquam alteri subiecti. Itidem conterminae illis gentes, Chroati, Serbli, Zachlumitae, Terbuniotae, Canalitae, Diocletiani et Pagani, excussis Romani imperii habenis, liberi suisque non alienis legibus usi sunt. Principes vero, ut aiunt, hae gentes non habent, praeter zupanos senes, quemadmodum etiam reliqui Sclavinorum populi.[1] Plurimi etiam ex his Sclavis non baptizabantur, immo diu baptismi expertes manserunt.

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 29, p. 128—129.

Ἀκολούθως γὰρ τοῖς λοιποῖς καὶ τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν πραγμάτων ἐπὶ πλέον ἀμεληθέντων ἐπὶ τῆς βασιλείας τοῦ Μιχαήλ, καὶ πάσης σχεδὸν Ἰταλίας, ὅση τῇ καθ' ἡμᾶς νέᾳ Ῥώμῃ προαφώριστο, καὶ τῶν πλείστων τῆς Σικελίας ὑπὸ τῆς γειτονούσης τῶν Καρχηδονίων δυνάμεως καταπολεμηθείσης καὶ ὑποφόρου τοῖς βαρβάροις γεγενημένης, ἔτι γε μὴν καὶ τῶν ἐν Παννονίᾳ καὶ Δαλματίᾳ καὶ τῶν ἐπέκεινα τούτων διακειμένων Σκυθῶν, Κροβάτοι φημὶ καὶ Σέρβλοι καὶ Ζαχλουμοὶ Τερβουνιῶταί τε καὶ Καναλῖται καὶ Διοκλητιανοὶ καὶ Ῥεντανοί, τῆς ἀνέκαθεν τῶν Ῥωμαίων ἐπικρατείας ἀφηνιάσαντες αὐτόνομοί τε καὶ αὐτοδέσποτοι καθεστήκεισαν, ὑπὸ ἰδίων ἀρχόντων μόνον ἀρχόμενοι. οἱ πλεῖστοι δὲ τὴν ἐπὶ πλέον ἀπόστασιν ἐνδεικνύμενοι καὶ τοῦ θείου βαπτίσματος ἑαυτοὺς ἠλλοτρίωσαν, ὡς ἂν μηδὲν ἐνέχυρον τῆς πρὸς Ῥωμαίους φιλίας καὶ δουλώσεως ἔχοιεν.

Eadem ac reliqua ratione, etiam rebus occidentis maiorem in modum Michaele imperatore neglectis, totaque fere Italia, quanta novae nostrae Romae cesserat, potissimaque Siciliae parte Carthaginensium (Agarenorum) armis debellata atque barbaris vectigalis facta; ad haec etiam qui in Pannonia et Dalmatia, ac qui ultra hos Scythae, Chrobati scilicet et Serbli et Zachlumi, Terbuniotae item et Canalitae et Diocletiani et Rentani, excusso Romani imperii iugo, cui pridem suberant, sui iuris atque liberi facti, suis dumtaxat regulis ac magistratibus parebant. Plerique vero maioris defectionis specimine etiam baptismum eiuraverant, ut nullum ergo Romanos amicitiae ac subiectionis pignus retinerent.

Constantini porphyr. Historia de vita et rebus gestis Basilii imp. c. 52. ed. Bonn. p. 288 (Theophanis cont. lib. V. c. 52). V. Ferd. Hirsch: Byzantinische Studien. Leipzig 1876. S. 225 ff.

Πᾶσα ἡ Δαλματία τῆς τῶν Ῥωμαίων ἀπέστη τότε βασιλείας, καὶ γεγόνασιν ἅπαντες ἰδιορυθμοί τε καὶ αὐτοκέφαλοι μέχρι τῆς τοῦ Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου βασιλείας· τότε γὰρ πάλιν οὗτοι Ῥωμαίοις καθυπετάγησαν.

Omnis Dalmatia sub id tempus (sc. imperante Michaele Amoriensi) a Romano imperio defecit, suique omnes iuris ac sibi capita extiterunt, quoadusque inclitus ille Basilius imperium regendum suscepit; tunc enim Romanae facti sunt dicionis.

Theophanis continuati lib. III, c. 28. p. 84. ed. Bonn. Cf. Ferd. Hirsch: Byzantinische Studien. p. 194—9.

Hisce in locis primum innuitur, ligamen, quo Chroati et Serbli sub Heraclio cum orientis imperio vinciebantur, mox relaxatum, demum sub Basilii praedecessore Michaele III (842—867) ruptum esse. Ve-

rum e coëvis Francorum scriptoribus (v. nr. 171, p. 295 ss.) scimus, Dalmatiae Chroatos inde a Carolo M. supremo Francorum dominio paruisse, hocque etiam a Dalmatiae Romanis brevi agnitum fuisse Eosdem tamen Dalmatiae Romanos paulo post ab orientali imperio iterum defecisse proxima eventuum series comprobat. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 41, 49. Hirsch op. cit. p. 199.

[1] **Procopius: de bello gotth. lib. III c. 14, p. 334. ed. Bonn.** Τὰ γὰρ ἔθνη ταῦτα, Σκλαβηνοί τε καὶ Ἄνται, οὐκ ἄρχονται πρὸς ἀνδρὸς ἑνός, ἀλλ' ἐν δημοκρατίᾳ ἐκ παλαιοῦ βιοτεύουσι". **Mauricii Strategicum lib. XI c. 5 ed. J. Scheffer:** „Πολλῶν δὲ ὄντων ῥηγων . ."

177.

C. a. 835—44.

Bulgarorum princeps Presiam aggreditur Serbiam Vlastimiro principatu eius tenente.

Καὶ ἦσαν (sc. οἱ Σέρβλοι) τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων ὑποτασσόμενοι· οὓς ὁ βασιλεὺς πρεσβύτας ἀπὸ Ῥώμης ἀγαγὼν ἐβάπτισε, καὶ διδάξας αὐτοὺς τὰ τῆς εὐσεβείας τελεῖν καλῶς αὐτοῖς τῶν χρόνων πίστιν ἐξέθετο.[1] ἐπεὶ δὴ ἡ Βουλγαρία ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν ἦν τῶν Ῥωμαίων, αὐτοῦ οὖν ἄρχοντος τοῦ Σέρβλου τοῦ εἰς τὸν βασιλέα προσφυγόντος τελευτήσαντος, κατὰ διαδοχὴν ἦρξεν ὁ υἱὸς αὐτοῦ καὶ πάλιν ὁ ἔγγων, καὶ οὕτως εκ τῆς γενεᾶς αὐτοῦ οἱ καθεξῆς ἄρχοντες. μετὰ δὲ χρόνους τινὰς ἐγεννήθη ἐξ αὐτῶν ὁ Βοισέσθλαβος[3] καὶ ἐξ αὐτοῦ ὁ Ῥοδόσθλαβος[4] καὶ ἀπ' ἐκείνου ὁ Προσηγόης[5] καὶ ἐξ ἐκείνου ὁ Βλαστήμερος,[6] καὶ μέχρις αὐτοῦ τοῦ Βλαστημέρου μετὰ τῶν Σέρβλων εἰρηνικῶς διετέλουν οἱ Βούλγαροι ὡς γείτονες καὶ συνορῖται ἀγαπῶντες ἀλλήλους, ἔχοντες δὲ δούλωσιν καὶ ὑποταγὴν εἰς τοὺς βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων καὶ εὐεργετούμενοι παρ' αὐτῶν. ἐπὶ δὲ τῆς ἀρχῆς τοῦ αὐτοῦ

Et erant (sc. Serbli) Romanorum imperatori subiecti, a quo etiam baptizati fuere per presbyteros Roma accersitos, et pietatis opera edocti antiqua fide accepta.[1] Cum autem sub Romanorum potestate esset Bulgaria,[2] Serblorum principe, qui ad imperatorem confugerat, vita functo filius ipsius successit, mox nepos, et sic omnes qui ab eo descenderunt; ex quibus post annos aliquot fuit Boisesthlabus,[3] a quo Rodosthlabus,[4] a quo Prosegoes,[5] a quo Blastemerus,[6] ad cuius usque tempora pacem cum Bulgaris habuerunt Serbli, utpote vicini ac confines inter sese amantes, servientes Romanis imperatoribus et ab ipsis beneficiis ornati. Sed principatum tenenente laudato Blastemero arma contra Serblos movit Bulgariae princeps Presiam, subiicere sibi ipsos cupiens; verum post trium annorum bellum non

Βλαστημέρου ἦλθεν μετὰ πολέμου Πρεσιὰμ ὁ ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ τῶν Σέρβλων, θέλων αὐτοὺς ὑποτάξαι· ἀλλ᾽ ἐπὶ τριετίαν πολεμήσας οὐ μόνον οὐδὲν ἤνυσεν, ἀλλὰ καὶ λαὸν αὐτοῦ πλεῖστον ἀπώλεσε.

solum nihil effecit, sed plurimos e suis amisit.

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 32, p. 153—4.

Adducimus hunc locum, secus Serbiae historiam spectantem, ex eo, quod subsequa bella inter Bulgaros, Serbos et Chroatos dilucidet (v. nr. 180). Post Omortagum, ante Borisem vero Presiam unicus est e monumentis notus Bulgarorum princeps; cumque prior ad a. 824 nominetur, (v. p. 330) idemque sit, qui Pannoniam inferiorem sequentibus annis infestaverat; alter vero c. a. 844 patri suo Presiam successisse videatur, hoc bellum ad a. c. 835—44 referendum esse putamus. Vlastimiri itaque praedecessores: Prosigoj, Radoslav et Višeslav praefuerant Serbiae partim ineunte IX partim exeunte VIII saeculo.

[1] Continuatio eorum, quae p. 273—4 adducta sunt. [2] Serbli occuparunt Moesiam superiorem sub imp. Heraclio, Bulgari vero Moesiam inferiorem primum a. 679 sub Constantino Pogonato. V. Nicephor. de rebus post Mauricium gestis p. 39 ed. Bonn. [3] i. e. Višeslav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam. nr. 52. [4] Radoslav. ibid nr. 316. [5] Prosigoj. Cf. Prosimir, Proslav. ibid. nr. 303. [6] Vlastimir. ibid. nr. 41, 221.

178.

A. 848—9.

Godescalcus, doctrinae de praedestinatione propugnator, ex Italia Dalmatiam. Pannoniam et Noricum adiit.

Anno 849. Godescalcus Gallus quidam, monasterii Orbacensis paroeciae Suessionicae monachus et presbyter, scientia tumidus, quibusdam superstitionibus deditus, Italiam specie religionis ingressus, inde turpiter eiectus,[1] Dalmatiam, Pannoniam Noreiamque[2] adorsus, quaedam nostrae saluti valde contraria, praecipue sub nomine praedestinationis, pestiferis dictis et scriptis adstruens, in praesentia Hludovici, Germanorum regis, episcopali concilio detectus atque convictus, tandem ad dioeceseos suae urbem metropolim, Remorum Durocortorum nomine,[3] cui Ingmarus[4] vir venerabilis praesidet, redire compellitur, quatenus illic dignum suae perfidiae iudicium subiret. Quem sanctae dei ecclesiae strenuissimus cultor Carolus, advocato sanctorum memoratae dioeceseos episcoporum conventu,[5] suis aspectibus praesentari decrevit, quo perductus, publice flagellatus librosque suarum adsertionum igni cremare compulsus est.

Prudentii Trecensis annales. Pertz: Mon. Germ. Script. I, 443—4.
De Gotschalco, eius doctrina et fatis fuse disserit Dümmler: Geschichte des ost-fränkischen Reiches. Berlin 1862. Bd. I. S. 311 ff.

[1] E marca Foroiuliensi iussu comitis Eberhardi. [2] Inde Hincmarus accusat Godescalcum, ipsum „ad barbaras et paganas gentes velut evangelizaturum perexisse". Dümmler op. cit. I, 318. [3] Rheims. [4] Hincmarus. [5] Carisiaci (Quierzy). Hincmarus: de praedestinatione cap. 2. Dümmler. ibid. p. 319.

179.

A. 840—871.

Saracenorum Siciliae in Dalmatiae et Chroatiae littora incursus hostiles. Dalmatinorum et Chroatorum contra eosdem Saracenos auxilia.

1.

Saraceni Buduam, Rosam et inferiora Catari capiunt, Ragusium obsident (840). Dalmatini et Chroati in obsidione Barii (869—71) auxilia praestant.

Ἐπὶ δὲ τῆς βασιλείας Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ Θεοφίλου ἀνῆλθεν ἀπὸ Ἀφρικῆς στόλος λς' κομπαρίων, ἔχων κεφαλὴν τόν τε Σολδανὸν καὶ τὸν Σάμαν καὶ τὸν Καλφοῦς,[1] καὶ ἐχειρώσαντο διαφόρους πόλεις τῆς Δαλματίας καὶ τήν τε Βούτοβαν[2] καὶ τὴν Ῥῶσαν[3] καὶ τὰ κάτω Δεκάτερα.[4] ἦλθον δὲ καὶ πρὸς τὴν τούτων μητρόπολιν, ἥ Ῥαούσιον[5] λέγεται, καὶ ταύτην ἐπὶ χρόνον ἐπολιόρκουν ἱκανόν.

Οἱ δὲ τοῦ κάστρου Ῥαυσίου ἀπέστειλαν πρὸς τὸν βασιλέα, ἐξαιτούμενοι διὰ στόλου βοήθειαν. τῶν δὲ εἰς τοῦτο ἀποσταλέντων ἀνελθόντων, εὗρον ὑπο θεοῦ τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν Βασίλειον τὸν ἀοίδιμον βασιλέα ἤδε λαβόντα, ὅς καὶ τὰ τῆς αὐτῶν πρεσβείας καὶ δεήσεως ἐπακούσας καὶ στόλον ἱκανὸν καὶ δραστήριον ἄρχοντα πρὸς τὴν τούτων βοήθειαν εὐθὺς ἐξαπέστειλε. τοῦτο δὲ ἀπὸ αὐτομόλου

Sub imperio autem Michaëlis, filii Theophili, classis ab Africa ascendit triginta sex navigiorum, quae Soldanum et Samanum et Calphum[1] duces habebant. Hi subegerunt sibi varias Dalmatiae urbes, et Butoban[2] et Rosan[3] et inferiora Decatera.[4] Venerunt etiam ad eorum metropolim, quae Ragusium[5] dicebatur, eamque satis longo tempore obsederunt.

Urbis autem Ragusinae cives ad imperatorem legatos miserunt, qui auxiliarem classem exposcerent. Cum legati ad regiam venissent, invenerunt Basilium praeclarum illum imperatorem dei numine iam imperatoris dignitate ornatum; qui cum eorum legationis ac supplicationis capita audisset, et classem idoneam et ductorem strenuum ad suppetias

μαθόντες οἱ Ἄφροι, καὶ περὶ τὴν πολιορκίαν ἀπρακτήσαντες, μᾶλλον δὲ πτήξαντες τὴν τοῦ βασιλικοῦ στόλου κατ' αὐτῶν παρουσίαν, ἀνεπέρασαν ἐν Λογγιβαρδίᾳ,[6] καὶ πολιορκήσαντες τὸ κάστρον Βάρης ᾤκησαν ἐν αὐτῷ,[7] παραλαβόντες πάντα τὰ κάστρα καὶ τὴν πᾶσαν Λογγιβαρδίαν καὶ τὰ λοιπὰ κάστρα Καλαβρίας μέχρι Ῥωμες, ὡς εἶναι πάντα τὰ ὑπ' αὐτῶν πορθηθέντα κάστρα ρν'.[8]

Βασίλειος οὖν ὁ ἀοίδιμος βασιλεύς, τὴν αὐτοκρατορικὴν ἀρχὴν παρὰ θεοῦ εἰληφὼς καθὰ προείρηται, καὶ ταῦτα ἀναμαθών, προαπέστειλε μὲν στρατὸν καβαλλαρικὸν καὶ πλοῖα ρ', ἔγραψε δὲ πρὸς Λοδοῦχον τὸν ῥῆγα Φραγγίας καὶ τὸν πάπα Ῥώμης τοῦ συνεπαμῦναι τῷ ἑαυτοῦ στρατῷ. οἱ δὲ ὑπείξαντες τῇ βασιλικῇ ἐντεύξει, καὶ ἀμφότεροι ἑνωθέντες τῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντι στρατῷ καβαλλαρικῷ καὶ πλωΐμῳ, κατεπολέμησαν τοὺς ἀπὸ Ἀφρικῆς Σαρακηνοὺς καὶ ἐπόρθησαν τὸ κάστρον Βάρης, δέσμιον λαβόντες καὶ τὸν ἀμηρᾶν[9] Σολδανόν· ὃν καὶ ἀναλαβόμενος μετὰ τῶν Σαρακηνῶν Λοδοῦχος ὁ ῥῆξ Φραγγίας οἴκαδε ἀπῄει. ὁ δὲ βασιλεὺς κατέσχε τὴν πᾶσαν Λογγιβαρδίαν, καθὼς καὶ σήμερον παρὰ τῶν Ῥωμαίων βασιλέων δεσπόζεται.

ipsis ferendas extemplo misit. Hoc autem cum per transfugam rescivissent Afri, et nihil in obsidione promoverent, immo etiam imperatoriae classis adversus se impetum exhorrescerent, traiecerunt in Longobardiam,[6] ubi castro Baris obsesso immorati sunt,[7] omnibus castellis expugnatis cum universa Longobardia ac reliquis Calabriae oppidis Romam usque, ita ut omnium castrorum ab iis expugnatorum numerus esset centum quinquaginta.[8]

Basilius itaque ille praeclarus imperator, iam imperatoria dignitate a deo accepta, ut paulo ante dictum est, simulatque id rescivit, exercitum praemisit equitum et naves centum. Scripsit etiam ad Ludovicum regem Franciae et papam Romae, ut exercitui auxiliares manus praeberent. Hi imperatoriae legationi faventes ambo iuncti exercitui equestri et navali ab imperatore misso, Saracenos Afros debellarunt et castrum Baris expugnarunt,[9] captivum etiam ameran Soldanum tenuerunt, quem cum Ludovicus rex Franciae una cum Saracenis accepisset, ad suos rediit. Imperator vero totam Longobardiam subditam habuit, ut etiam nunc imperator Romanus ei dominatur.

Constantin. porphyr. de thematibus lib. II, p. 61—2 ed. Bonn.

Οὕτως οὖν τῶν κατὰ τὴν ἑσπέραν ἐχόντων καὶ ἐν τοιαύταις ὄντων ἀναρχίαις καὶ ἀταξίαις, συνεπέθεντο μετὰ

Sic igitur Occidentis rebus constitutis, inque eum modum per anarchiam laborantibus ac per-

τοῦ καιροῦ καὶ οἱ ἀπὸ Καρχηδόνος Ἀγαρηνοί, καὶ ἄρχοντας ἐπιστήσαντες τόν τε Σολδάνον καὶ Σάμβον καὶ τὸν Καλφούς,[1] οὓς ἐν κακίᾳ καὶ πολεμικῇ ἐμπειρίᾳ κατὰ πολὺ διαφέρειν τῶν ὁμοφύλων ἐπίστευον, ἓξ καὶ τριάκοντα πλοίων πολεμικῶν κατὰ Δαλματίας στόλον ἀπέστειλαν, ὑφ' οὗ διάφοροι πόλεις ἑάλωσαν Δαλματῶν, οἷον ἥ τε Βούτομα[2] καὶ Ῥῶσα[3] καὶ τὰ κάτω Δεκάτορα.[4] προχωρούντων δὲ κατὰ νοῦν τῶν πραγμάτων τοῖς πολεμίοις, ἦλθον καὶ ἐπὶ τὴν τοῦ ὅλου ἔθνους μητρόπολιν, ἣ Ῥαούσιον[5] λέγεται, καὶ ταύτην ἐπὶ χρόνον ἐπολιόρκουν ἱκανόν. ἑλεῖν δὲ ἐξ ἑτοίμου οὐκ ἔσθενον διὰ τὸ ἐκθύμως τοὺς ἔνδοθεν ἀγωνίζεσθαι ὡς ὑπὲρ ψυχῆς, τὸ λεγόμενον, θέοντας.

Ὡς οὖν ἐπὶ χρόνον οἱ ἐν Ῥαουσίῳ ἐταλαιπώρουν καὶ εἰς ἐσχάτας συνηλαύνοντο ἀπορίας, πέμπουσι πρέσβεις ὡς βασιλέα ὑπὸ τῆς ἀνάγκης στενοχωρούμενοι, καίτοι σχεδὸν οὐκ ἀγνοοῦντες ὡς εἰς ἄλλα μᾶλλον ὁ κρατῶν ἀπησχόληται, ἐλεῆσαι παρακαλοῦντες καὶ ἐπαμῦναι τοῖς ὅσον οὔπω κινδυνεύουσιν ὑποχειρίοις γενέσθαι τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ. οὔπω δὲ τῶν πρέσβεων καταλαβόντων τὴν βασιλεύουσαν, ἀλλ' ἔτι χρονοτριβούντων περὶ τὴν ἄνοδον, ἐξ ἀνθρώπων μὲν ὁ φαῦλος γίνεται βασιλεύς, ἐπὶ δὲ τὸν ἐγρηγορότα καὶ νήφοντα τῶν κοινῶν φροντιστὴν Βασίλειον τὰ τῆς αὐτοκράτορος ἐξουσίας περιίσταται πράγματα· ὃς καὶ πρὸ τούτου λίαν περὶ τῶν τοιούτων δυσφορῶν καὶ διαπονούμενος, καὶ τότε δὲ τῶν πρέσβεων ἐπιμελῶς ἀκροασάμενος καὶ ὡς οἰκεῖα

turbatis, arrepta Agareni Carthaginenses occasione coniunctis viribus expeditionem suscipiunt; creatisque ducibus Soldano, Sambano, et Chalphuso,[1] qui longe militia bellicaeque rei experientia tribulibus reliquis praestare existimabantur, sex supra triginta naves in Dalmatiam miserunt, quibus Dalmatarum plures urbes captae sunt, Butoma[2] Rosa[3] et inferius Decaterum.[4] Sic cum secundis auris res hostibus succederent, ad ipsam venerunt totius gentis metropolim, quam Ragusium[5] vocant, eamque ad longum tempus circumsederunt; haud tamen facile expugnare potuerunt, iis qui intra moenia erant magno animo concertantibus, quippe quibus pro anima, ut aiunt, cursus agitaretur.

Dum itaque Ragusini pro temporis diuturnitate malis conficerentur atque ad incitas redacti essent, legatos ad imperatorem mittunt, necessitatis angustiis pressi; quamquam non nesciebant aliis potius rebus eum distineri, suppliciter rogantes ut ipsorum misertus eis vindex foret, ac tueretur qui iamiam in infidelium Christumque negantium potestatem essent redigendi. Nondum legati in urbem venerant, sed in itinere adhuc subsistebant, cum ignavus malusque imperator in humanis esse desiit, rerumque summa ad vigilem sobriumque curatorem Basilium per eius excessum transivit; qui antea quoque

τραύματα· τὰ τῶν ὁμοπίστων καθήματα ἡγησάμενος, περὶ τὴν παρασκευὴν ἐγίνετο τῶν εἰς τὴν τῶν ἱκετευσάντων βοήθειαν μελλόντων ἐξαποστέλλεσθαι· καὶ στόλον ἐξαρτυσάμενος νεῶν ἑκατὸν καὶ πάντα δεόντως ἑτοιμασάμενος, καὶ ἄνδρα συνέσει καὶ ἐμπειρίᾳ τῶν πολλῶν διαφέροντα ἐκλεξάμενος, τὸν πατρίκιον Νικήταν φημί, τὸν τοῦ πλωΐμου δρουγγάριον ὃς κατ' ἐπωνυμίαν Ὠορυφας[10] ἐλέγετο, ὥσπερ τινὰ πρηστήριον κεραυνὸν κατὰ τῶν πολεμίων ἐκπέμπει.

Οἱ δὲ ἐξ Ἀφρικῆς Σαρακηνοί, οἱ τῇ πολιορκίᾳ τῆς πόλεως προσκαθήμενοι, δι' αὐτομόλων ἀναμαθόντες τοὺς Ῥαουσίους πρέσβεις ἀποστεῖλαι πρὸς βασιλέα τοὺς αἰτησομένους δύναμιν καὶ στρατὸν κατ' αὐτῶν, τοῦτο μὲν τὴν σύντομον ἀπογινώσκοντες ἅλωσιν, τοῦτο δὲ τὴν ἀφικέσθαι προσδοκωμένην ἐκ βασιλέως δείσαντες βοήθειαν, λύουσι τὴν πολιορκίαν καὶ τῶν τόπων ἐκείνων ἀπαναστεύουσι. κατὰ δὲ τὴν Ἰταλίαν, ἣ νῦν Λαγοβαρδία ὠνόμασται, διαπεράσαντες τὸ κάστρον Βάρεως ἐξεπόρθησαν, καὶ αὐτόθι κατασκηνώσαντες καὶ τοῖς μᾶλλον ἐγγίζουσι καθ' ἑκάστην ἐπιτιθέμενοι καὶ τῶν πορρωτέρω κατατολμῶντες καὶ ἀεί τι προσλαμβανόμενοι, πᾶσαν τὴν Λαγοβαρδίαν ἄχρι καὶ αὐτῆς σχεδὸν τῆς ποτὲ μεγαλοδόξου Ῥώμης ἐκράτησαν. καὶ εἶχε μὲν οὕτω ταῦτα.

Ἐπεὶ δὲ οἱ ἐπὶ τῆς ἐκμελοῦς τε καὶ ῥᾳθύμου βασιλείας πρὸς τὴν ἐπικράτειαν τῶν Ῥωμαίων διαπεράσαντες βάρβαροι καὶ τοῦ Ῥαουσίου ἀποκρουσθέντες, καθάπερ ἤδη πρότερον εἴρηται, ἔτι κατὰ τὴν Ἰταλίαν διέτριβον,

aegre ferebat atque animo angebatur; tuncque legatis diligenter auditis, suaque ipsius vulnera eorum mala ducens, quos eiusdem fidei foedera sociarent, in auxiliorum apparatu erat, quae supplicibus mittenda destinabat; instructaque centum navium classe, cunctisque rite apparatis, singularis prudentiae virum experientiaque supra vulgi usum praeditum deligit, Nicetam patricium, cognomento Oorypham,[10] rei navalis drungarium, quem velut fulmen cuncta comburens ac prosternens in hostes immitteret.

Agareni ut missos ad imperatorem legatos auxilia rogaturos ex profugis acceperunt, tum quod urbem brevi capiendam non sperarent, tum quod mittendas ab imperatore subsidio copias formidarent, obsidionem dirimunt; indeque solventes atque in Italiam (cui nunc Longobardia nomen est) transmittentes Barensem arcem expugnarunt; ibique habitantes cum vicinioribus quotidie ingruerent ac remotiora tentarent semperque dicioni suae aliquid adiicerent, omnem Longobardiam adusque praecelsa quondam prope gloria Romam subegerunt. Atque in hunc modum se res Occidentis habebant.

Quod vero barbari, qui sic neglecto segniterque administrato imperio in Romanam ditionem traiecerant pulsique Ragusio fuerant, uti iam dictum est, adhuc

συνεχῶς αὐτὴν κατατρέχοντες καὶ ἀφειδῶς ληϊζόμενοι, ὡς καὶ μέχρι τῶν πεντήκοντα καὶ ἑκατὸν κάστρων τὰ μὲν ἐκ προδοσίας τὰ δὲ πολιορκίᾳ χειρώσασθαι, ἀκούων ταῦτα ὁ βασιλεὺς ἠνιᾶτο σφοδρῶς, καὶ ταῖς περὶ τούτων φροντίσιν ἐπαργυπνῶν ἐζήτει πῶς ἂν εὐπετῶς δυνηθείη ἢ τελέως τροπώσασθαι τοὺς ἐχθροὺς ἢ κἂν ἐκ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικρατείας ἀπώσασθαι καὶ ἐξελάσαι τὸ δυσμενές. καὶ τὰς μὲν ἤδη χάριν τῶν Ῥαουσαίων καὶ ὅλου τοῦ ἔθνους τῶν Δαλματῶν προαποσταλείσας δυνάμεις ὧν ἦρχεν, ὡς φθάσαντες εἴπομεν, ὁ κατὰ τὸν Ὠορύφαν Νικήτας πατρίκιος, οὐκ ἀξιομάχους πρὸς τοσαύτην τῶν βαρβάρων πληθὺν ἐδοκίμασε, μάλιστα διὰ τὸ χρείαν εἶναι καὶ πρὸς τὴν μεσόγαιον πολλάκις ποιεῖσθαι τὰς συμπλοκὰς καὶ πολὺ τῆς θαλάττης ἀπαρτᾶσθαι, ὅπερ ἐδόκει πρὸς νηΐτην στρατὸν ἀσύμφορον καὶ ἀδύνατον· ἄλλας δὲ πάλιν ἀπ᾽ ἐντεῦθεν ἀποστέλλειν δυνάμεις οὐκ ἔκρινεν εἶναι λυσιτελὲς διά τε τὸ τῆς ἐκστρατείας δαπανηρὸν καὶ τὴν χρείαν τὴν τῶν ἐνταῦθα χωρῶν. καὶ συνετῶς βουλευσάμενος πρὸς Λοδοΐχον τὸν ῥῆγα Φραγγίας καὶ τὸν πάπαν Ῥώμης διαπρεσβεύεται συνεπικουρῆσαι ταῖς ἐντεῦθεν δυνάμεσι καὶ μετὰ τούτων συμπαρατάξασθαι κατὰ τῶν ἐν Βάρει κατοικησάντων Ἀγαρηνῶν, κελεύσας καὶ τὰς ὀλίγῳ πρόσθεν μνημονευθείσας χώρας τῶν Σκλαβηνῶν συνεπιλαβέσθαι τοῦ ἔργου, διὰ τῶν οἰκητόρων Ῥαουσίου καὶ τῶν παρ᾽ αὐτοῖς ἐγχωρίων πλοίων περαιωθέντας το πέλαγος Δαλματῶν.[11] ὧν ὁμοῦ πάντων

in Italia fixo pede continue eam incursabant direque desolabant, centum quinquaginta munitis oppidis, qua spontanea deditione qua obsidione vique in potestatem suam redactis, audiens imperator valde animo discruciebatur; horumque solicitudine invigilans modum quaerebat, quo facile vel hostes penitus fundere liceret vel a Romana saltem procul dicione abigere ac propellere. Iam itaque quae ante Ragusinorum causa gentisque omnis Dalmatarum missae fuerant copiae, Niceta Oorypha patricio ductore, ut supra diximus, adversus tantam barbarorum multitudinem haud satis pares existimans ac vel maxime quod in mediterraneis haud raro manus conserendae essent longiusque a mari abscedendum, quod navalibus copiis haud conduceret nec certe ab illis praestari posset, alias vero rursus Byzantio copias mittere haud utile putans ob expeditionis nimios sumptus et Orientalis tractus regionum necessitatem, prudenti consilio inito ad Ludovicum Franciae regem et ad Romanum antistitem legatos mittit, ut abs se missis copiis opem ferant ac cum eis adversus Agarenos Barii sedes habentes pugnam instruant, iubens ut et, quas paulo ante memoravimus, Sclavenorum gentes institutum suum iuvent, transmisso Ragusii incolarum ope suisque ipsorum navigiis Dalmatarum mari.[11] Hoc modo coniunctis vi-

γεγενημένων καὶ μεγάλης ἀθροισθείσης δυνάμεως, ἐπεὶ καὶ ὁ Ῥωμαϊκὸς ναύαρχος συνέσει καὶ ἀνδρίᾳ πολὺ πάντων διέφερε, θᾶττον ἡ Βάρις ἁλίσκεται. καὶ τὸ μὲν κάστρον αὐτὸ καὶ ἡ χώρα καὶ πᾶν τὸ αἰχμάλωτον εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐξουσίαν ἀναλαμβάνεται, καὶ τοὺς οἰκείους ἡ χώρα ἀπολαμβάνει οἰκήτορας, τὸν δὲ Σολδάνον ἐκεῖνον καὶ τὸν ὑπ' αὐτὸν λαὸν τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ ῥὴξ Φραγγίας ἀναλαβόμενος ἐν Καπύῃ ἀπήγαγεν· ταύτης γὰρ αὐτὸς ἦρχεν ἔτι καὶ προσέτι Βενεβενδοῦ. καὶ ἡ μὲν πρώτη κατὰ τὴν ἑσπέραν στρατεία τῷ βασιλεῖ τοιοῦτον πέρας ἐδέξατο, καὶ τοῖς ἐντεῦθεν λαφύροις καὶ τῇ δόξῃ κατεκοσμήθη ἡ βασιλεύουσα.

ribus ingens contractus est exercitus; quodque Romanae classi praefectus longe omnibus solertia ac fortitudine praestaret, Barium brevi capitur; oppidumque ipsum et ager omnesque captivi in Romanorum potestatem cedunt, suosque regio cives ac colonos recipit. Rex Franciae Soldanum illum subditosque Saracenos sibi ipse captivos summens Capuam adduxit, cuius illa dicionis erat ut et Beneventum. Huncque prima imperatoris in Occidentem expeditio nacta finem est; eiusque spoliis ac claritate urbs Augusta ornatur.

Constant. porphyr. Historia et vita de rebus gestis Basilii imp. c. 53, 55. (Theophanis continuati lib. V, c. 53, 55 p. 289—290, 292—4. ed. Bonn.)

Μετὰ δὲ χρόνον τινὰ ἐπὶ τῆς βασιλείας Βασιλείου τοῦ ἀοιδίμου καὶ ἀειμνήστου βασιλέως ἐλθόντων Σαρακηνῶν ἀπὸ Ἀφρικῆς, τοῦ τε Σολδανοῦ καὶ τοῦ Σάβα καὶ τοῦ Κλαφοῦς,[1] μετὰ χαραβίων λς', κατέλαβον ἐν Δελματίᾳ καὶ ἐπόρθησαν τὸ κάστρον τὰ Βούτοβα[2] καὶ το κάστρον τὴν Ῥῶσσαν[3] καὶ τὸ κάστρον τὰ Δεκάτερα[4] τὸ κάτω. καὶ ἦλθον καὶ εἰς τὸ κάστρον Ῥαουσίου,[5] καὶ παρεκάθισαν αὐτῷ μῆνας δεκαπέντε. τότε βιασθέντες οἱ Ῥαουσαῖοι ἐδηλοποίησαν Βασιλείῳ τῷ ἀειμνήστῳ βασιλεῖ Ῥωμαίων, λέγοντες αὐτῷ οὕτως „ἐλέησον ἡμᾶς, καὶ μὴ ἐάσῃς ἀπολέσθαι παρὰ τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ“. ὁ δὲ βασιλεὺς σπλαγχνισθεὶς ἀπέστειλε τὸν

Post aliquod vero tempus, praeclaro illo ac semper memorando Basilio frena imperii moderante, venientes ab Africa Saraceni cum Soldano, Saba et Calphone[1] navibusque 36 applicuerunt in Dalmatia, atque urbes Butoba,[2] Rosa[3] et inferius Decatera[4] expugnarunt. Inde adversus Ragusium[5] profecti eam urbem obsidione cinctam quindecim tenuere menses. Tum Ragusini cives in angustias adducti Basilio semper memorando Romanorum imperatori id significarunt hisce verbis: „miserere nostri, neve nos permittas ab infidelibus pessumdari“. Eaque re imperator motus Nicetam patri-

*

πατρίκιον Νικήτα δρουγγάριον τοῦ πλωΐμου, οὗ τὸ ἐπίκλην Ὠορύφας, μετὰ χελανδίων ἑκατόν. οἱ δὲ Σαρακηνοὶ μαθόντες τὴν μετὰ τοῦ στόλου ἄφιξιν τοῦ πατρικίου δρουγγαρίου τοῦ πλωΐμου ἔφυγον καταλιπόντες τὸ κάστρον Ῥαουσίου, καὶ ἀντεπέρασαν ἐν Λογουβαρδίᾳ, καὶ πολιορκήσαντες τὸ κάστρον Βάρεως τοῦτο ἐπόρθησαν. τότε ὁ Σολδανὸς κτίσας ἐκεῖσε παλάτια κατεκράτησε πᾶσαν Λογουβαρδίαν μέχρι Ῥώμης ἔτη τεσσαράκοντα.

Ὁ οὖν βασιλεὺς διὰ τὴν αἰτίαν ταύτην ἀπέστειλε πρός τε τὸν Λοδοΐχον τὸν ῥῆγα Φραγγίας καὶ τὸν πάπα Ῥώμης, ἵνα συνεπαμύνηται τῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντι στρατῷ. οἱ δὲ ὑπείξαντες τῇ τοῦ βασιλέως αἰτήσει, ὅ τε ῥὴξ καὶ ὁ πάπας, ἦλθον ἀμφότεροι μετὰ δυνάμεως πολλῆς, καὶ ἑνωθέντες τῷ παρὰ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντι στρατῷ, ἅμα τῷ Χρωβάτῳ, τῷ Σέρβλῳ καὶ Ζαχλούμῳ καὶ Τερβουνιώταις καὶ Καναλείταις καὶ Ῥαουσίοις, μετὰ πάντων τῶν ἀπὸ τῆς Δελματίας κάστρων (οὗτοι γὰρ πάντες βασιλικῇ κελεύσει παρῆσαν), καὶ περασάντων ἐν Λογουβαρδίᾳ ἐκάθησαν τὸ κάστρον Βάρεως καὶ ἐπόρθησαν αὐτό.

Ἰστέον ὅτι τοὺς Χρωβάτους καὶ τοὺς λοιποὺς Σκλαβαρχόντας οἱ τοῦ κάστρου Ῥαουσίου οἰκήτορες μετὰ τῶν ἰδίων αὐτῶν καραβίων διεπέρασαν ἐν Λογουβαρδίᾳ. καὶ τὸ μὲν κάστρον Βάρεως καὶ τὴν χώραν καὶ τὴν αἰχμαλωσίαν πᾶσαν ἀνελάβετο ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων· τὸν δὲ Σολδανὸν καὶ τοὺς λοιποὺς Σαρακηνοὺς

cium mittit, drungarium rei navalis, Orypham cognominatum, cum chelandiis centum. At Saraceni, ubi affuturum mox cum classe patricium, rei navalis drungarium, resciverunt, ab obsidione Ragusinae urbis discesserunt, et in Longobardiam traiicientes urbem Barium obsidione cinxerunt expugnaruntque. Tunc Soldanus extructis ibi palatiis Longobardiam omnem Romam usque annos quadraginta tenuit.

Hac itaque de causa imperator ad Ludovicum Franciae regem et ad papam romanum legatos misit petitum, ut exercitui a se misso auxilium ferant; qui uterque petitioni eius obsequentes cum magna manu iungunt se copiis ipsius una cum Chrobatis, Serblis, Zachlumis, Terbuniotis, Canalitis et Ragusinis cunctisque Dalmatiae oppidorum incolis (nam hi omnes ex imperatoris mandato aderant); qui in Longobardiam traiicientes urbem Barin obsederunt expugnaruntque.

Sciendum autem est quod Chrobatos reliquosque Sclavorum principes Ragusini cives suis navibus in Longobardiam transmiserint. Et urbem quidem Barim totamque regionem ac praedam universam sibi habuit imperator Romanorum, Soldanum vero cum ceteris Saracenis rex Franciae Ludovicus, et Capuam ac Beneventum ipsos abduxit. Et Soldanum quidem nemo unquam ri-

ἀνελάβετο Λοδόϊχος ὁ ῥὴξ Φραγγίας, καὶ ἀπήγαγεν αὐτοὺς ἐν τῷ κάστρῳ Καπύης καὶ ἐν τῷ κάστρῳ Βενεβένδοῦ. καὶ οὐδεὶς αὐτὸν εἶδεν γελῶντα. εἶπεν δὲ ὁ ῥὴξ ὅτι εἴ τίς μοι τὸν Σολδανὸν μετὰ ἀληθείας ἀναγγείλῃ ἢ ὑποδείξῃ γελῶντα, δώσω αὐτῷ χρήματα πολλά. καὶ μετὰ τοῦτο εἶδέ τις αὐτὸν γελῶντα, καὶ τῷ ῥηγὶ Λοδόϊχῳ ἀπήγγειλεν. ὁ δὲ προσκαλέσάμενος τὸν Σολδανὸν ἠρώτησεν αὐτὸν ποίῳ τρόπῳ ἐγέλασεν. ὁ δὲ εἶπεν „ἅμαξαν εἶδον καὶ τοὺς ἐν αὐτῇ τροχοὺς κυλιομένους, καὶ τούτου χάριν ἐγέλασα, ὅτι καὶ ἐγώ ποτε κεφαλὴ ἤμην καὶ ἀρτίως εἰμὶ ὑποκάτω πάντων, καὶ πάλιν δύναται ὁ θεὸς ὑψῶσαί με“. καὶ ἀπὸ τότε προσεκαλεῖτο αὐτὸν ὁ Λοδόϊχος εἰς τὴν τράπεζαν αὐτοῦ καὶ συνήσθιεν αὐτῷ. οἱ δὲ ἄρχοντες τῆς Καπύης καὶ Βενεβενδοῦ ἤρχοντο πρός τὸν Σολδανὸν ἐρωτῶντες αὐτὸν περὶ ἰατρειῶν καὶ θεραπείας ἀλόγων καὶ λοιπῶν ὑποθέσεων ὡς γέροντα καὶ πεπειραμένον. ὁ δὲ Σολδανὸς πανοῦργος ὢν καὶ σκολιὸς εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὅτι πρᾶγμα θέλω εἰπεῖν πρὸς ὑμᾶς, καὶ δέδοικα τοῦ μὴ παρ' ὑμῶν κατάδηλον γενέσθαι πρὸς τὸν ῥῆγα, καὶ ἀπολέσω τὴν ἐμαυτοῦ ζωήν. οἱ δὲ ὤμοσαν αὐτῷ, καὶ θαρρήσας εἶπε πρὸς αὐτοὺς ὅτι ὁ ῥὴξ ἐξορίσαι θέλει πάντας ὑμᾶς ἐν τῇ μεγάλῃ Φραγγίᾳ, καὶ ἐὰν ἀπιστῆτε, ἐκδέξασθε μικρόν, κἀγω πληροφορῶ ὑμᾶς. καὶ ἀπελθὼν εἶπε πρὸς τὸν Λοδόϊχον ὅτι οἱ ἄρχοντες τοῦ τόπου κακοί εἰσι, καὶ σὺ οὐ δύνασαι κυριεῦσαι τὴν χώραν ταύτην, ἐὰν μὴ ἀφανίσῃς τοὺς δυνατοὺς τοὺς ἀντιπίπτοντάς σοι· ἀλλὰ δέ-

dentem videbat; itaque multas ei pecunias rex pollicetur, qui vere ridentem ipsum aut ostendisset aut nuntiasset. Evenit autem postea, ut quidam ridentem Soldanum videret, qui regi Ludovico significavit. Ille accersitum soldanum interrogavit: quamobrem risisset? isque respondit: „currum cernebam et vertentes in eo rotas, et huius rei gratia risum edidi; nam ego quoque aliquando caput fui, nunc autem infra omnes sum, et potest me deus rursum exaltare“. Atque ex illo tempore ad mensam illum suam Ludovicus adhibuit. Principes vero Capuae et Beneventi ventitabant ad soldanum interrogantes eum de medicina ac cura equorum aliisque rebus, uti senem et multo usu peritum. Ille autem, vafer admodum et versutus cum esset, dixit ipsis: „est quod communicatum vobis velim; sed vereor ne per vos regi innotescat, et ego in periculum vitae incidam“. Qui cum iureiurando se obstrinxissent, fidentior factus dixit iis: „rex vos omnes in magnam Franciam transportare statuit; et si non creditis expectate paulisper, donec plenam vobis fidem faciam“. Discendensque dixit Ludovico: „principes huis loci improbi sunt, neque tu dominari huic regioni valebis, nisi potentioribus, qui tibi obsistunt, e medio sublatis; sed primores urbis in vincula coniectos in tuam regionem mitte, et tunc pro ar-

σμευσον τοὺς πρώτους τοῦ κάστρου, καὶ ἀπόστειλον αὐτοὺς εἰς τὴν χώραν σου, καὶ τότε ὡς θέλεις οἱ λοιποὶ ὑποταγήσονταί σοι. καὶ ὅτε παρέπεισεν αὐτὸν ἵνα πλερώσῃ τὴν βουλὴν αὐτοῦ, καὶ ὥρισε γενέσθαι ἁλύσεις σιδηρᾶς εἰς τὸ ἐξορίσαι αὐτούς, ἀπῆλθεν ὁ Σολδανὸς καὶ εἶπε πρὸς τοὺς ἄρχοντας ὅτι ἀκμὴν οὐ πιστεύετε ὅτι ὁ ῥὴξ ἐξορίστους ὑμᾶς ποιεῖ καὶ παντελῶς ἐξ ἀνθρώπων γίνεται τὸ μνημόσυνον ὑμῶν. ὅμως εἰ θέλετε τελείως πληροφορηθῆναι, ἀπελθόντες θεάσασθε τί ἄρα ἐργάζονται πάντες οἱ χαλκεῖς τῇ προστάξει τοῦ ῥηγός· καὶ εἰ οὐχ εὕρητε αὐτοὺς ἐργαζομένους τὰς ἁλύσεις καὶ τὰ δεσμά, γινώσκετε ὅτι πάντα τὰ παρ' ἐμοῦ λαλούμενα ὑμῖν ἐστὶ ψευδῆ· εἰ δέ ἀληθεύω, φροντίσατε τὴν σωτηρίαν ὑμῶν καὶ ἐμὲ εὐεργετήσατε τὸν τὰ χρηστὰ καὶ σωτήρια ὑμῖν βουλευσάμενον. οἱ δὲ ἄρχοντες πεισθέντες τῷ τοῦ Σολδανοῦ λόγῳ, θεασάμενοι δὲ καὶ ταῖς ἁλύσεις καὶ τὰ δεσμά, τελείαν πληροφορίαν ἔλαβον, καὶ ἔκτοτε ἐμελέτων τὴν ἀπώλειαν τοῦ ῥηγός Λοδοΐχου. ὁ δὲ ῥὴξ ταῦτα πάντα ἀγνοῶν ἐξῆλθε πρὸς τὸ κυνηγῆσαι· ὑποστρέψαντος δὲ οἱ τούτου ἄρχοντες ἐκράτησαν τὸ κάστρον, μὴ ἐάσαντες αὐτὸν εἰσελθεῖν. ὁ δὲ ῥὴξ Λοδοΐχος τὴν τῶν ἀρχόντων ἔνστασιν θεασάμενος εἰς τὴν ἰδίαν χώραν ὑπέστρεψεν. οἱ δὲ ἄρχοντες εἶπον πρὸς τὸν Σολδανὸν „τι ἄρα θέλεις ἡμᾶς ποιῆσαί σοι περὶ τῆς γενομένης εἰς ἡμᾶς παρὰ σοῦ σωτηρίας"; ὁ δὲ ἠτήσατο ἐν τῇ ἰδίᾳ χώρᾳ ἀπολῦσαι αὐτόν, καὶ τούτου γενομένου ἀπῆλθεν ἐν Ἀφρικῇ εἰς τὴν ἰδίαν

bitrio ceteri sese submittent". Cum autem persuasisset ipsi consilio suo obsequi, isque iam catenas ferreas faciendas decrevisset iis ablegandis, adiit Soldanus principes, inquiens: „nondum vos creditis, regem vos exterminaturum et omnino ex hominibus eruendam memoriam vestri; at si omnino certiores rei fieri vultis, abite et videte quid ubique fabri mandato regis conficiant; et nisi circa catenas ac vincula occupatos inveneritis, omnia me falsa dixisse vobis iudicate; sin vera dixero, curae vobis sit propria salus, mihique, qui utilia vobis et salutaria consilia dederim, beneficium reddite". Persuasi vero principes Soldani verbis, compedibus et vinculis conspectis, omnino id quod erat crediderunt; atque ex eo tempore de tollendo rege Ludovico consilium ceperunt. Rex autem horum omnium ignarus venatum egreditur; cumque reverteretur, principes ipsius loci, urbe occupata, intrare eum minime permiserunt. Rex itaque Ludovicus, insurgentes contra se principes videns, ad sua regreditur. Principes vero Soldano dixere: „quid tibi vis faciamus pro eo, quod nos servaveris?" Ille vero dimitti ad suos voluit; eoque facto in Africam profectus, in propriam regionem se recepit. Pristinae autem malitiae minime oblitus, exercitu collecto cum magna manu ad obsidendas capiendasque urbes

αὐτοῦ χώραν. μὴ ἐπιλαθόμενος δὲ τῆς ἀρχαίας αὐτοῦ κακίας ἐστρατοπέδευσε, καὶ ἦλθε μετὰ δυνάμεως ἐν Καπύῃ καὶ ἐν Βενεβενδῷ πρὸς τὸ πολιορκῆσαι καὶ ὑποτάξαι αὐτούς. οἱ δὲ τὰ τοιαῦτα κάστρα κρατοῦντες ἀπέστειλαν πρέσβεις πρὸς τὸν ῥῆγα Λοδόϊχον ἐν Φραγγίᾳ, ἵνα ἐλθὼν συνεπαμύνηται αὐτοῖς κατὰ τοῦ Σολδανοῦ καὶ τῶν Ἀφρικῶν. ὁ δὲ ῥὴξ Λοδόϊχος ταῦτα μαθών, καὶ ὅνπερ ἐποίησε τρόπον ὁ Σολδανὸς πείσας καὶ τοὺς ἄρχοντας ὅτι δεσμίους μέλλει ὑμᾶς ὁ ῥὴξ ἐν Φραγγίᾳ ἐξορίσαι, ἀντεδήλωσεν αὐτοῖς ὅτι καὶ ἅπερ ἐποίησα πρότερον εἰς ὑμᾶς μεταμεμέλημαι, ὅτι ἔσωσα ὑμᾶς ἀπὸ τῶν ἐχθρῶν ὑμῶν, καὶ ἀνταπεδώκατέ μοι πονηρὰ ἀντὶ ἀγαθῶν· καὶ καθὼς ἐδιώχθην παρ' ὑμῶν, ἀρτίως χαίρω ἐπὶ τῇ ἀπωλείᾳ ὑμῶν. τότε ἀπορήσαντες ἀπὸ τοῦ ῥηγὸς Λοδοΐχου ἀπέστειλαν πρέσβεις πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων τοῦ δοῦναι αὐτοῖς βοήθειαν καὶ λυτρώσασθαι τοῦ τοιούτου κινδύνου· ὁ δὲ βασιλεὺς ὑπέσχετο βοηθῆσαι αὐτοῖς. τοῦ δὲ ἀποκρισιαρίου ἀπὸ τῆς πόλεως ὑποστρέψαντος καὶ ἀγαθὰς ἀγγελίας τοῖς πέμψασιν αὐτὸν ἀποκομίζοντος περὶ τῆς τοῦ βασιλέως συμμαχίας, μήπω τούτου ἀποσωθέντος ἐν τῷ κάστρῳ, ἐκρατήθη παρὰ τῶν βιγλῶν τοῦ Σολδανοῦ· προεγνώκει γὰρ ὁ Σολδανὸς τὴν γεγονυῖαν ἀποστολὴν πρὸς ἱκεσίαν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων, καὶ ἐπύκτευσε τοῦ τὸν ἀποκρισιάριον αὐτῶν κρατῆσαι, ὅπερ καὶ γέγονε. κρατηθέντος δὲ αὐτοῦ ἔμαθε τὴν ἀποτελεσθεῖσαν παρ' αὐτοῦ δουλείαν, καὶ ὅτι δι' ὀλίγων ἡμερῶν καταλαμ-

Capuam ac Beneventum venit. Capuani vero ac Beneventani legatos in Franciam ad regem Ludovicum mittunt, uti suppetias ipsis adversus Soldanum et Afros ferret. At rex Ludovicus his cognitis et quomodo egisset Soldanus principibus persuadens, regem compeditos in Franciam mittere voluisse, sic ipsis respondit: „poenitet quidem me etiam eorum, quae antea vobis praestiti, cum vos ab hostibus servarim, pro quo beneficio mala mihi reposuistis; et quemadmodum eiectus ipse a vobis fui, ita nunc de vestro exitio gaudeo". Tunc ad summam angustiam redacti, a rege Ludovico ad Romanorum imperatorem legatos mittunt petitum, ut ipsis opitularetar atque ab eiusmodi periculo eos liberaret. Pollicetur opem imperator; sed legatus ab urbe Constantinopolitana rediens atque laeta suis nuntia afferens de auxilio ab imperatore mittendo, priusquam in urbem se recipere posset a Soldani excubiis captus fuit; praesciverat quippe ille legationem factam ad imperatorem Romanum, et omni studio incubuit ut legatum caperet; quod et factum fuit. Comprehenso autem legato intellexit, quo defunctus fuerat officio, et post paucos dies auxilia Romani imperatoris affutura. Dicit itaque ei Soldanus: „si, quae dixero, feceris, libertate et maximis muneribus cohonestaberis; sin minus, mala morte pe-

βάνει ἡ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων βοήθεια. ὁ δὲ Σολδανὸς εἶπε τῷ αὐτῷ ἀποκρισιαρίῳ ὅτι εἰ ποιήσεις ὅπερ σοι εἴπω, ἐλευθερίας καὶ δωρεῶν μεγίστων ἀξιωθήσῃ· εἰ δὲ μή, πονηρῷ θανάτῳ τὴν ζωὴν ἀπολέσεις. τοῦ δὲ ὑποσχομένου ἐκπληρῶσαι τὰ κελευόμενα αὐτῷ, εἶπεν ὁ Σολδανὸς πρὸς αὐτὸν ὅτι κελεύω στῆναί σε πλησίον τοῦ τείχους, καὶ προσκαλέσασθαι τοὺς ἀποστείλαντάς σε, καὶ εἰπεῖν πρὸς αὐτοὺς „ἐγὼ μὲν τὴν δουλείαν ἣν ὤφειλον ποιῆσαι πεποίηκα, καὶ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων περὶ ὑμῶν ἐδυσώπησα· πλὴν οὖν γινώσκετε ὅτι εἰς κενὸν ἐγένετο ἡ ὁδός μου, καὶ ὁ βασιλεὺς παμφαῦλον ἔθηκε τὴν παρ' ὑμῶν γεγονυῖαν ἱκεσίαν, καὶ ἀπὸ τοῦ βασιλεώς μὴ ἐλπίζετε βοήθειαν". τοῦ δὲ ὑποσχομένου ταῦτα μετὰ χαρᾶς ἐκπληρῶσαι, ἤγαγον αὐτὸν πλησίον τοῦ κάστρου, καὶ ἐν οὐδενὶ θέμενος τὰ παρὰ τοῦ Σολδανοῦ ῥηθέντα πάντα, μήτε τὰς ἀπειλὰς αὐτοῦ φοβηθεὶς μήτε ταῖς ὑποσχέσεσιν αὐτοῦ πεισθείς, ἀλλὰ τὸν τοῦ θεοῦ φόβον ἐν τῇ καρδίᾳ αὐτοῦ θέμενος διελογίσατο ἐν ἑαυτῷ ὅτι συμφέρον ἐστὶν ἐμὲ μόνον ἀποθανεῖν καὶ μὴ τοσαύτας ψυχὰς διὰ λόγου παγιδεῦσαι καὶ προδοῦναι εἰς θάνατον. καὶ δὴ πλησίον τοῦ τείχους αὐτοῦ γενομένου καὶ πάντας τοὺς ἄρχοντας προσκαλεσαμένου, εἶπε πρὸς τοὺς ἐξουσιάσαντας τοῦ τοιούτου κάστρου „ἐγὼ μέν, κύριοί μου, τὴν διακονίαν μου ἐξεπλήρωσα, καὶ τὰ παρὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων δηλωθέντα ὑμῖν ἀπαγγελῶ· πλὴν ὁρκίζω ὑμᾶς εἰς τὸν υἱὸν τοῦ θεοῦ καί εἰς τὴν σωτηρίαν παντὸς τοῦ κάστρου καὶ

ribis". Cumque legatus, facturum se mandata, pollicitus esset, dixit ei Soldanus: „iubeo te proxime muros accedere ac eos, qui te miserunt, advocare, ipsisque dicere: ego quidem quod vobis officium debui, praestiti, imperatoremque Romanum pro vobis oravi; verum notum vobis volo frustra mihi susceptam hanc profectionem fuisse; et supplicationem vestram imperator reiecit, neque est quod opem ab illo ullam expectetis". Legatum autem haec se executurum cum laetitia promittentem ad urbem duxerunt. At apertis omnibus, quae Soldanus dixerat, neque minis eius territus, neque pollicitationibus persuasus, sed dei timorem in pectore gestans, haec in animo cogitavit: „satius est unum me mori quam tot animas verbo compediri et ad mortem prodi". Et sane cum proxime muros esset omnesque principes advocasset, ita urbis primates allocutus est: „ego quidem, domini mei, officio meo defunctus sum, et quae significari vobis Romanorum imperator iussit, nuntiabo; at obtestor vos per filium dei urbisque vestrae universae et animarum vestrarum salutem, uti pro me benefaciatis liberis meis et quae me amplecti sperat coniugi; quemadmodum enim illis feceritis, ita a iusto et bonorum remuneratore deo, qui iudicaturus est vivos et mortuos, mercedem recipietis". Et haec

αὐτῶν τῶν ψυχῶν ὑμῶν, ἵνα ἀντὶ ἐμοῦ εὐεργετήσητε τὰ τέκνα μου καὶ τὴν ἐλπίζουσαν ἀπολαβεῖν με σύμβιόν μου· ὡς γὰρ ποιήσητε μετὰ αὐτῶν, παρὰ τοῦ δικαίου καὶ μισθαποδότου ἀγαθοῦ θεοῦ, μέλλοντος κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, τὸν μισθὸν ἀπολήψεσθε“. καὶ ταῦτα εἰπὼν παρεθάρρυνεν αὐτοὺς λέγων „ἐγὼ μὲν ἀπὸ τοῦ Σολδανοῦ ἀπολοῦμαι καὶ περὶ τὴν ζωὴν κινδυνεύω· ὑμεῖς δὲ στῆτε ἑδραῖοι καὶ μὴ δειλανδρήσητε, ἀλλ' ὑπομείνατε μικρόν, καὶ εἰς ὀλίγον ἡμερῶν φθάσει ἡ ἀποσταλεῖσα ὑμῖν σωτηρία παρὰ τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων.“ ταῦτα δὲ αὐτοῦ εἰπόντος, οἱ κατέχοντες αὐτὸν οἰκεῖοι τοῦ Σολδανοῦ παρὰ προσδοκίαν τὰ παρ' αὐτοῦ λαληθέντα ἀκούσαντες ἔβρυξαν ἐπ' αὐτὸν τοὺς ὀδόντας, καὶ εἰς τοῦ ἑτέρου προέτρεχον, τίς ἄρα τῆς αὐτοῦ σφαγῆς γένειεν αὐτουργός. τοῦ δὲ παρ' αὐτῶν ἀναιρεθέντος, πτοηθεὶς ὁ Σολδανὸς τὴν τοῦ βασιλέως ἐρχομένην δυναστείαν ὑπέστρεψεν εἰς τὴν ἰδίαν χώραν. καὶ ἔκτοτε καὶ μέχρι τοῦ νῦν καὶ οἱ τῆς Καπύης καὶ οἱ τῆς Βενεβενδοῦ εἰσὶν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν Ῥωμαίων εἰς τελείαν δούλωσιν καὶ ὑποταγὴν διὰ τὴν εἰς αὐτοὺς γενομένην μεγάλην ταύτην εὐεργεσίαν.

locutus animo illos bono esse iussit, inquiens: „ego profecto de vita periclitor et a Soldano interficiar; vos autem resistite fortiter; neque timete, sed expectate paulisper; post paucos quippe dies aderunt auxilia ab imperatore Romanorum vobis missa“. Legatus cum haec verba pronuntiasset, Soldani milites, qui eum deduxerant, auditis quae praeter expectationem locutus erat, dentibus super eum stridebant, ac procurrentes certatim ipsum interficiunt. Eo autem occiso Soldanus validissimum imperatoris exercitum, qui adventabat, metuens ad sua regreditur. Et ex illo tempore in hodiernum usque diem Capuani ac Beneventiani sub potestate Romani imperatoris degunt, ipsique propter ingens hoc in illos collatum beneficium plene subiecti serviunt.

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 29, p. 129—136.

Constantinus porphyr. inseruit tribus operibus suis tres, parum discordantes, relationes de imperii in Longobardiae themate contra Saracenos lucta, hac occasione eorundem in Dalmatiam irruptionem, Dalmatinorum aeque ac Chroatorum in communi hoste oppugnando cooperationem, nec non restitutam exinde illorum cum imperio pristinam vicissitudinem commemorans. Verum in relationibus istis exigua habetur temporis ratio, nam eventus, qui Barensis civitatis per Saracenos occupationi (841) praecesserant, quive usque ad eiusdem recuperationem

(871) sequebantur, uno quasi halitu narrantur, omnesque ad Basilii imperium referuntur. Quodsi tamen prae oculis habeatur, Saracenos iuxta relationem nostram invasisse Dalmatiam ante Barensis civitatis occupationem: eo tum irruptio illa ad a. 840 referenda est. Quae quidem sententia eo quoque commendari videtur, quod aliunde constet, Calfonem et Sabam, Saracenorum fuisse duces a. 841—42, quorum prior a. 841 Barim occupaverat, alter vero ad Tarentum a. 842 extiterat (Chronicon casinense c. 8. Pertz SS. III, 225. Erchempert: Historia Langobardorum c. 16. ibid. III, 247. V. infr. p. 355.), quodve Saraceni post a. 840 saepius adriatici maris littora infestaverint V. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 48—9. Constantini itaque relationes documentis aliis praemittimus, quia primam Dalmatiae invasionem enarrant, bellaque contra Saracenos, in quibus Dalmatini et Chroati auxilia quoque exhibebant, quasi in nucleo describunt, relinquentes de caetero ut relationes hac coaevis scriptoribus emendentur et compleantur. V. Muratori: Annali d'Italia. Venezia 1845. vol. III, p. 566 ss. M. Amari: Storia dei Musulmani di Sicilia. Firenze 1854, vol. I, p. 258 ss. Dümmler: Geschichte des ostfränkischen Reiches I, 184 folg.

[1] Cf. Chron. casinense c. 8. Pertz: Mon. Germ. Script. III, 225: „Eo tempore (841) dictus Radelchis princeps (Beneventanorum) per Barensem Pandonem gastaldium in auxilium sibi transmarinos invitavit Saracenos, qui diu erga Barim residentes, intempesta videlicet noctis hora more solito nominatam rapuerunt civitatem ... Horum iniquorum primus venientium vocabatur Kalfon rex". Erchempert: Hist. Langob. c. 16 ibid. III, 247: „Rex vero eorum Calfo nomine". „Khalfûn, uom berbero, liberto della tribù araba di Rebi'a". Amari op. cit. I, 360. Σάμα, Σάμβα, Σάβα est Saba, „che parmi corruzione di Sâheb". Cf. Sâheb-el-Istûl nel significato di ammiraglio". ibid. Σολδανός, apud latinos scriptores etiam „Seodan, Saugdan, Soldanus" (v. chron. s. Benedicti. Pertz III, 205. Andreae Bergomatis chron. c. 15. ibid. p. 236. Erchemperti histor. Langob. c. 33. ibid. p. 232). Soldanus et Saba sunt honoris tituli, „che gli scrittori cristiani danno talvolta per nome proprio". Amari loc. cit.
[2] Βουθόη, Butua, Budva. Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 842.
[3] Ῥῶσα ist vielleicht Porto Rose an der Einfahrt in den Busen von Cattaro gegenüber Castelnuovo, keinesfalls aber Risano, das damals Rhizinium, Ῥίσενα hiess. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 48.
[4] „Decadaron". Ravennatis cosmographia lib. IV, c. 16. lib. V, c. 14 ed. Pinder et Parthey. Nunc. Cattaro, Kotor. [5] Ῥαούσιον, Ravennatis cosmographia loc. cit.: „Ragusium". [6] Longobardia est Constantino (de thematibus lib. II, p. 60 ed. Bonn.) thema XI, a Langobardis ita dictum, complectens infimam Italiae inferioris partem cum urbibus Bario et Tarento, excluso utique Beneventano Langobardorum principatu. [7] A. 841. [8] Hoc ordine capta sunt loca praecipua, in Sicilia: Mazzara 827, Messana 831, Panormus 832, Korlun et el-Belut 839, Abi-Thûr 851, Kasr-Jani 854, Ragusa et Butera 864, Agrigentum 872 a. in Langobardiae themate Bari 841, Tarentum 856 a. Romam usque a. 846 penetrarunt. V. infr. p. 363. [9] Barium recuperatum est a. 871, 2—3 februarii. Vide infr. p. 357. Constantinus itaque occupatione urbis huius per Saracenos enarrata mox eiusdem recuperationem refert, sicque 30 annorum spatium transilit. [10] Nicetas hicce idem omnino est vir, cuius imp. Ludovicus meminit

(v. infr. p. 362), quive Dalmatiae Slavenos potius quam Saracenos aggressus est. [11] Dalmatas et Chroatos obsidioni Barii reapse interfuisse, elucet ex epistola Ludovici imp. Verum ipsi erant eotum non Graecorum sed Francorum socii.

2.

A. 842—3.

Saraceni maris adriatici littora infestant, Absarensem civitatem incendio devastant.

Hac denique tempestate[1] Theodosius patricius Constantinopoli ad Veneciam veniens, spatharii honoris investituram Petro contulit duci, integroque anno ibi commoratus est, ex imperatoris parte eundem ducem efflagitans, ut expeditionem Saracenos ad expugnandos sibi adtribuere non recusaret; quod libenter dux facere non denegavit. Tunc praeparare sexaginta bellicosas naves omni sub festinatione studuit, et usque ad Tarantum, ubi Saba Saracenorum princeps cum maximo exercitu manebat, easdem destinavit. Sed a Saracenorum multitudine pene omnes Venetici capti et interfecti sunt.[2]

Idem nempe Saraceni, videntes quod in christianis victoriam essent consecuti, ad Absarensem civitatem[3] usque pertingere non dubitaverunt, et in feria secunda pascę incendio eam devastantes, ad Anconam civitatem transierunt; quam similiter igne concremantes, multos captivos exinde secum detulerunt. Deinde vastum per mare huc illuc navigantes, Adrianensem portum,[4] qui vicinus Veneciae subsistit, applicuere. Ubi cum sortis industria se illic nullam predam capturos pervidissent, redeundi iter ad propriam arripuerunt. Postquam vero ad exitum Adriatici culfi pervenerunt, naves Veneticorum, quae de Sicilia seu de aliis partibus revertebantur, omnes ab eisdem comprehense sunt.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 17. Andr. Danduli chron. venet. Muratori XII, 175.

[1] Scilicet dum „factus est ecclipsis" a. 840 die 5 Maii. [2] Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slawen in Dalmatien. S. 49: „Tarent fiel etwas später als Bari in die Hände der Sarazenen (Chron. Casin. c. 4, c. 17), daher diese Seeschlacht wohl nicht vor 843 gesetzt werden kann. Die Worte: „ad Tarantum, ubi Saba... cum maximo exercitu manebat" lassen aber auch die Auslegung zu, dass Saba etwa erst in der Belagerung Tarent's begriffen, war, welches fame obsessa genommen wurde, und das führt auf 842. [3] Ossero Osor in insula Cherso sinus Flanatici. [4] In ostio Padi.

3.

A. 844.

Saraceni mare adriaticum usque ad Quarneri culfum iterum infestant; pugna ad insulam Sansego.

In secundo vero anno[1] iterum praedicti Saraceni maximo cum exercitu usque ad Quarnarii culfum pervenerunt. Quos Venetici navali expedicione aggredientes, acriter iuxta locum, qui Sansagus[2] nominatur, supra eosdem irruerunt. Sed demum Venetici dantes terga, victi regressi sunt.

Johannis chronicon venet. Pertz SS. VII, 18. Andr. Danduli chron. venet. Muratori XII, 177.

[1] Id est a. 844. [2] Sansego (Sušak) insula parva ab occidente insulae Lušin. Vide Acta nr. 68, p. 89.

4.

C. a. 850.

Ragusium maxima parte corruit.

Interea Ludovicus Francorum rex Beneventi principatum adivit, et capto Abomasale[1] inimico, cum suis Romam ingressus est, sicque ab apostolico coronatus et unctus est in regem.[2]

Fertur quoque tunc Ragusiensem civitatem maris et ventu impetu maxima ex parte cecidisse.

Johan. chron. venet. Pertz SS. VII, 18.

Chronicon Siculum ap. Muratori: Script. rer. ital. I, 1. p. 245. de Ragusa narrat:

A. 6356 (848). Capta est Ragusa prima vice.

A. 6375 (867). Tradita est Ragusa secundo.

Ast e mente clarissimi M. Amari (Storia dei Musulmani di Sicilia. I, 319. 346.) hic non Dalmatiae sed Siciliae Ragusa, „forte castello in Val di Noto" in infima insulae parte, subintelligenda est.

[1] Amelmassar, Massar in chron. Cassinensi, ab Andrea Bergam. et Erchemperto vocatur. Pertz: Script. III. [2] Anno 850 die 6 aprilis. Prudentii ann. 850.

5.

A. 869—871.

Barium obsidione cingitur et capitur, „Sclavenis cum navibus suis apud Bārim consistentibus".

In diebus Ursoni Veneticorum duci nunciatum est, quod exercitus Sarracenorum iuxta Tarantum maneret. Tunc navibus belli-

cosis eosdem dimicaturus adivit. Cumque diu inter sese decertantes Sarraceni superati cecidissent, Venetici victores reversi sunt.

Interea Baris civitas domni Ludovici, regis Francorum et Longobardorum, ab exercitu capta est; quam videlicet civitatem, Bandone eiusdem civitatis gastaldio agente, Sarracenorum gens per annos circiter triginta[1] tenuerunt. Trigesimo primo anno, divina favente gratia, reddita est illis impietas, quam christianis civibus olim intulerant. Capta est autem quarto nonas Februarias, qua die sancte dei genitricis virginis Mariae purificatio celebratur.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 19.

Barium iam a. 867, tum iterum a. 869 obsidione cinctum est. Sequenti vero anno maiori robore ab exercitu franco-langobardico, cui adiunxerunt se etiam auxiliares copiae Dalmatinorum et Chroatorum qui supremum Ludovici dominium agnoscebant, obsidebatur, tandemque die 2 februarii captum est. Vide annal. Benevent. ad a. 871 (Pertz: Script. III, 174), Andreae Bergomatis chron. c 15 (ib. III, 236), Erchemperti histor. Langob c. 33 (ib. III, 232), chronic. Benedicti (ibid. III, 205). De Dalmatinorum et Chroatorum auxilio refert praeter Constant. porphyr. loc. cit. (v. p. 346 ss.) ipse Ludovicus in epistola data ad imp. Basilium. V. infra p. 362. Ex eadem epistola, nec non e chronico salernitano c. 107 (Pertz. SS. Germ. III, 521. 527) elucet, Graecos non multum Francis in recuperando Bario adiuvasse.

[1] I. e. ab anno 841. V. supr. p. 343—54.

180.

Bulgarorum cum Pannoniae Slavis societas, cum Serbis et Chroatis inimicitiae.

1.

Bulgarorum et contiguorum Slavorum (pannoniensium) ad Francorum imperium amica primum tum hostilis relatio.

A. 845. (Hludovicus) tempore autumni in Saxonia apud Padrabrunnon generale placitum habuit, ubi fratrum suorum et Nordmannorum, Sclavorum quoque et Bulgarorum legationes suscepit, audivit et absolvit.

Ruodolfi fuld. annales ad a. 845. Pertz Mon. Germ. SS. I, 364.

A. 852. Habita est autem et synodus ex voluntate atque praecepto eiusdem serenissimi principis (Hludowici) in civitate Mogontia, metropoli Germaniae, praesidente Rhabano, venerabili eiusdem

urbis archiepiscopo . . . Rex vero cum principibus et praefectis provinciarum publicis causis litibusque componendis insistens . . . legationes Bulgarorum Sclavorumque audivit et absolvit.

Ruodolfi fuld. annales ad a. 852. Pertz I, 367.

A. 853. **Bulgari, sociatis sibi Sclavis, et, ut fertur, a nostris muneribus invitati adversus Hludovicum, Germaniae regem, acriter promoventur; sed domino pugnante vincuntur.**

Prudentii Trecensis annales ad a. 853. Pertz I, 448.

Sub „Sclavis" hicce Pannonienses intelligendos esse, ex illis, quae nro 173 (p. 330—4) allata sunt, deducitur. Nec dubito, Slavos hosce fuisse incolas Pannoniae inferioris inter Savum et Dravum, qui Liudeviti et Ratimiri (nr. 175, p. 336—7) stragem aegre ferentes Bulgaris sese associarunt. Princeps, qui Bulgaris eotum dominabatur, verisimiliter iam Presiami filius Boris erat. Idem iam Michaele III et Theodora imperantibus (842—855) rem Bulgarorum publicam administravit (Theophanis continuati lib. IV, c. 13. p. 162 ed. Bonn.).

2.

Bulgarorum princeps Boris Serbiam aggreditur. Terbuniae princeps sui iuris efficitur.

Μετὰ δὲ θάνατον Βλαστημέρου τοῦ ἄρχοντος διεδέξαντο τὴν ἀρχὴν τῆς Σερβλίας οἱ τρεῖς υἱοὶ αὐτοῦ, ὁ Μουντιμῆρος[1] καὶ ὁ Στροήμερος[2] καὶ ὁ Γοΐνικος,[3] μερισάμενοι τὴν χώραν. ἐπὶ τούτων παρεγένετο ὁ τῆς Βουλγαρίας ἄρχων Μιχαὴλ ὁ Βορίσης[4] θέλων ἐκδικῆσαι τὴν ἧτταν Πρεσιὰμ τοῦ πατρὸς αὐτοῦ· καὶ πολεμήσας, εἰς τοσοῦτον αὐτὸν ἐπτόησαν οἱ Σέρβλοι ὥστε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βλαστήμερον[5] ἐκράτησαν δέσμιον μετὰ καὶ βολιάδων δώδεκα μεγάλων.[6] τότε δέ τῇ τοῦ υἱοῦ θλίψει καὶ μὴ θέλων ὁ Βορίσης εἰρήνευσε μετὰ τῶν Σέρβλων. μέλλων δὲ ὑποστρέφειν ἐν Βουλγαρίᾳ, καὶ φοβηθεὶς μήποτε ἐνεδρεύσωσιν αὐτὸν οἱ Σέρβλοι καθ᾿ ὁδοῦ, ἐπεζήτησεν εἰς διάσωσιν αὐτοῦ τὰ τοῦ ἄρχοντος Μουντιμήρου παιδία, τὸν Βόρενα[7] καὶ τὸν Στέφανον· οἵ καὶ διέσωσαν αὐτὸν ἀβλαβῆ μέχρι τῶν

Post mortem autem Vlastemeri regionem inter se partiti principatum Serbliae exceperunt tres eius filii: Muntimerus,[1] Stroëmerus[2] et Goinicus.[3] Hos aggressus est Michaël Borises[4] Bulgariae princeps, stragem, quam pater Presiam passus erat, vindicare cupiens; sed eum bellantem adeo afflixerunt Serbli, ut filium eius Vlastemerum[5] in vinculis abducerent una cum proceribus grandibus[6] duodecim. Tunc filii casu permotus Borises, quamlibet invitus, pacem cum Serblis fecit. In Bulgariam vero rediturus et Serblorum in itinere insidias timens, Muntimeri principis filios, Borena[7] et Stephanum, viae duces petiit, qui et indemnem usque ad Rasam[8] deduxerunt. Et ingentia

συνόρων ἕως τῆς Ῥάσης.[8] καὶ ὑπὲρ τῆς τοιαύτης χάριτος δέδωκεν αὐτοῖς Μιχαὴλ ὁ Βορίσης δωρεὰς μεγάλας· καὶ ἐκεῖνοι ἀντέδωκαν αὐτῷ χάριν ξενίων ψυχάρια δύο, φαλκώνια δύο, σκυλία δύο καὶ γούνας ἐννενήκοντα· ὅπερ λέγουσιν οἱ Βούλγαροι εἶναι πάκτον.

ab eo munera beneficii huius nomine acceperunt, vicissim donantes xeniorum vice duo mancipia, duos falcones, duos canes et pelles nonaginta; quod Bulgari pactum esse dicunt.

Constant. porph. de adm. imp. c. 32, p. 154—5.

[1] **Мѫтимиръ**, Mutimir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam. nro. 241. [2] Strojmir. Cf. Strojislav. ibid. nr. 374. [3] Gojnik. Cf. Gojen, Gojak, Gojko. ibid nr. 74. [4] Theophan. cont. lib. IV, c. 13, p. 162 ed. Bonn Ὁ ἄρχων Βουλγαρίας, Βώγωρις οὗτος ἦν. Symeon mag. de Michaele et Theodora c. 21, p. 664 ed. Bonn. Βόγαρις ὁ ἄρχων Βουλγαρίας. Ibid c. 25, p. 665: „κατὰ Γόβορι (pro Βόγορι) ἄρχοντι Βουλγάρων“. Monachus Chrabr (Šafařik: Památky dřevn. písemn. Jihoslov. Okázky p. 91): **въ врѣмена михаила цѣсарѣ грьчьска и бориса кназа блъгарьска..**“ Boris a 861—5 christianus factus in baptismo nomen Michaelis ab imperatore Graecorum sortitus est. [5] Male loco „Βλαδήμερου“, quod erat nomen Boris filio maxime nato. Annal. Fuld. ad a. 892. Pertz I, 408: „ad Bulgarios et regem eorum Laodomur“. Vita s. Clementis c. 19. ed. Miklošić. Georgius monach. de Michaele et Theodora c. 8, p. 818 ed. Bonn. „ἄρχων Βουλγαρίας ὁ Βαλδίμερ“. [6] Interpres hunc terminum non intelligens vertit: „cum machinis grandibus“. Idem auctor alio loco, sc. de Caerem. aulae byz. lib II c 47, p. 682 ed. Bonn. Bulgariae primores „βολιάδες“ nominat, ubi legatos a logotheto sic interrogari adducit: „πῶς ἔχουσιν οἱ ἒξ βολιάδες οἱ μεγάλοι; πῶς ἔχουσιν καὶ οἱ λοιποὶ οἱ ἔσω καὶ ἔξω βολιάδες“. V. Drinov: Južnye Slavjane i Vizantija v X věkě p. 92. [7] Vide Miklošić: Die Bild. der slav. Personennam. nr. 16. Borena, Borin. [8] Rasa, **Рась** (v. Daničić: rječnik iz književnih starina srb. ad h. v.), **Раса**, urbs ad fl. Rasam prope Novi Pazar. Šafařik: Slov. starož. p 652.

(Ὁ ἄρχων Σερβλίας Βλαστήμερος) τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ δέδωκεν ἄνδρα Κραΐναν[1] τόν υἱὸν Βελάη[2] τοῦ ζουπάνου Τερβουνίας. θέλων οὗτος τὸν ἴδιον γαμβρὸν δοξάσαι ὠνόμασεν αὐτὸν ἄρχοντα, ποιήσας αὐτὸν αὐτεξούσιον.

(Vlastemerus, Serbliae princeps) filiae suae maritum dedit Krainam,[1] Belaë[2] Terbuniae zupani filium, eumque honoris ergo principem appellavit; et ut sui iuris esset, effecit.

Constant. porphyr. de admin. imp. c. 34, p. 161 ed. Bonn.

[1] Kraja, Krajin, Krajko, Krajmir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 174. [2] Bêla, Belja, ibid. nr. 27.

3.

Idem Boris Chroatiam invadit.

Ὅτι ὁ ἄρχων Χρωβατίας ἐξ ἀρχῆς, ἤγουν ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, δουλικῶς ἐστὶν ὑποτεταγμένος τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων, καὶ οὐδέποτε τῷ ἄρχοντι Βουλγαρίας καθυπετάγη. ἀλλ' οὐδὲ Βούλγαρος ἀπῆλθε πρὸς πόλεμον κατὰ τῶν Χρωβάτων, εἰ μὴ Μιχαὴλ ὁ ἄρχων Βουλγαρίας, ὁ Βορώσης, ἀπελθὼν καὶ πολεμήσας αὐτοῖς καὶ μηδὲν ἀνύσαι δυνηθεὶς εἰρήνευσε μετ' αὐτῶν, ξενιάσας τοὺς Χρωβάτους καὶ ξενιασθεὶς παρὰ τῶν Χρωβάτων. ἀλλ' οὐδὲ πώποτε οἱ Χρωβάτοι οὗτοι τοῖς Βουλγάροις πάκτον δεδώκασιν, εἰ μὴ πολλάκις ἀμφότεροι ξένιά τινα πρὸς ἀλλήλους παρέσχον φιλοφρονήσεως ἕνεκα.

Chrobatiae autem princeps ab initio, id est ab Heraclii imperatoris temporibus, Romano imperatori, non Bulgariae principi, subditus erat. Neque Bulgarus cum Chrobatis bellum gessit, praeter Michaelem Borosen, Bulgariae principem, qui sumptis armis bellum ipsis intulit; sed cum nihil efficeret, muneribus datis et acceptis pacem fecit. Neque Chrobati unquam Bulgaris tributum dederunt; sed alteri alteros saepe amicitiae ergo donis cohonestarunt.

Constantinus porph. de adm. imp. c. 31, p. 150—151 ed. Bonn.

Bellum Bulgarorum contra Serbos et Chroatos initio principatus Boris, idque certo ante eiusdem ad fidem christianam conversionem (864—5. Viek i djelovanje sv. Cirila i Metoda p. 145—8), gestum fuisse videtur. In Serbia necdum Mutimirus solus rem publicam administrabat (v. nr. 190); ducem Chroatiae Trpimirum eotum fuisse censeo, sub quo spalatensis ecclesia erat „metropolis usque ripam Danubii" (acta nr. 2, p. 4). An non cum temporum rerumque adiunctis optime conveniret, si utrumque bellum mox post a. 853 et ante a. 864, adeoque intra annos 854—864, gestum fuisse admitteretur?

181.

A. 870—1.

Graecorum imperium sub Basilio I iterum se in Dalmatiae et Chroatiae res publicas ingerit.

1.

A. 870.

Legati pontificis Hadriani II in reditu Constantinopoli Romam. Dyrrachio in Italiam navigantes incidunt „in Sclavorum manus".

(Legati Hadriani II summi pontificis, Donatus episcopus Ostiensis et Stephanus Nepesinus episcopus et Marinus diaconus Constanti-

nopoli a Theodosio spathario) Dyrchacium[1] usque perducti, negligenterque sine ulla provisione dimissi, post dies aliquot navigantes in Sclavorum deducti manus, proh dolor, inciderunt, bonisque omnibus ac authentico, in quo subscriptiones omnium fuerant, exemplari[2] denudati sunt; ipsique capite plexi fuissent, nisi ab his, qui ex illis anfugerant, sibi timuissent. Tandem apostolicis, imperialibusque litteris ab exilio liberati et undecimo calendarum Januariarum die, indictione quarta, Romam reversi, omnia quae superius diximus, coram sanctissimo summo pontifice ac proceribus retulerunt, nihilque aliud scripturarum, quam librum actionis Ignatii et libellos, quos a Sclavis receperant, et reliquos libellos, quos Supponi archiministro et Anastasio prudentissimo bibliothecario sanctae sedis apostolicae (cuius praescientiae sollicitudine exemplar ammissae synodi, quod sibi scribendum impetraverat, ecclesia Romana suscepit) dudum Constantinopoli commendaverant, ostendere potuerunt.

Vita Hadriani II ed. Muratori: Script. rer. ital. III, 268.

Cum legati iam die 22 dec. 870 Romae essent, ipsi pridie in Slavenorum manus deducti sunt.

[1] ed. Muratori legit: „Acodyrcharium" in locum „a quo dyrchacium".
[2] concilii constantinopolitani, quod a. 869 die 5 octobris apertum est.

2.

A. 871.

Patricius Nicetas, legatorum pontificiorum captivitatem vindicaturus, „Sclaveniae" terram aggreditur.

Lodoguicus divina ordinante providentia imperator augustus Romanorum dilectissimo spiritualique fratri nostro Basilio, gloriosissimo ac piissimo, atque imperatori novae Romae . . . Caeterum fraternitatis tuae dilectionem rogamus, nullam Nicetae patricio[1] molestiam irrogare pro eo, quod nostrum tam insolenter offenderit animum. Nam licet adeo protervus et contumax erga nostrum fuerit imperium, ut fidelium quoque nostrorum numerosa multitudo in eum severiore mente commoveretur, nisi a nobis, causa tui honoris pariter et amoris praeventa, compesceretur, tamen malum pro malo retribuere non tulimus, nec debemus . . .

Non autem apocrisarios apostolicae sedis esse, vel professio docet vel eruditio dictat vel conuersatio anteacta demonstrat . . electos enim et approbatos eos, tam spiritualis pater noster summus pontifex quam ecclesia . . ad preces sublimis a deo servandi imperij

tui illos direxisse noscuntur. Unde et decuerat excellentiam tuam ita munitos eos remittere, ut in nullos vel piratarum vel aliorum pravorum incursus inciderent. Grave namque contra te super hoc tam spiritualis patris nostri apostolici papae quam totius ecclesiae Romanae murmur accenditur eo, quod illos a sede apostolica tam desiderabiliter expetieris, sed tam improvida dispensatione remiseris. Et Niceta quidem patricius, Hadriano loci servatore[2] cum classibus destinato, accepta quasi pro huiusmodi re occasione, multas praedas ab ipsis Sclavenis abstulit, et quibusdam castris diruptis eorum homines captivos adduxit, nec tamen quae praefati venerabiles apocrisarii perdiderunt, hactenus restituta sunt. Sane spiritalem tuam nolumus ignorare fraternitatem super castra nostra dirupta et tot populis Sclaveniae nostrae in captivitate sine qualibet parcitate subtractis, supra quam dici possit animum nostrum commotum. Non enim congrue gestum est, ut iisdem Sclavenis nostris, cum navibus suis apud Barim in procinctu communis utilitatis consistentibus et nichil adversi sibi aliunde imminere putantibus, tam impie domi sua quaeque diriperentur, sibique contingerent, quae si praenoscerent, nequaquam prorsus incurrerent. Qua de re desiderabilem dilectionem tuam hortamur et ammonemus, quod mox id corrigere iubeat, et ipsos captivos ad propria cum suis reduci praecipiat; si charitatis vinculum nunquam inter nos fore cupiat dissoluendum . . . .

Epistola in chronico salernitano c. 107. Pertz: Mon. Germ. SS. III, 521—7. Muratori: Script. rer. ital. II, 2 p. 244—54. Adducimus tantum fragmentum rem nostram concernens.

Epistola haec, quam Amari (Storia dei Musulmani I, 381) suppositiam esse censet, mox post recuperatum Barium scripta est.

E verbis imp. Ludovici „populis Sclaveniae nostrae, iisdem Sclavenis nostris“ sat clare deducitur, subintelligendos esse Dalmatinos et Chroatos, qui supremum Francorum dominium agnoscebant, quive ideo ipsis in Baris obsidione auxilium praestabant. De caetero ex epistola Joannis VIII a. 873—6 (v. p. 6) patet, Domogoji Chroatiae ducis subditos eotum piraticam artem exercuisse.

[1] v. p. 345. Nicetas cognomento „Ooryphas“. Νικήτα ὁ Ὠορύφας. [2] ap. Muratori: „Hadriatici freti servator . . . destinatus“.

3.

A. 871, 10 Novembris.

Papa Hadrianus II Basilio, Constantino et Leoni imperatoribus legatos suos in itinere despoliatos fuisse conqueritur.

Apocrisiarios quoque nostros, super quorum nihilominus reversione scripsistis, licet sero, post multa tamen pericula, depraedationes atque propriorum hominum trucidationem, nudos tandem recepimus, non cuiuslibet hominis fretos auxilio sed dei solius praeditos adminiculo. Unde audientes haec universi gemunt, et quia isti pertulerunt, quae sub nullo piorum principum quemquam sedis apostolicae missum pertulisse recolunt, omnes stupefacti mirantur; fitque continui clamoris ab ecclesia nostra murmur, quod ita dispositionis vestrae constitutio improvide prodire potuerit, ut in barbarorum gladios, nullo imperii vestri fulti praesidio, miseranter inciderint. Praesertim cum hos quos ab apostolica sede toto desiderio postulaveritis et ab ipsis apostolorum principum tectis per legatos vestros salvos acceperitis, salvos rursus, dispositis rite propter quae missi fuerant, ad propria remittere debueratis.

Mansi: Conc. coll. XVI, 206. Jaffè: Regesta pont. roman. nr. 2236.

182.

A. 846—876.

Novi Chroatorum Dalmatiae cum Venetis conflictus.[1] *Chroatiae dux Domogoj, post cuius obitum pax inter Chroatos et Venetos.*

1.

C. a. 846.

Slavi Caprulense castrum depraedantur.

Praedicti Saraceni etiam Romam ausi sunt adire, ecclesiamque sancti Petri depraedare. Verum ad sancti Pauli (ecclesiam) cum pervenissent, a Romanis civibus pene omnes occisi sunt.[2]

Circa haec tempora Sclavi venientes ad Veneticorum loca expugnanda, Caprulensem[3] tantummodo castrum depredaverunt.

Johan. chron. venet. Pertz SS. VII, 18. Andr. Danduli chronicon venet. Muratori XII, 177.

[1] V. nr. 174, p. 334—6. [2] Id factum est anno 846 mense Augusto. Prudentii annal. Annal. Wizenburg. Annal Colon. Ruodolf. annal. fuld. Annal. Mosiaceus. Annal. Farfens. Pertz SS. I, 97. 111. III, 169. IV, 3. XI, 588.
[3] nunc Caorle.

2.

A. 836—864.

Slavi marcae foroiuliensis terras infestant.

Multa fatigatio Langobardi et oppressio a Sclavorum gens sustinuit, usque dum imperator (Lotharius) Foroiulanorum Ebherardo principem constituit. Eo defuncto,[1] Unhroch filio suo principatum suscepit.

Andreae Bergomatis chronicon. Pertz: Mon. Germ. V (Scr. III) p. 235.

De bellis Eberhardi cum Slavis canit quoque poëta:

„Qui Sclavos fortes, Numidas, Maurosque feroces
Saepe triumphavit, interfecit, spoliavit“.

Historia ecclesiae Cisoniensis. D'Achery: Spicilegium veterum aliquot scriptorum. II, 878

Sub Slavis hic loci subintelligendos esse Dalmatiae Slavos, qui hoc tempore Venetias usque excurrerant, omnia aevi adiuncta insinuant.

[1] Eberhardus ab a. 836 saepius in actis adducitur; forsitan erat Baldrici (v. p. 333) post a. 828 in foroiuliensi marca successor. Unruoch successit illi a. 864—866. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken. S. 30—1. Geschichte des ostfränk. Reiches I, 117. 174. 317. 386. 399.

3.

Anno 865/6.

Pax inter Chroatiae principem Domogojum et Venetiarum ducem Ursum Particiacum.

Deinde (sc. occiso duce Petro anno 864) ad eundem dignitatis culmen quendam virum Ursonem nomine sublimarunt ... Prelibatus quidem Ursus dux adversus Dommagoum,[1] Sclavorum principem, cum navali expedictione properavit. Sed cernente eo Veneticorum multitudinem, proibuit pugnam, pacem requisivit. Deinde acceptis obsidibus dux ad Venetiam repedavit. Eodem videlicet tempore Deusdedus, Torcellensis episcopus, a duobus suis servitoribus apud Altinum interfectus, diem finivit ultimum. Quod audiente dux, unum ex illis iusta flumen, quod Silis vocatur, alterum vero in Torcellensi lacuna suspendere permisit ... Hac denique tempestate Michaël imperator interfectus est;[2] Basilius vero cum suo filio Constantino imperatores effecti sunt.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 18—19. A. Danduli chron. ed. Muratori XII, 182.

[1] Dand. „contra Domagoi". [2] Die 23 Septembris 867. Muralt op. cit. I, 445.

4.

Anno 872.

Saraceni Braciensem Dalmatiae insulam, Slavi Istriae loca invadunt, Venetosque occidunt.

Sequenti vero anno[1] mense Madii item Sarraceni Creta insula egredientes, quasdam Dalmaciarum urbes depopulati sunt, pariterque etiam Braciensem eiusdem provinciae urbem[2] invaserunt. Quod cum domno Urso duci denunciatum foret, parvam naviculam cum 14 hominibus ad Istriam usque destinare sub festinacione studuit, quatenus, Saraceni ne forte Veneciam petere vellent vel qualis eorum fortitudo subsisteret, explorare deberent. Qui cum Gradensi de civitate Istriam petituri exissent, predones Sclavi, qui in portu Silvodis[3] reclusi latitabant, supra eandem naviculam velociter irruerunt. Ubi cum uterque pars fortiter dimicaret, multique Sclavorum percussi deficerent, novissime vero capta Veneticorum ab eisdem Sclavis navicula, omnes Venetici, qui intus erant, occisi sunt. Praedicti autem Sarraceni urbibus, quas diximus, devastatis, cum inestimabili preda ad propriam sunt reversi.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 19. A. Danduli chronic. ed. Muratori XII, 183.

[1] Scilicet post captam Barim, adeoque anno 872. [2] rectius „insulam". [3] Dandul. „Silvoclis". Cf. Silvo, Silbo in Istria (Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 588) ad ingressum in portum Pirani.

5.

C. a. 875.

Dalmatini et Chroati Istriam iterum depraedantur.

Lodovicus pius imperator tunc Veronae obiit[1] . . Circa hec tempora Sarraceni advenientes Gradensem urbem capere conati sunt... Eo tempore domnus Ursus dux Johannem filium suum in dignitate sibi consortem fecit. Tunc Sclavorum pessime gentes et Dalmacianorum Ystriensem provinciam depredare ceperunt; quatuor videlicet urbes ibidem devastaverunt, id est: Umacus,[2] Civitas Nova,[3] Sipiares[4] atque Ruinius.[5] Deinde nunciatum est domno Urso duci, quod Gradensem ad urbem vellent transire; cum triginta navibus ad predictam civitatem venit. Inde pertransiens Istriam, audacter super eosdem Sclavos inruens, in tantum eosdem cede prostravit, ut nemo illorum evadens patriam valuit reverti. Quoniam hisdem

princeps celitus victoriam consecutus, Sclavos, quos in hoc certamine ceperat, liberos dimisit, ecclesiarumque res, quae sublatae in praelibata provincia fuerant, restituit; sicque triumphali cum gloria palatium rediit. Et propter hoc fedus, quod inter Sclavos et Veneticos olim fuerat, disruptum est.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 19—20. A. Danduli chronic. ed. Muratori XII, 186.

Huc referrendum esse puto hocce documentum:

Illico[6] Sclavorum princeps ad depopulationem terrarum maritimarum Istriae potenter advenit, contra quem dux (Ursus Baduario) personaliter exiens victoriam habuit, et terris expoliatis damna restituit.

Annales Danduli minores. Recensio A(brevis). Simonsfeld: Andreas Dandulo und seine Geschichtswerke. München 1876. S. 50.

Eo tempore Yllicus[6] Sclavoniae princeps contra pacis federa veniens civitates maritimas Istriae damnis et derobationibus flagellavit; propter quod dux adversus eum in manu forti personaliter exiens victoriam consecutus est, terrarumque, per ipsum Yllicum occupatarum indebite, atque spoliorum restitutionem obtinuit cum triumpho.

Annales Danduli minores. Recensio B(longa). Ibid.

[1] A. 875 aug. 12. [2] Umago. [3] Città nova. Dandul. „Aemoniam“. [4] Dandul. „Ciparum“. Cervere. [5] Ruvinius, Rovigno. Loca in occidentali Istriae littore. [6] Alias „Inicus“. cf. Inъka, Injuša, Inoslav. Miklošič: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 153. In cathalogo pontificum salon. romano ap. Farlati I, 334: „Unusclavo“, Inoslav.

6.

A. 876.

Mortuo duce Domogoj Veneti cum Chroatis Dalmatiae pacem ineunt.

Eo tempore Saudam, Sarracenorum princeps, qui in Varensi urbe iam dudum captus usque ad tempus istud carcere trusus manebat, ab Aldegisi Longobardorum duce dimmissus, iterum post aliquot tempus Tarrantum rediit,[1] multaque postea christianis mala induxit.

Dehinc mortuo Domogoi, Sclavorum pessimo ducę, domnus Ursus dux et Johannes suus filius cum Sclavis pacem et concordiam iniit. Tamen adversus Narrentanos, cum quibus iurgium habebat, exercitum misit.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 20. Cf. A. Danduli chronic. ed. Muratori XII, 185.

[1] Anno 876.

183.

Sirmiensis pro Pannoniae Slavis episcopatus resuscitatus.

A. 870—1.

Papa Hadrianus II resuscitat ecclesiam pannoniensem, cuius sedes quondam Sirmium erat eidemque Methodium praeficit.

Приꙗтъ жє и (sc. **Мєѳодиꙗ**) **Коцьлъ**[1] **съ великою чьстью, и пакы посъла и къ апостоликоу** (sc. **Андрианоу**) **и .к. моужь, чьстьнъı чади, да и ємоу свꙗтить на єпископьство въ Панонии на столъ свꙗтаго Аньдроника, апостола отъ .о. южє и бысть.**

Excepit vero eum (sc. Methodium) Kocel[1] cum magno honore; et iterum eum ad apostolicum (sc. Hadrianum II) misit et XX viros, homines honorabiles, ut eum sibi ordinaret in episcopatum in Pannonia in sedem sancti Andronici, apostoli e LXX, quod etiam factum est.

Vita s. Methodii c. 8. ed. Šafařik. Pragae 1851, p. 6. ed. Miklošić. Vindobonae 1870, p. 16—17.

Fragmentum hocce adducimus, quia cisdravanam quoque Pannoniae partem concernit. Institutione hac sirmiensis sedes post tria ferre saecula iterum resuscitata est; unde Methodius „archiepiscopus pannoniensis ecclesiae“ vocatur (Epist. Joannis VIII, 18 kal. Julii 879. Registri epist. 202, p. 77. Erben: Regesta diplomatica. Pragae 1855, I. 17). Sed resuscitati archiepiscopatus sedes vix Sirmium fuerat; quum ipsa potius primum in Koceli provincia, nimirum in Pannoniae inferioris parte transdravana quaerenda sit. Ad huiusce pannoniensis ecclesiae iurisdictionem spectabat praeterea Rastislavi et mox Svatopluki Moravia, quo post Koceli obitum (a. 873/4) sedes quoque translata est; unde Methodius etiam „archiepiscopus sanctae ecclesiae Marabensis“ audit (Epist. Joannis VIII mense iunio 880. Registri epist. 257, p. 99. Erben loc. cit.). V. Rački: Viek i djelovanje sv. Cirila i Metoda. p. 260—263. Ginzel: Geschichte der Slavenapostel. Leitmeritz 1857, p. 51—2. Dümmler: Ueber die südöstlichen Marken. p. 44—5. Geschichte des ostfränk. Reiches I, 702—3.

Ecclesiae pannoniensis limites e sedis apostolicae intentione hoc quoque illustrat documentum a. c. 873—5.

Joannes episcopus Montemero[2] duci Sclauinicae.[3] Admonemus te, ut progenitorum tuorum secutus morem, quantum potes, ad pannoniensium reuerti studeas dioecesim. Et quia iam illic, deo

gratias, a sede beati Petri apostoli episcopus ordinatus est, ad ipsius pastoralem recurras sollicitudinem.

Timon: Imago antiquae Hungariae p. 143. Fejér: cod. dipl. Hungariae I, 196. Cod. dipl. CSD. I, 57. Jaffé: Regesta pontif. rom. nr. 2259.

Si ratio temporis, quo haec Joannis VIII (872—882) epistola data est, prae oculis habeatur, eadem quidem ad Muntimirum Serbiae principem, Vlastimiri filium, fratremque Stojmiri et Gojniki (v. nr. 180, p. 358), referi potest. Neque enim huius nominis princeps Chroatiae subintelligi valet, quum Joanne pontificante non Mutimirus (v. acta nr. 12, p. 14), sed post Domogojum Sedeslav et Branimir Chroatiae ducatum tenerent (ibid. nr. 3—11, p. 6—14). Verum cum Pannoniae pars inter Dravum et Savum a comite Francorum vasallo toto saeculo regeretur (v. infra nr. 191), cum huic provinciae ad inferiorem Savi cursum non Serbia sed Bulgaria (vide ibid.) contigua esset, cumque supponi vix possit, resuscitatae sirmiensis ecclesiae ambitum meridiem versus alias praeter Pannoniam saviam et sirmiensem oras continuisse, quod etiam confirmatur eo, quia belgradensis episcopatus ad bulgaricam ecclesiam pertinebat (v. epistolam Joannis VIII „Michaeli regi Vulgarum“ 16 apr. 878. registri ep. 65, p. 80. Cod. dipl. CSD. I, 67): exinde potius deducitur, Mutimirum fuisse non Serbiae sed Pannoniae inter Savum et Dravum principem, praedecessorem adeoque Braslavonis. Quare putandum est, Mutimirum haesitas e, an ipsi ad Methodii episcopatum, cui Germaniae clerus tantopere adversabatur, accedendum sit; papam vero Joannem VIII haesitationi huic epistola sua finem imponere voluisse.

[1] Filius Privinae (v. nr. 175, p. 337), qui a rege Ludovico territorium ad Salam fluvium in cisdravana inferioris Pannoniae parte primum in feudum, dein 12 oct. 848 in proprietatem acceperat. Kocel successit patri a. 861, administravitque sub Germaniae r gis dominio supremo transdravanam Pannoniam usque ad Rabam et Poetovium, sedem habens in „urbe paludarum“ seu Mosaburg ad lacum Plesum (Blatno); unde etiam „кназь блатьньскъ“ a Slavis (mon. Chrabr. ed. Šafařik p. 91) nomen obtinuit. Cf. dr. H. Jireček: Panonija u IX stoljeću. Književnik III, 87 ss. Spruners: Handatlas für die Geschichte des Mittelalters. nr. 30. [2] Cf. мѫтимиръ. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 241. [3] Saluinicae.

184.

A. 875—6.

Dalmatini et Chroati iterum agnoscunt supremum orientalis Romanorum imperii dominium. Dalmatiae urbes Chroatiae principi tributum pendunt. Dalmatiae et Chroatiae ad constantinopolitanam ecclesiam accessio.

Ταῦτα δὲ (sc. Σκλαβικὰ ἔθνη) ὁ ἡμέτερος ἐν θείᾳ τῇ λήξει γένομενος πατὴρ καὶ Ῥωμαίων αὐτοκράτωρ Βασίλειος τῶν ἀρχαίων ἐθῶν ἔπεισε	His (sc. Sclavenis) vero noster pater et Romanorum imperator Basilius, beata nunc quiete perfruens, persvaserat, ut veteres

μεταστῆναι καὶ γραικώσας καὶ ἄρχουσι κατὰ τὸν ῥωμαϊκὸν τύπον ὑποτάξας καὶ βαπτίσματι τιμήσας τῆς τε δουλείας ἐλευθέρωσι τῶν ἑαυτῶν ἀρχόντων καὶ στρατεύεσθαι κατὰ τῶν Ῥωμαίοις πολεμούντων ἐθνῶν ἐξεπαίδευσεν.

deponerent mores; quos deinde ad Graecorum vitae consuetudinem traducens et Romani regiminis forma praefectis subiiciens, sacro praeterea baptismate honorans, a principum servitute, quibus ante usi erant, liberavit, et contra gentes Romanis inimicas arma ferre docuit.

Leonis imp. Tactica. c. 101. Meursii opera VI, 806. Florentiae 1745.

Τὸ δὲ περὶ τοὺς ἐν Δαλματίᾳ παρὰ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐπικουρίας γεγονὸς καὶ τὰ προμνημονευθέντα γένη θεασάμενοι, οἵ τε Χρωβάτοι καὶ Σέρβλοι καὶ οἱ λοιποί, καὶ τοῦ ἄρτι βασιλεύοντος Ῥωμαίων τὴν ἐπιείκειαν καὶ περὶ πάντα δικαιοσύνην καὶ ἀρετὴν πυνθανόμενοι, καὶ τὸ καλῶς ἄρχεσθαι τοῦ ἐπισφαλῶς ἐκ θρασύτητος ἄρχειν προκρίναντες, σπουδὴν ποιοῦνται πάλιν εἰς τὴν προτέραν δεσποτείαν ἐπανελθεῖν καὶ πρὸς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπαναχθῆναι δούλωσιν. καὶ δὴ πρὸς τοῦτο καὶ πρέσβεις καὶ αὐτοὶ πρὸς τὸν βασιλέα πέμπουσιν, οἵ τε μετὰ τῆς αὐτῆς θρησκείας ἀποστατήσαντες, καὶ οἱ τέλειον τοῦ θείου βαβτίσματος ἀπαυτομολήσαντες, τῆς τε ἐξ ἀρχῆς αὐτῶν δουλώσεως καὶ εἰς ὅσα Ῥωμαίοις γεγόνασί ποτε χρήσιμοι εὐκαίρως ὑπομιμνήσκοντες, καὶ ἀξιοῦντες τῇ φιλανθρώπῳ ζεύγλῃ τῆς Ῥωμαϊκῆς ἐξουσίας καὶ ὑπὸ τῷ ταύτης ἀγελάρχῃ τάττεσθαι καὶ αὐτούς. ὧν ὡς εὐλόγου τῆς δεήσεως ἐπακούσας ὁ βασιλεύς, ἐπεὶ καὶ πρὸ τούτου ἐδυσφόρει περὶ αὐτῶν καὶ ἤσχαλλεν ὡς οὐ μικρῷ μέρει περικεκομμένης καὶ διηρπασμένης τῆς αὐτοῦ ἀρχῆς, εὐμενῶς, ὡς

Quod ita Dalmatarum auxiliis a Romanis gestum erat, videntes, quas paulo superius memoravi nationes, Chrobati nimirum et Serbli et reliqui, eiusque qui tum rerum potiretur aequitatem in omnibusque iustitiam et virtutem audientes, beneque subesse quam periculose ausuque temerario praeesse ac imperare pluris facientes, operam adhibent ut ad pristinum redeant dominatum iterumque Romanis serviant. Quare et ipsi oratores mittunt ad imperatorem, tum scilicet qui eadem ipsa integraque religione defecerant, tum qui excussa prima sua servitute ipsi sponte baptismum prorsus eiuraverant; quamque utiles quandoque Romanis extitissent opportune memorantes, rogantesque humanissimo Romanae potentiae iugo ac illius ductori rectorique subiici. Horum votis ac petitioni, ut quae niti ratione viderentur, se facilem praebens imperator (quippe qui etiam antea pro illis animi angeretur atque doleret, velut dicionis suae non modica

τὸν ἀφρόνως ἀφηνιάσαντα υἱόν, εἶτα μεταγνόντα καὶ ὑποστρέψαντα ὁ φιλάνθρωπος πατήρ, καὶ αὐτὸς τούτους προσήκατο καὶ ἀνεδέξατο, καὶ ἱερεῖς εὐθέως μετὰ καὶ βασιλικοῦ ἀνθρώπου σὺν αὐτοῖς ἐξαπέστειλεν, ὡς ἂν πρὸ τῶν ἄλλων τοῦ ψυχικοῦ τούτους κινδύνου ἐξέληται καὶ πρὸς τὴν προτέραν πίστιν ἐπανασώσηται καὶ τῶν ἐξ ἀγνοίας ἢ ἀνοίας ἀπαλλάξῃ πλημμελημάτων αὐτούς. ἀνυσθέντος δὲ τοῦ τοιούτου θεοφιλοῦς ἔργου, καὶ πάντων τοῦ θείου μετασχόντων βαπτίσματος καὶ εἰς τὴν Ῥωμαϊκὴν ἐπανελθόντων ὑπόπτωσιν, ἐδέξατο κατὰ τοῦτο τὸ μέρος τὴν ὁλοκληρίαν ἡ βασιλέως ἀρχή, πάντων φιλανθρώπῳ τοῦ κρατοῦντος προστάγματι ἐκ τῶν οἰκείων καὶ ὁμοφύλων δεξαμένων ἄρχοντας εἰς ἐπιστασίαν αὐτῶν. οὐ γὰρ ὠνίους ἐκεῖνος τὰς εἰς τὴν ἐπιστασίαν αὐτῶν εἶχεν ἀρχάς, ἵν' ἐντεῦθεν τοὺς πλεῖον διδόντας καὶ καλαμωμένους αὐτοῦ τὸ ὑπήκοον εἰς τὸ τούτων κατεξουσιάζειν προβάλληται· καὶ διὰ τοῦτο τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἐκείνων ἐκλεγομένους καὶ οἱονεὶ χειροτονουμένους, ὡς αἱρετοὺς ἄρχοντας καὶ πατρικὴν πρὸς αὐτοὺς διασώζειν ὀφείλοντας εὔνοιαν, ἄρχειν αὐτῶν νουνεχῶς διωρίσατο. καὶ ταῦτα μὲν ταύτῃ.

Constantini porph. Historia et vita de rebus gestis Basilii imp. c. 54. Theophanis continuati lib. V, c. 54. p. 291—2 ed Bon.

Ἐπὶ δὲ Βασιλείου τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ἀπέστειλαν ἀποκρισιαρίους ἐξαιτούμενοι καὶ παρακαλοῦντες αὐτὸν τοὺς ἐξ αὐτῶν ἀβαπτίστους βαπτι-

accisa parte raptaque ac discerpta) placide, quemadmodum humanissimus pater filium qui stulte imperium detrectarat ductusque paenitentia redierat, ipse quoque istos admisit atque recepit; ac statim cum illis sacerdotes suoque nomine delegatum hominem misit, ut ante alia ab ipso animarum periculo eos eriperet ac pristinae fidei restitueret, atque ex delictis, quae vel ignorantia vel dementia ac temeritate contraxerant, liberaret. Peracto autem religioso istius modi opere, cunctisque divino baptismate impartitis atque Romanorum fascibus inclinatis, hac parte redintegratus est imperatoris principatus, cunctis humanissima eius iussione ex suis eiusdemque gentis hominibus, magistratus rectoresque, qui illis imperio praeessent, accipientibus. Non enim ille magistratus illis praepositos venales habuit, ut inde eaque ratione, qui plus darent exque subditis amplius meterent, illis praeficeret; sed qui ab eis ipsis electi essent ac velut suffragio creati, tanquam arbitros magistratus paternaque benevolentia eos prosecuturos, eis pro imperio praeesse prudenter constituit. Atque haec quidem ita se habuere.

Imperante autem piissimo imperatore Basilio legatos miserunt (sc. Chroati, Serbli etc.) petitum, ut, qui ex ipsis baptizati

σθῆναι καὶ εἶναι ὥστε ἐξ ἀρχῆς ὑποτεταγμένους τῇ βασιλείᾳ τῶν Ῥωμαίων· ὧν τινῶν εἰσακούσας ὁ μακάριος ἐκεῖνος καὶ ἀοίδιμος βασιλεὺς ἐξαπέστειλε βασιλικὸν μετὰ καὶ ἱερέων, καὶ ἐβάπτισεν αὐτοὺς πάντας τοὺς τῶν προρρηθέντων ἐθνῶν ἀβαπτίστους τυγχάνοντας· καὶ μετὰ τὸ βαπτισθῆναι αὐτούς, τότε προεβάλετο εἰς αὐτοὺς ἄρχοντας οὓς ἐκείνου ἤθελον καὶ προέκρινον, ἀπὸ γενεᾶς ἧς ἐκεῖνοι ἠγάτων καὶ ἔστεργον. καὶ ἔκτοτε μέχρι τοῦ νῦν ἐκ τῶν αὐτῶν γενεῶν γίνονται ἄρχοντες εἰς αὐτούς, καὶ οὐκ ἐξ ἑτέρας. οἱ δὲ Παγανοί, οἱ καὶ τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ Ἀρεντανοὶ καλούμενοι, εἰς δυσβάτους τόπους καὶ κρημνώδεις κατελείφθησαν ἀβάπτιστοι· καὶ γὰρ Παγανοὶ κατὰ τὴν τῶν Σκλάβων γλῶσσαν ἀβάπτιστοι ἑρμηνεύονται. μετὰ δὲ τοῦτο καὶ αὐτοὶ ἀποστείλαντες εἰς τὸν αὐτὸν ἀοίδιμον βασιλέα ἐξητήσαντο βαπτισθῆναι καὶ αὐτοί· καὶ ἀποστείλας ἐβάπτισε καὶ αὐτούς. ἐπεὶ δέ, ὡς προέφημεν, διὰ τὴν τῶν κρατούντων νωθρότητα καὶ ἀφέλειαν εἰς κατόπιν τὰ τῶν Ῥωμαίων ἦλθον πράγματα, καὶ οἱ τὰ τῆς Δελματίας κάστρα οἰκοῦντες γεγόνασιν αὐτοκέφαλοι, μήτε τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων μήτε ἄλλῳ τινὶ ὑποκείμενοι.

nondum essent, baptizarentur, essentque, veluti ab origine, imperio Romano subiecti. Horum precibus auditis beatus ille praeclarusque imperator caesarianum una cum sacerdotibus misit, omnesque illos, qui in praedictis gentibus nondum baptizati erant, baptizavit. Baptizati autem principes, designavit, quos vellent, eligerent e stirpe, quam maxime diligerent ac amarent. Atque ex eo tempore in hodiernum usque diem principes ipsis ex eadem stirpe et non aliunde eliguntur. Pagani autem, qui et Arentani Romanorum lingua nuncupati sunt in locis inaccessis atque praeruptis baptismi expertes relinquebantur; Pagani quippe Sclavorum lingua non baptizati dicuntur. Deinceps vero etiam hi, missis ad eundem praeclarum imperatorem legatis, petierunt baptizari; misit itaque et baptizavit. Deinde vero, ut antea dixi, per imperantium ignaviam atque socordiam retro lapsae sunt res Romanorum, ac incolae oppidorum Dalmatiae sui iuris facti, neque Romano imperatori neque cuiquam alteri paruerunt.

Constantinus porphyr. de admin. imper. c. 29, p. 129 ed. Bonn.

Ἀφ' οὗ δὲ κατεσκήνωσαν οἱ εἰρημένοι Σκλάβοι, κατεκράτησαν πᾶσαν τὴν περίχωρον Δελματίας. ἐργάζοντο δὲ τὰ κάστρα τῶν Ῥωμαίων τὰς νήσους, καὶ ἔζουν ἐξ αὐτῶν· ὑπὸ δὲ τῶν Παγανῶν καθ' ἑκάστην ἐπαιχμα-

Ex quo dicti iam Sclavi inhabitarunt, finitima Dalmatiae omnia occuparunt, urbesque Romanorum insulas colebant, ex iisque vivebant. At cum quotidie a Paganis captivi abducerentur et

λωτιζόμενοι καὶ ἀφανιζόμενοι κατέλιπον τὰς τοιαύτας νήσους, βουλόμενοι εἰς τὴν ἤπειρον ἐργάζεσθαι. ἐκωλύοντο δὲ παρὰ τῶν Χρωβάτων· οὔπω γὰρ ἐτέλουν αὐτοῖς φόρους, ἀλλὰ πάντα ἅπερ ἀρτίως παρέχουσι τοῖς Σκλάβοις, τῷ στρατηγῷ ταῦτα παρεῖχον. ἀδύνατως δὲ ἔχοντες τοῦ ζῆν προσῆλθον Βασιλείῳ τῷ ἀοιδίμῳ βασιλεῖ, ἀναδιδάξαντες τὰ εἰρημένα πάντα, ὁ οὖν ἀοίδιμος ἐκεῖνος βασιλεὺς Βασίλειος προετρέψατο πάντα τὰ διδόμενα τῷ στρατηγῷ[1] δίδοσθαι παρ' αὐτῶν τοῖς Σκλάβοις καὶ εἰρηνικῶς ζῆν μετ' αὐτῶν, καὶ βραχύ τι δίδοσθαι τῷ στρατηγῷ, ἵνα μόνον δείκνυται ἡ πρὸς τοὺς βασιλεῖς τῶν Ῥωμαίων καὶ πρὸς τὸν στρατηγὸν αὐτῶν ὑποταγὴ καὶ δούλωσις. καὶ ἔκτοτε ἐγένοντο πάντα τὰ τοιαῦτα κάστρα ὑπόφορα τῶν Σκλάβων, καὶ τελοῦσιν αὐτοῖς πάκτα, τὸ μὲν κάστρον ἡ Ἀσπάλαθος νομίσματα σʹ, τὸ κάστρον τὸ Τετραγγούριν νομίσματα ρʹ, τὸ κάστρον τὰ Διάδωρα ριʹ, τὸ κάστρον τὰ Ὄψαρα ρʹ, τὸ κάστρον ἡ Ἄρβη ρʹ, τὸ κάστρον ἡ Βέκλα ρʹ, ὡς ὁμοῦ νομίσματα ψιʹ, ἐκτὸς οἴνου καὶ ἑτέρων διαφόρων εἰδῶν· ταῦτα γὰρ πλειονά εἰσιν ὑπὲρ τὰ νομίσματα. τὸ δὲ κάστρον τὸ Ῥαούσιον μέσον τῶν δύο χωρῶν πρόσκειται, τῶν τε Ζαχλούμων καὶ τῆς Τερβουνίας· ἔχουσι δὲ καὶ τοὺς ἀμπελῶνας αὐτῶν εἰς ἀμφοτέρας τὰς χώρας, καὶ τελοῦσι πρὸς μὲν τὸν ἄρχοντα τῶν Ζαχλούμων νομίσματα λςʹ, πρὸς δὲ τὸν ἄρχοντα Τερβουνίας νομίσματα λςʹ.

exterminarentur, insulas deseruerunt, continentem colere volentes; verum a Chrobatis prohibebantur, cum nondum illis tributa penderent; nam ea quae hodie Sclavis pendunt, tunc praetori exhibebant. Sed cum vitam tolerare non possent, ad Basilium illum praeclarum imperatorem accesserunt, eumque res a nobis commemoratas edocuerunt. Is itaque imperator auctor fuit, ut ea omnia quae praetori[1] solvebant, Sclavis darent pacis causa, et praetori exiguum aliquid penderent, ad ostentandam duntaxat Romanis imperatoribus et ipsorum praetori debitam subiectionem ac servitutem. Atque ex illo tempore omnes istae urbes Sclavorum tributariae pacta ipsis solvunt: Aspalathus quidem urbs nomismata ducenta, Tetrangurium nomismata centum, Diadora centum et decem, Opsara centum, Arbe centum, Becla centum, ita ut universim essent nomismata septingenta et decem execepto vino et ceteris speciebus diversis, quas praeter praedictam nomismatum summam exhibebant. Ceterum Ragusium urbs medium iacet inter has duas regiones, inter Zachlumorum regionem Terbuniamque; et habent Ragusini cives in utraque hac regione etiam vineas suas, penduntque Zachlumorum quidem principi nomismata triginta sex, Terbuniae vero principi totidem.

Constantinus porphyrog. de administrando imperio c. 30, p. 146—7. ed. Bonn.

Dum Barium a. 870 obsidione cingeretur, imperatoris Basilii dux Nicetas restituere iam conabatur imperii influxum in orientalia maris adriatici littora (v. nr. 181). Verum conatus hicce plenum effectum sortiri potuit primum, ubi imperii potestas in Italia inferiori, ipsis incolis ob Saracenorum metum cooperantibus, firmum pedem fixerat, quod praeprimis post imperatoris Ludovici II mortem (12 augusti 875) factum est. Cf. Amari: Storia dei Musulmani I, 389 ss. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. p. 53—4.

Quae hicce de novo baptismo referuntur, quantum Chroatiae populum spectat, nonnisi de intimiori cum orientali ecclesia nexu (v. Acta nr. 5—9, p. 8—14) subintelligi possunt.

[1] Cf. „Paulus dux Jaderae" nr. 171, p. 310. Johannes „praefectus provinciae illius" (Dalmaciae) p. 326. Στρατηγός quippe Jaderae degebat.

185.

Anno 878.

Sedeslav auxilio imperatoris Basilii fit Chroatorum dux.

Post hunc vero (Petrum) ad Gradensem gubernandam ecclesiam Victor, presbyter sancti Silvestri basilice, successit.[1]

His diebus Sedesclavus, Tibimiri[2] ex progenie, imperiali fultus presidio Constantinopolim veniens, Sc(l)avorum ducatum arripuit, filiosque Domogoi exilio trusit.

Eo videlicet tempore domnus Ursus dux ab imperialibus internunciis protospatharius effectus, donis amplissimis ditatus est

Johannis chron. venet. Pertz: Monum. Germ. Script. VII, 21. A. Danduli chron. venet. Muratori: script. rer. ital. XII, 187.

V. epist. papae Joannis VIII initio a. 879 „Sedesclauo, glorioso comiti Sclauorum". Acta nr. 4, p. 7.

Non est inverisimile, relationem illam, de qua praecedentia documenta testantur, nunc inter Chroatiae principem et Romanorum imperatorem stabilitam fuisse; huncque, quo ipsa firmetur, romanis Dalmatiae urbibus tributum illud Chroatiae principi pendere iussisse. Hac itaque ratione nexus cum Francis, cuius documentum exhibetur etiam in donationalibus Trpimiri ducis a. 852 (Acta nr. 2, p. 1), quive marca foroiuliensi dissoluta (nr. 173, p. 333) omnino laxior evasit, nunc penitus ruptus est.

[1] Anno 878. Vide Johannis chronicon Gradense. Pertz l. c. p. 47. [2] Loco „Ti(r)bimiri", Tirpimiri, de quo vide acta nr. 2, p. 1.

186.

A. 879, 11 ianuarii.

Foedus inter Venetos et Italos contra Dalmatiae Slavos.

Carolus, filius Ludovici regis Germaniae, postea imperavit anno d. DCCCLXXXIX . . et post biennium, mortuo Ludovico,[1] solus imperavit, a Joanne papa coronatus . . . Hic primo anno regni sui Ravennae existens foedus inter Venetos et subiectos suos Italici regni per quinquenium renovavit et instituit, ut contra Sclavos, qui utrosque maritimis latrociniis nitebantur invadere, debeant unanimiter et concorditer non solum resistere sed etiam invadere.

Andr. Danduli chronic. venet. lib. VIII, c. 5 ed. Muratori XII, 187. Cf. Pertz: Archiv für ältere deutsche Geschichte IV, 174.

[1] „Balbo", rege „Franciae".

187.

Anno 879.

Branimir succedit Sedeslavo, atque Chroatiam sedi romanae reconciliat.

His diebus[1] quidam Sclavus nomine Brenamir[2] interfecto Sedesc(l)avo ipsius ducatum usurpavit.

Johannis chron. venet. Pertz SS. VII, 21. A. Danduli chronic. venet. ed. Muratori XII, 187.

Ex epistola Joannis VIII (Acta nr. 5, p. 8) recte deducitur, Branimirum ante 21 maii 879 Sedeslavo successisse.

De reconciliatione sedi romanae v. Acta nr. 5—9, p. 8—14. Cf. supr. nr. 184.

[1] Anno 879. [2] Dandul. l. c. melius „Branimirus".

188.

A. 887, aug. sept.

Venetiarum dux Petrus Candianus I Narentanos Dalmatiae aggreditur.

Suscepto itaque ducatu[1] Petrus (Candianus) dux cum domno Joanne duce eiusque germano satis honorifice egit; et contra Narentanos Sc(l)avos confestim exercitum misit. Qui cum sine effectu reversus esset, tunc per semet ipsum cum 12 navibus mense Augusto in mare hostiliter est egressus, et ad montem Sc(l)avorum perveniens, in loco qui vocatur Mucules[2] exivit, licet cum paucis.

Sed Sclavos sibi resistentes primum in fugam vertit, multosque ex illis occidens, quinque naves illorum, que ibi erant, securibus fregit. Sed demum irruentibus Sc(l)avis, ibidem interfectus est cum aliis septem, mense Septembris die octavo decimo, ceteri vero incolumes reversi sunt. Tenuit autem ducatum idem Petrus dux menses 5 .. Cuius corpus Andreas tribunus latenter a Sclavis sublatum Gradensem urbem misit, ibique sepultus est in atrio ecclesiae.

Johannis chron. venet. Pertz M. G. Script. VII, 22. Andr. Danduli chronic. ed. Muratori XII, 192.

[1] Anno 887 die 17 mensis Aprilis. [2] Dandul. „Mucubes"; secundum J. Lucium (De regn. Dalm. et Croat. lib. II, c. 2, p. 64 ed. Amstelod.) „Mucules" est locus prope Jaderam hodie „Ponta Micha" dictus. Verum „Mucules" in Narentanorum provincia quaerendus est. In reliquo inter Naronam et Oneum (Ὀναῖον) adducunt veteres locum „Μουίκουρον (Procop. de bello goth. III, 35), Mucru" (Ravenatis anonymi cosmographia lib. IV, c. 16). Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 842.

189.

A. 888.

Memoria Branimiri ducis.

(Tempore ducis) BRANIMIRI. ANNOR(um) XP̄I SACRA DE VIRG(ine) CARNE VT SV(m)PS(it). S(eu) DCCCLXXX ET VIII, VIQ(ue) INDIC(tione).

Inscriptio in lapide invento in Dalmatia in loco gornji Muć sub ecclesia s. Petri, nunc Zagrabiae in museo nationali; lapis initio mutilus; scriptura carolingica maiuscula. Vide meam dissertationem in Rad XXVI, 103—108.

190.

A. 875—889.

Serbiae principis Mutimiri fratris filius Petrus in Chroatiam fugit.

Μετὰ μικρὸν δὲ ἐγένοντο κατ' ἀλλήλων οἱ τρεῖς ἀδελφοὶ οἱ ἄρχοντες Σερβλίας· καὶ γενόμενος ἐπικρατέστερος ὁ εἷς αὐτῶν ὁ Μουντίμηρος, καὶ θέλων μόνος τὴν ἀρχὴν ἐπέχειν, κρατήσας παρέδωκε τοὺς δύο ἐν Βουλγαρίᾳ, μόνον τὸ παιδίον τοῦ ἑνὸς ἀδελφοῦ Γοϊνίκου Πέτρον ὀνόματι παρ' ἑαυτῷ κρατήσας καὶ ἐπιμελούμενος,

Paulo autem post[1] tres fratres (sc. Muntimirus, Strojmirus et Gojnicus) Serviae principes contra se mutuo arma sumpserunt, superiorque factus unus ipsorum, Muntimerus; qui cum vellet solus principatum tenere, captos duos in Bulgariam transmisit, solum Petrum, fratris Goinici filium, apud

ὅστις καὶ φυγὼν ἦλθεν εἰς Χρωβατίαν· περὶ οὗ μετ' ὀλίγον ῥηθήσεται. ὁ δὲ προρρηθεὶς ἀδελφὸς ἐν Βουλγαρίᾳ Στροήμερος εἶχεν υἱὸν τὸν Κλονίμηρον,[2] ᾧ καὶ γυναῖκα παρέσχεν ὁ Βορίσης Βουλγάραν. ἐξ αὐτοῦ γεννᾶται ἐν Βουλγαρίᾳ Τζεεσθλαβος.[3] ὁ δὲ Μουντίμηρος τοὺς δύο ἀδελφοὺς διώξας καὶ τὴν ἀρχὴν δεξάμενος γεννᾷ υἱοὺς τρεῖς, τὸν Πριβέσθλαβον[4] καὶ τὸν Βράνον[5] καὶ τὸν Στέφανον.

se retinens et sedulam eius curam gerens, qui fugiens in Chrobatiam venit. Sed de eo paulo post dicetur. . . Stroëmerus vero frater, cuius supra mentionem fecimus, in Bulgaria filium habebat Clonimerum,[2] cui uxorem Bulgaram dedit Borises, ex qua Tzeestlabum[3] in Bulgaria suscepit. At Muntimerus, utroque fratre expulso, principatu potitus filios tres genuit: Pribesthlabum,[4] Branum[5] et Stephanum.

Constantin porphyr. de admin. imp. c. 32, p. 155. ed. Bonn.

Quae hic narrantur, evenerunt adhuc tempore Michaelis Boris, adeoque ante a. 889. Mutimirus item c. a. 873—5 solus iam Serbiae principatum tenebat.

[1] i. e. post bellum bulgaricum. V. nr. 180 p. 358. [2] Forsitan loco „Klenimir", verum etiam Klonimir. cf. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 163. [3] I. e. Časlav vel Čьstslav ibid. nr. 439, 448. [4] Pribislav ibid. nr. 297. [5] Bran ibid. nr. 17.

191.

Višeslavi ducis memoria.

Hec fons nempe sumit infirmos, ut reddat illuminatos. Hic expiant scelera sua, quod de primo sumpserunt parente, ut efficiantur christicole salubriter confitendo trinum perenne.

Hoc Johannes presbiter sub tempore Wissasclavo[1] duci opus bene composuit devote, in honore videlicet sancti Johannis baptiste, ut intercedat pro eo clientuloque suo.

Inscriptio in fonte baptismali, nunc in civico museo Correriano Venetiis. Gazzetta di Venezia 1853 nr. 102. Vaglio 1853 nr. 33. Arkiv za poviest jugoslav. IV, 391. Cod. dipl. CSD. I, 217.

Vas sexagonum marmoreum, $12^1/_2$ pedes in peripheria habens, repertum a. 1853 in quadam aula veneti Capucinorum monasterii ad s. Redemptorem, indeque in museum civicum transportatum. Scriptura exhibet maiusculas Carolinas aequales illis, quae in Branimiri monumento (nr. 189) visuntur, quae una cum sculpturae stylo et ornamentis monumentum hoc aeque ad saeculum IX referunt.

E quadam nota civitatis Nonensis Josephus Ferrari Cupilli deducit (La voce dalmatica 1860 nr. 22), vas hoc baptismale pertinuisse quon-

dam ad baptisterium cathedralis ecclesiae Nonensis, quo a. 1746 destructo adportatum fuit Venetias.

Cuiusnam provinciae dux fuerat ille Višeslav, inscriptio ipsa non innuit; quodsi dubio vacaret, vas ad baptisterium nonense reipsa pertinuisse, eotum censendum esset, Višeslavum Chroatorum ducem fuisse. Nec sententiae huic adversaretur illud, quod alia saeculi IX monumenta nominis huius ducem in Chroatia ignorent, quum ante et post Trpimirum usque ad Tomislavum sat amplae lacunae in ducum serie existant. De presbiteri Johannis persona, qui vas illud confici fecit, aeque nil certi constat, nisi quis coniicere velit, hunc Joannem fuisse eundem virum, qui ducis Branimiri et cleri Dalmatiae a. 879 apud s. sedem legatione perfunctus est (v. nr. 6, p. 9). Quod si ita esset, Višeslavi ducatus ad ultima saeculi decennia referri posset, forsitan mox post Mutimirum (v. nr. 12, p. 14). Quare opinio illorum, qui Višeslavum monumenti avum Michaelis, filiumque „τοῦ Βουσεβούτζη" (Constant. porphyr. de adm. imp. c. 33, p. 160) Zachlumorum ducis (Acta nr. 149, p. 187) fuisse putant, a versimilitudine abesse videtur.

[1] i. e Višeslav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 52.

192.

A. 873—894.

Ivanus, Chroatorum ducis filius, eremiticam vitam in Bohemiae montibus ducens a duce Borivojo detegitur.

О пустынинке Иване, королевиче корвацкомъ[1]. Боривой, кнꙗзь Маворскій[2], христиꙗнинъ греческаго закона, случи сꙗ ему ѣхати въ ловы, и увиделъ лань, и уби еꙗ изъ лука. Она же застрелена бежа и прибежала подъ горы къ великому частому лѣсу. А исъ тѣхъ горъ вода[3] течетъ чиста, и лань туто легла. И пошло изъ неꙗ молока столко много, что люди Боривоевы все то молоко пили доволно. И малу времени минувшу вышелъ изъ тѣхъ горъ человѣкъ страшенъ, космать, и началъ говорити Боривому, называючи его именемъ: „прочто еси лань мою убилъ?" Кнꙗзь же и вси его добрѣ отъ него устра-

De eremita Joanne, filio regis Chroatorum. Borivoj, Moraviae dux, christianus graeci ritus, cum illi contingeret ire ad venationem, vidit cervam et arcu caecidit eam. Illa vero caesa aufugit et confugit ad montes in magnam densam sylvam. Ex hisce autem montibus fluit aqua limpida, et cerva hicce decubuit. Et decucurrit ex ea lac tam copiosum, ut homines Borivoji omni lacte hoc sufficienter potarentur. Et brevi tempore transacto exiit ex montibus istis vir horridus, pilosus, et Borivojum alloqui coepit, nomine eum compellando: „quare cervam meam occidisti?" Dux autem et illius

шиша сѧ. И вопроси его кнѧѕь: „кто еси ты? и что твое ѕдѣсь дѣло?“ Онъ же рече: „аѕъ есмь Иванъ корвацкой[4], живу въ пустыни сеи бога ради .мв. лѣта; никто же не виделъ мене и до сего дни, токмо тобѧ; а сеи ми ѕвѣрь данъ отъ бога на препитаніе“. И Боривой ѕвалъ его съ собою[5], да вкуситъ пищу. Онъ же отвѣшта: „пришли попа“. И Боривой же присла къ нему попа и кони. Онъ же не всѣдъ на конь идѧше пѣшъ до церкви; и причастивъ сѧ святыхъ таинъ, иного ничего не ѧде ни питъ. И паки воѕврати сѧ въ пустыню[6], идѣже живѧше. И приемъ харатию и чернила, и написа имъ, повѣдаѧ собѧ сына королѧ корвацкого. И престави сѧ и погребенъ Боривоемъ честно. По погребении же его много дарова богъ исцеленіе людемъ.

comites omnes in conspectu eius pavore magno comprehensi sunt. Et interogavit illum dux: „quis es tu? quid item hic loci facis?“ Ille autem dixit: „Ego sum Joannes Chroatus; vivo in eremo hoc dei gratia 42 annis; nec aliquis me, praeter te, usque ad hanc diem unquam vidit; haec autem fera a deo mihi ad enutritionem data est. Et Borivoj secum illum vocavit, ut cibum gustaret. Ille vero respondit: „mitte sacerdotem“. Et Borivoj misit ad eum sacerdotem et equos. Ille vero non insidens equo pedes ibat usque ad ecclesiam; et sumptis sacris mysteriis nil aliud commedit vel bibit. Et iterum reversus est in eremum, in quo vixerat. Et acceptis charta et atramento scripto illis communicavit, se filium Chroatorum regis esse. Et obiit et a Borivoio honorifice sepultus fuit. Post sepulturam vero illius multas sanationes largitus est deus hominibus.

Vita in chronographo russico, msc. saec. XVII, quod Moscoviae in rumjancoviensi museo (n. 459, ch. 475) asservatur: Opisanie rus. i slov. rukopisej rumjancevskago museuma str. 778. Descripsit et P. Šafařikio misit A. Vostokov, communicavit J. Jireček in časopis čes. mus. 1862, 320—1. Edidit J. Kolař: Fontes rerum Bohemicarum. tom. I, p. 111. Jireček putat, originale bohemice exaratum atque in Russia minori versum fuisse.

Adest quoque amplior latina vita saeculi XV (Fontes I, 112—120), quae bohemico originali innititur. Vita haec recentior est illa slavica, pluribusque exornata augmentis tardioribusque circumstantiis. Nota fuit etiam V. Hajekio (Dobner: Annales Hajeciani III, 82 ss, 422 ss) chronistae bohemo saeculi XVI.

Qua ex Chroatia, nostrane meridionali vel vero boreali, in Bohemiae partes Ivan pervenerit, certe non constat. Palackio (Dějiny I, 158) altera opinio verisimilior esse videtur. Sed adversatur, quod vix demon-

strari possit, religionem christianam iam medio saeculo IX ibidem in ipsa principum domo radices cepisse. Nostram vero Chroatiam innuere quoque videntur motus illi, quibus ipsa saeculo illo, neque principum familia excepta (v. nr. 185), continuo ferre lacerabatur.

Ivan, vivens in Bohemiae eremo, detectus est a Borivojo iam christiano, adeoque post a. 873/4. V. Palacky: Dějiny I, 153.

[1] Loco хорвацкомъ, хрьватьскомъ. Vita lat. (Fontes I, 112): „Beatus Ivanus fuit natione Ungarus, de stirpe regia progenitus, qui fuit consanguineus s. Stephani regis Ungarorum". [2] Loco моравьскій, hoc pro угрьскій. [3] Vita lat. (ibid. p. 113): „tandem pervenit (Ivan) ad flumen, qui vocatur Lodenicze". [4] Ibid. 115: „de terra Ungaria huc veni, quia sum natione Ungarus". [5] Ibid. 114. „Et ipse princeps Bohemiae nomine Borziwoy residebat in castro Tetin". [6] Ibid. p. 118: „Transivit autem per villas, una vocatur Hodynie et altera Swinary".

193.

A. 884—896.

Pannonia intra Savum et Dravum sub comite Braslavone, cui etiam Frivinae et Koceli Pannoniae pars administranda concreditur.

1.

A. 884.

Imperator (Karolus) per Baioariam ad Orientem proficiscitur, veniensque prope flumen Tullinam, Monte-Comiano[1] colloquium habuit Ibi inter alia veniens Zuentibaldus dux (Moravorum) cum principibus suis[2] homo, sicut mos est, per manus imperatoris efficitur, contestatus illi fidelitatem iuramento, et usque dum Karolus vixisset, nunquam in regnum suum hostili exercitu esset venturus. Postea veniente Brazlavoni[3] duce, qui in id tempus regnum inter Dravum et Savum flumine[4] tenuit, suaeque miliciae subditus adiungitur, rex per Carentam in Italiam perrexit; prospere Papia natalem Christi celebravit.

Annal. Fuld. Pertz: Mon. Germ. Script. I, 401.

Braslav itaque praefuit, quemadmodum ante illum Liudevit et Ratimir (v. nr. 175), nec non, ut puto, Mutimir (v. nr. 183), Pannoniae inferioris parti sitae inter Dravum et Savum, sub dominio supremo Francorum regis.

2.

A. 892.

Rex (Arnulfus) de Francia cum victoria in Alamannia, curte regia Ulma, honorifice natalem domini celebravit. Inde orientem

proficiscitur sperans ibi Zuentibaldum ducem obviam habere; sed ille more solito ad regem venire renuit, fidem et omnia ante promissa mentitus est. Inde rex irato animo in Hengistfeldon[5] cum Brazlavone duce colloquium habuit, ibi inter alia quaerens tempus et locum, quomodo possit terram Maravorum intrare; consultum est enim, ut tribus exercitibus armatis regnum illud invaderet. Rex equidem, assumptis secum Francis, Baioariis, Alamannis, mense Julio Maravam venit. Ibi per quatuor ebdomadas cum tanta multitudine, Ungaris etiam ibidem ad se cum expeditione venientibus, omnem illam regionem incendio devastandam versabatur; missos etiam suos inde ad Bulgarios et regem eorum Laodomur[6] ad renovandam pristinam pacem[7] cum muneribus mense Septembri transmisit, et, ne coemptio salis inde Maravanis daretur, exposcit. Missi autem propter insidias Zuentibaldi ducis terrestre iter non valentes habere, de regno Brazlavonis per fluvium Odagra[8] usque ad Gulpam,[9] dein per fluente Save fluminis navigio in Bulgaria perducti. Ibi a rege honorifice excepti, eadem via, qua venerant, cum muneribus mense Maio reversi sunt.

Annal. Fuld. ibid. I, 408.

Quum Arnulfi legati, ut Svatopluki insidias evitarent, in Bulgariam euntes non per transdravanam Pannoniam sed per Braslavonis terram inter Savum et Dravum, Odagra quidem, Colapi et Savi fluminibus, proficiscerentur: innuitur sat clare, Pannoniam trans Dravum eotum ad Moraviam spectasse. Post comitis Chezilonis obitum (a. 873/4) Pannoniae pars occidentalis, Charinthiae contigua, comitatus nimirum Dudleipa (Dudleba), a residua provincia avulsa proprio comiti, in cuius regione Poetovium („ad Bettowe“) erat, tradita est. Maior Chozilonis Pannoniae pars una cum Carinthia si non mox, certo post obitum Ludovici imperatoris (876, 23 augusti), filio eius Carlomanno obtigit.[10] Verum haec Pannoniae inferioris pars a. 884 in potestatem ducis Svatopluki devenit ita, ut modo Dravus tantum terras eiusdem a provincia Braslavonis divideret. Dümmler: Ueber die südöstl. Marken des fränk. Reiches. p. 41—2, 47—9.

Bulgaros ut confines Francis ad Danubium notat aeque temporis huius scriptor, geographus Bavarus (866—890), e quo hocce fragmentum adducere libet:

Descriptio civitatum et regionum ad septentrionalem plagam Danubii . . . Beheimare in qua sunt civitates xv. Marharii[11] habent civitates xi. Uulgarii regio est immensa et populus multus habens civitates v eo quod multitudo magna ex eis sit (vaga?) et non sit eis opus civitates habere. Est populus quem vocant Merehanos,[12] ipsi habent civitates xxx. Isti sunt qui iuxta istorum fines resident:

Osterabtrezi,[13] in qua civitates plus quam c sunt. Miloxi,[14] in qua civitates LXXII. Phesnuzi[15] habent civitates LXX. . [16]

Cod. saec. XII quondam monasterii s. Emmerami Ratisbonae, nunc in regia bibliotheca Manaci. Zeuss: Die Deutschen und Nachbarstämme. S. 599—601. Šafařik: Slov. starožit. p. 980—3. Lelewel: Geographie du moyen age. Bresslau 1852, III, 42. A Bielowski: Monumenta Poloniae historica. Leopoli 1864. I, 10—11.

3.

A. 896.

Stipantibus vero iisdem in partibus inter se (Bulgaros scilicet et Ungaros) conflictibus, imperator (Arnulfus) Pannoniam cum urbe Paludarum[17] tuendam Brazlovoni, duci suo, in id tempus commendavit.

Annal. Fuld. ibid. I, 413.

Praefatum inter Francos et Moravos (a. 892) bellum finivit post Svatopluki mortem pace autumno a. 894 inita cum eiusdem filiis Mojmiro et Svatopluko. Hoc bello Pannonia, quam Francorum socii, Ungari, depopulati sunt,[18] iterum a Francis recuperata est. Quum attamen Hungari paulo post, coacti a Bulgaris, ex inferioris Danubii oris in tibiscanam Daciae partem sedes transferent, sicque Pannonia eorum incursibus exposita esset: tradidit eandem Arnulfus suo fideli Braslavoni gubernandam. Nunc itaque universa Pannonia, intra Savum, Danubium et Arabonem, comitatu Dudlebensi excepto, unius comitis gubernio parebat. Dümmler op. cit. p. 54—56.

Annal. Fuld. ad a. 898 (Pertz I, 414) inter caetera notant: „Dein vero quidam, qui erat quondam princeps cum ceteris primoribus gentis Baioariorum, nomine Erimpertus, qui postea rebellis regi suisque extitit, a Priznolavo quodam Sclavo duce, qui et ipse imperatori fidus probatur, comprehensus dinoscitur . . ." An non est loco „Priznolavo" legendum Braznolavo, hoc vero pro „Braz(no)lavo". i. e. Brazlavo?

[1] i. e. Cumeoberg sive Commageni, hodie Königstädten ad orientem Tullinae. [2] Svatopluk successit in Moravia patruo suo Rasticio a. 870. „Zuentibald" pro „Zuentipalk", „Svętiplk". Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 339. [3] Braslav loco „Bretislav". ibid. nr. 20. [4] dravo et savo flumina. [5] comitatus Hengest ad medium flumen Muram, ecclesia Hengiste infra Wildon in Stiria, castrum Hengist (Hengistiburg) = nunc Graecium, eotum princeps locus Hengistfeldi. V. Felicetti: Steiermark im Zeitraume vom VIII—XII Jahrh. Beiträge zur Kunde steierm. Geschichtsquellen. Graz 1873. Jahrg. X, S. 71. [6] landomir i. e. (V)ladimir, Vladimir, filius Michaelis Boris. Cf. Vita s. Clementis ed. Miklošić c. 19. Constant. porphyr. de adm. imp. c. 32. [7] Inter Ludovicum et Borisem a. 864 Tullinae compositam. Vide Dümmler: Ueber die südöstl. Marken. p. 37—8, 51. [8] Ut putatur „Odra", quae prope Sisciam in Colapim fluit. [9] i. e. Kulpa (Colapis). [10] Hoc ambitu Ca-

rinthia, Pannoniam nimirum etiam continens, ad Danubium Bulgariae confinis erat, quo coaevi (871—901) scriptoris Alfredi verba referenda sunt: „And thonne bë eástan Carendran-lande begëondan tham vêstenne is Pulgara-land and bë eástan thám is Creca-land" i. e. „Dann östlich vom Kärnthner-Lande jenseits der Wüste ist die Bulgarei und östlich davon ist Griechenland". (A. Bielowski: Monumenta Poloniae historica I, 18. Šafařík: slov. starož. 979). [11] i. e. incolae a fl. Marha, Morava, nomen habens, Bohemis (Beheimare) contigui; subintelligendi itaque sunt Moravi Svatopluki. [12] Subintelliguntur incolae ad Marham, Moravam, veterum Margum, respectu cuius Moravia, quae inter Bohemiam et Bulgariam adducitur, etiam „superior Moravia, pannoniensis Moravia" dicitur. Šafařík op. cit. p. 614—17. [13] i. e. orientales Bodrici, A-bodritae. V. supr. p. 331. [14] Milčani, ad fl. Milkov. [15] Peccanaci, Pizenaci, Pečenezi. [16] Populi, qui dein adducuntur, rite a Šafařikio ad septentrionales plagas referuntur. [17] Alias Mosapurk (Moorburg), urbs ad paludem (v. germ. mos, mor, slav. blato), ad lacum Pelissum (Blato, Balaton), ubi Sala influit (Salabug, magy. Szalavár). Hunfalvy: Ethnographie von Ungarn. S. 114. [18] Ib. I, 410 ad a. 894: Avari, qui dicuntur Ungari, in his temporibus ultra Danubium peragrantes. totam Pannoniam usque ad internecionem deleverunt.

194.

C. a. 850—896.

Slavicae nationis peregrinorum nomina, qui „monasterium" quoddam Italiae adierant: e Bulgaris rex Michael cum familia, item proceres Petrus, Sundica et Zergobula; e Chroatis dux Trpimir eiusque filius Petrus, item dux Branimir cum uxore Maruša; e cisdravana Pannonia comes Braslav cum coniuge, e Moravia Svętoplk cum coniuge Svętežizna etc.

Habraham, uxor eius Uuil(cana), Bedasclauo[1] filius eorum. (f. 1'). De terra Brasclauo:[2] Zelesena,[3] uxor eius Hesla, Stregemil[4] filius eorum. (f. 2). Motico.[5] Trebenec.[6] Dracig. Craniohi. Millena. Zelebor.[7] (f. 2). Nosimer.[8] Gelanus.[9] Luta. Chotmer.[10] Cozil.[11] Zelislaua.[12] Sebetech.[13] Humislan.[14] d̄. Trebebor. Bribibor.[15] Trudopulc.[16] (f. 2'). Boselisa.[17] Sobemuscla.[18] Sclauuenca.[19] (f. 3). Hic sunt nomina de Bolgaria: inprimis rex illorum Michahel[20] et frater eius Dox[21] et alius frater eius Gabriel, et uxor eius Maria et filius eius Rasáte,[22] et alius Gabriel, et tercius filius Simeon, et quartus filius Jacob, et filia eius dei ancella Praxi et alia filia eius Anna. (f. 3'). Zergobula.[23] De Bolgaria qui primus venit in isto monasterio, nomen eius Sondoke,[24] et uxor eius Anna, et pater eius Johannes,

et mater eius Maria, et filius (eius) Mihael, et alius filius eius Uuelecneo,[25] et filia eius Bogomilla, et alia Kalia,[26] et tercia Mar(ta et quarta) Elena et quinta Maria, et alia uxor eius Sogesclaua,[27] et alius homo bonus Petrus...... et Georius (f. 4). Petrus[28] et uxor eius Sofia. (f. 4). Khaco.[29] Sebedrago. Centeska. Porosit. Szuentiepulc.[30] Szuentezizna.[31] Predezlaus. (f. 4'). Miramuscle.[32] Zitemer.[33] Straneca.[34] Maola.[35] (f. 5). Prebrasclava.[36] Pressoboda.[37] Sedemir.[38] Stamer.[39] Penebod.[40] Semidraga. Ratuuic.[41] Sebedra(g) hostiarius. Domno Tripimiro.[42] Memento domine famulorum, famularum(que)... Bribina.[43] Terpimer. Petrus. Maria. Dragouud.[44] Sabes. Pizeden[45]... nisl. Benedictus Straha. Petro. Bedoslau.[46] Mihahel. Siliz.[47] Coten.[48] Kanei. Drisimir[49].. Sedobra(t)...... Dragoroc.. Motimira[50] (f. 5'). Mlada.. Radozlau.. Estemir.[51] Zizemir.[52] Pensezi, Moisclaica,[53] Johannes filius ip(sorum). Brasclauo[54] et uxor eius Uuentescella. Nepokor. Salaho.[55] (f. 6). Menedraga.. Merisclafa.[56] Souuinnao.[57] Rastisclao. Pudaram. Citamuscle.[58] Gonimer.[59] Rasmene.[60] Nitrabor. Kasno. Uuitamusclo.[61] Musclonna.[62] Negot.[63] Lala.[64] Stranamer.[65] Trebenna.[66] Stamer.[67] Crepuco[68] uxor et Trebe.... filius eius Trebego. Coseri.[69] Tesina.[70] Slotiuenza. Doblisclaug.[71] Godesclauga.[72] Zelesclauua.[73] Semia.[74] Presclauonte. Dabramusclo.[75] Tonasclauua.[76] Ludino.[77] Soguasclaua.[78] Uitmar.[79] Lutomer. Sebeteh.[80] Primusl. Colotec. (f. 6'). Nazamir.[81] Brazena.[82] Musclus.[83] Tordosclaue.[84] (f. 7). Siherad.[85] Zisola. (f. 8). Stradosclauua.[86] Dobrablaste.[87] Stradasclau. (f. 9). Panco.[88] (Bo)lesclaua. (f. 10). Dragamer. Nazisir.[89] Seuemuscle. Nedauid. (f. 13). Oimuscle.[90] Dabraua. Misticlau.[91] Cerna. Quocili.[92] Priuuinna. Gostidrago. Semmemuscle. Zidana.[93] Pilende. Seuella. Millas. Soidrago.[94] Randeco. Ceresulla. Sinata. Soltin. Premil. Luban. (f. 14) Johannes, uxor eius Bedoslauua. (f. 22'). Cralo. Ualo. Uulcote. Milo. Uuitego.[95] † Presila. Petrus filius domno Tripemero.[96] (f. 23). Semna. Uisegneo[97] diac(onus). Cruben.[98] Uuilan.[99] Sedobra(t).[100] (f. 38). Santpulc.[101] Bochmir. (f. 42). Gostichai.[102] Sebusca. (f. 47). Presela. Uuisseoi[103] pbr. (f. 49). Dannamir. (f. 65). Stenedrago.[104] (f. 79). Castemyr.[105] (f. 80'). Prisnata. (f. 95). † Olodrag. † Olomer. † Pigimer. † Cotes. † Sitigoi.[106] † Mirogoi. (f. 98'). Stagai.[107] (f. 99). Zidizlau[108] pbr. Zaban. Liutisti.[109] Munemer.[110] Mirona. Dobrodei.[111] Priuuigor.[112] Zla. Nazzeg.[113] † Branimero comiti.[114] Mariosa[115] cometissa. Cherni. (f. 102'). Predeclao.[116] Tunisclaua. Ubi-

sclaua.[117] (f. 129'. 130). Sedesclao.[118] Preuui(sclao).[119] (f. 145). Godesclaua. Sclauica. Stradesclaua. Subimer.[120] (f. 167). Stano pbr. (f. 181'). Milei. Pomego.[121] Dobrosisne.[122] Trebenna. (f. 213'). Turdamere.[123] Zababerado.[124] Domamir. Exumila.[125] P(ro)mer. Nesir.[126] (f. 214). Ratgoi et uxor eius Reginsunda. Bribislau. Pacemira.[127] (f. 236', 237). † Sebedrac. (f. 238). Degodelka.[128] Dallimere.[129] Bellica, filius eius Minidrago.[130] (f. 268'). Nenadei. Glauoz.[131] (f. 270').

Notae marginales in evangeliorum libro saec. VI vel V, qui in Cividale in bibliotheca capituli asservatur, quive illuc a. 1409 Aquileiâ translatum est. Notae, quibus inscripta sunt nomina eorum, qui „monasterium", in quo evangeliorum liber custodiebatur, adierant, scriptae sunt maiori parte saec. IX et X, nullo tamen ordine servato. Editae nuper a C. L. Bethmannio: Die Evangelienhandschrift zu Cividale. Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichte. Bd. II, S. 113 ff.

Patria codicis ignota est. Neque constat, quo tempore Aquileiam devenerit et ubi hicce asservatus fuerit. Illud tantum certum esse videtur, codicem non ante initium saeculi IX Aquileiam delatum fuisse.

E nominibus ommittimus germanica et longobardica, slavicaque tantum adducimus. E notabilioribus personis germanicis inscriptae reperiuntur: Lodohicus imperator, Ingelberga regina (a. 850), domnus Karolus imperator, domnus Liutuardus episcopus (vercellensis, et eiusdem Karoli crassi archicapellanus), „Teudmarus pontifex (aquileiensis a. 850), Artuin episcopus; praeterea „Johannes imperator et uxor eius Tecla".

Tempus determinavimus habita annorum ratione, quibus Trpimir, Branimir et Braslav vixerunt.

[1] i. e. Budislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 21. [2] i. e. e Pannonia. v. nr. praec. adeoque c. a. 884—896. [3] thema: žel- cf. Miklošić: Die Bildung der Ortsnamen aus Personennamen im Slavischen. nr. 118. želešena. [4] Cf. Strezivoj, Strezimir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 375. [5] Cf. Mut, Mutina, Mutiš. ibid. nr. 241. [6] E „trěb". Die Bildung der Ortsnamen. nr. 323. Cf. Trebenice. [7] i. e. Zъlebor. Die Bildung der slav. Personennamen. nr. 147. [8] Ibid. nr. 255. [9] Forte loco „Galanus" vel Golanus, Galjan, Golan. Ibid. nr. 60, 75. [10] Ib. nr. 425. Hotêmêr, Hotimir. Carantanorum dux „Chettimar". Conversio Bagoariorum. Pertz: Mon. Germ. XIII, 7. [11] Коцель, ahd. Hezil. Vita s. Methodii c. 5, 6. [12] Zъlislava. Miklošić op. cit. nr. 147. [13] Cf. Sobetech. ibid. nr. 353. [14] Cf. Unislav. ibid. nr. 418. [15] i. e. Pribibor. cf. ibid. nr. 297. [16] Trudopъlk. [17] Boželiša. [18] Sobemysla. [19] Cf. Slavka. ibid. nr. 346. [20] Michael Boris (c. a. 844—889.) [21] Forsitan „Доѯъ, Доуѯъ" i. e. δούξ dux. V. Miklošić lex. paleoslov. ad h. v. [22] Cf. Rašo, Rašan. Miklošić op. cit. nr. 322. [23] In epist. Joannis VIII a. 879 (Mansi XVII, 119) „Cerbula"; fuit boljar. Zergo-bula (βολιάς). [24] Ibid. „Sundica", etiam boljar. [25] Cf. Velik, Velihna, Velikna. Miklošić nr. 82. [26] Kalja ibid. nr. 160. [27] i. e.

Sobeslava. [28] Petrus boljar, regis Michaelis a. 869 missus ad papam Hadrianum II. Vita Hadriani ed. Muratori III, 267. [29] Conversio Bogoariorum ed. cit. p. 7: „Inter quos erat filius Boruth, nomine Cacatius“. [30] i. e. Svętiepъlk; num hicce nominis huius Moravorum princeps subintelligendus sit, certe non constat; quum nec „cǫmes“ nec „domnus“ nomini praefigatur. [31] Svętežizna. Miklošić op. cit. nr. 134 Salzburg. Verbrüderungsbuch (Jireček: slovanske právo I, 58) uxorem Svętoplki scribit „Uu.... uizna“, forsitan in locum „Su.... zizna“, quod insinuaret, principem Moraviae in nostro monumento reipsa innui. [32] Miromyslь. Miklošić nr. 232. [33] Žitomir. ibid. nr. 137. [34] Cf. Stranek, Stranka. ibid. nr. 371. [35] Cf. Mala. ibid. nr. 213. [36] Pribislava. ibid. nr. 297. [37] Prisnobuda, Prisnobor. ib. nr. 299. [38] Sъdemir. ibid. nr. 380. [39] Cf. Stanimir. ibid. nr. 366. [40] Forsitan pro Benebąd. ibid. nr. 5, 21. [41] Cf. Ratik, Ratnik. ibid. nr. 321. [42] i. e. Trъpimir. Titulus „domno“ virum conditionis altioris innuit; cf. „domno Karolo imperatore, domno liuttuardo epo“. Quare non dubito, hicce Chroatiae comitem, ducem subintelligi. [43] Pribina. [44] Dragobud. [45] Cf. Pozden. Miklošić nr. 291. [46] Budoslav. [47] Žilic. ibid. nr. 135. [48] Fors pro „C(h)oten, Hoten. ibid nr. 425. [49] Drъžimir. [50] Mątimira. [51] Forsitan pro „Vestimir cf. ibid. nr. 56. [52] Žiz(n)emir. ibid. nr. 134. [53] Mojslavica. ibid. nr. 225. [54] Quisnam Braslav iste fuerit, aperte quidem non dicitur; sed tacite innuitur, huius nominis comitem fuisse, de cuius terra nonnulli peregrini superius adducuntur. [55] Cf. comes Salacho p. 337. [56] Mirislava. [57] Cf. Sъbina. Miklošić op. cit. nr. 379. [58] Forsitan „C(v)itamuscle“ i. e. Cvitamysl. ibid. nr. 438. [59] Gonimir. ibid. nr. 70. [60] Rašmen. Cf. Rašan ibid. nr. 322. [61] Vitamysl. ibid. nr. 39. [62] Cf. Myslena, Myslen ibid nr. 232. [63] Negota. ibid. nr. 256. [64] Ibid nr. 194. [65] Stranamir. ibid. nr. 371. [66] V. Trebenj ibid. nr. 409. [67] Sta(ni)mir ibid. nr. 366. [68] Forsitan pro „C(h)repuco. cf. Chrapek ibid nr. 428. [69] Cf. Kosa ibid. nr. 169. [70] Têšina. ibid. nr. 414 [71] i. e. Dobislav ibid. nr. 113. [72] i. e. Godeslava ibid. nr. 73. [73] Zъleslava. ibid nr. 147. [74] Forsitan pro „Semca“ i e. Semko ibid. nr. 388. [75] Dabramysl, Dobromysl. [76] Tonaslava. ibid. nr. 402. [77] Ljudin. ibid. nr. 208. [78] Cf. Sobeslava. ibid. nr. 353. [79] Vitomir ibid. nr. 39. [80] Sobêteh ibid. nr. 353. [81] Nosimêr. ibid. nr. 255. [82] i. e. Bracena, Bratena. ibid. nr. 18. [83] Cf. Mislej, Mislen, Myslek, Mysl. ibid. nr. 232. [84] Tvvrdislava. ibid. nr. 396. [85] Forsitan pro „Sъderad“ ibid. nr. 316. [86] Stradoslava ibid. nr. 370. [87] Dobrovlasta. [88] V. p. 24. [89] Forte „Načišir“. cf nr. 247, 453. [90] Forsitan „O(n)imuscle“ i. e. Onimysl. cf. nr. 266. [91] Mistislav. [92] Kocil, Kocьl. [93] Sidana. nr. 380. [94] So(b)idrag. [95] Vitek. ibid. nr. 39. [96] i. e. filius, ut putamus, praelaudati Chroatorum ducis Trpimiri. [97] Pro „Višencgo“. ibid. nr. 52. [98] Cf. Grъben, Gorbun. ibid. nr. 90. [99] Vilan. ibid. nr. 38. [100] Sъdo-brat. [101] Sątpъlk. [102] Gostika. ibid. nr. 83. [103] Više(g)oj. [104] Štenedrag. ibid. nr. 456. [105] Častemir, Čestmir. ib. nr. 449. [106] Žitigoj. ibid. nr. 137. [107] Stagoj. [108] Zъdislav. [109] Ljutisti. V. nr. 209. [110] Verisimiliter „Mutimer“. [111] Dobrodêj. ibid. nr. 114. [112] Probabiliter „Priuuigoi“, Prъvigoj. [113] Naseg, Nosek ib. nr. 225. [114] Procul dubio Chroatiae comes, dux Branimir (v. p. 8—13). [115] i. e. Marjoša, Marjuša, Maruša. Miklošić op. cit. nr. 215. [116] Predeslao, Predeslav, Prêdislav. ibid. p. 22. [117] Ubi-

slava. ibid. nr. 417. [118] Num Chroatorum princeps Sedeslav, Branimiri praedecessor, hicce subintelligendus sit, determinari potest eo minus, quod nomini nullus titulus praeponatur. [119] Prъvislav. [120] Sъbimir. Miklošić op. cit. nr. 379. [121] Forsitan „Pom(n)ego. ibid. nr. 293. [122] Dobro-žizna. ibid. nr. 184. [123] Tvrdamir. nr. 396. [124] Za-baberad. ibid. p. 21, nr. 2. Cf. Baba, Babin. [125] Forsitan „(J)exumila,Ježumila". ibid. nr. 471. [126] Cf. Nazir. ibid. nr. 136. [127] Pačemira. ibid. nr. 274. [128] Forsitan „Dlgodelka, De(l)godelka". ib. nr. 112. [129] Dalimir. ibid. nr. 101. [130] Mьnidrag. ibid. nr. 234. [131] Cf. Glaveš. ibid. nr. 64

195.

C. a. 891—897.

Tempore internorum in Serblia motuum partes sese impugnantes in Chroatiam et Bulgariam confugiunt.

Μετὰ τὸν αὐτοῦ θάνατον διαδέχεται αὐτὸν ὁ πρῶτος υἱὸς ὁ Πριβέσθλαβος. μετὰ οὖν χρόνον ἕνα ἐξελθὼν ἀπὸ Χρωβατίας ὁ προειρημένος Πέτρος ὁ υἱὸς τοῦ Γοϊνίκου διώκει ἀπὸ τῆς ἀρχῆς τὸν ἐξάδελφον αὐτοῦ Πριβέσθλαβον μετὰ τῶν δύο ἀδελφῶν, κἀκεῖνος τὴν ἀρχὴν διαδέχεται· ἐκεῖνοι δὲ φυγόντες εἰσέρχονται ἐν Χρωβατίᾳ.

Μετὰ δὲ χρόνους τρεῖς ἐλθὼν ὁ Βράνος πρὸς τὸ πολεμῆσαι τὸν Πέτρον καὶ ἡττηθεὶς καὶ κρατηθεὶς παρ' αὐτοῦ ἐτυφλώθη.

Μετὰ δὲ χρόνους δύο φυγὼν καὶ Κλονίμηρος ἀπὸ Βουλγαρίας ὁ πατὴρ τοῦ Τζεεσθλάβου[3] καταλαμβάνει καὶ αὐτός, καὶ εἰσέρχεται εἰς ἓν κάστρον τῆς Σερβλίας τὴν Δοστινίκαν[4] μετὰ λαοῦ πρὸς τὸ παραλαβεῖν τὴν ἀρχήν. τοῦτον οὖν πολεμήσας ὁ Πέτρος ἀπέκτεινεν, καὶ ἐκράτησεν ἕτερα ἔτη κ'. ἄρξας ἐπὶ τῆς βασιλείας Λέοντος[6] τοῦ μακαριωτάτου καὶ ἁγίου βασιλέως, ἔχων ὑποταγὴν καὶ δούλωσιν πρὸς αὐτόν. εἰρήνευσε δὲ καὶ μετὰ

(C. a. 891) Post eius (sc. Muntimiri) mortem successit ei maximus natu Pribesthlabus. Anno igitur sequente Chrobatia egressus Goinici filius Petrus, cuius supra mentionem fecimus[1], patruelem Pribesthlabum cum duobus eius fratribus[2] principatu deiecit atque ipse eum capessit; illi vero fuga sibi consulentes in Chrobatiam abeunt.

(C. a. 895) Triennio autem post Branus motis contra Petrum armis victus, captusque, oculis ab eo privatus est.

(C. a. 897) Biennio vero post e Bulgaria fugiens Clonimerus, Tzeesthlabi[3] pater, movet et ipse, urbemque Serbliae Dostinicam[4] cum exercitu ingreditur principatus occupandi causa; quem armis superatum Petrus occidit; et principatum rexit alios viginti annos[5], imperante beatissimo sanctoque imperatore Leone[6], cui subiectus erat. Pacem habuit (sc. Pe-

Συμεὼν τοῦ ἄρχοντος Βουλγαρίας[7], ὥστε καὶ σύντεκνον αὐτὸν ἐποίησε[8].

trus) etiam cum Symeone Bulgariae principe[7], cuius etiam filium[8] in baptismo suscepit.

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 32, p. 155—6 ed. Bonn. Continuatio eorum, quae nro 190 adducta sunt.

Anni determinantur, si ad pugnam ad Acheloum (v. infr. p. 389), habitam die 20 Augusti 917, circa quam eventuum series ordinatur, exigantur. Cf. Šafařik: slov. starožitn. p. 644. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 471 ss. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien. S. 65.

[1] v. nr. 190 p. 375. [2] i. e. cum Brano et Stephano. [3] i. e. Časlav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 439. [4] Inferius scribit Δεστινίκον. [5] adeoque usque ad a. 917. [6] Leo VI imperabat a. 886—912. [7] imperabat a. 893—927. [8] Filius maxime natus Michael, caeteri: Petrus, Johannes et Boianus, de quo vide Liutprandi Antapod. III, 29.

196.

A. 905—6.

Occupata ab Hungaris Pannonia et Moravia magna pars populi Slovenici inde ad Bulgaros et Chroatos confugit.

Μετὰ δὲ τὴν τελευτὴν τοῦ αὐτοῦ Σφενδοπλόκου[1] ἕνα χρόνον ἐν εἰρήνῃ διατελέσαντες, ἔριδος καὶ στάσεως ἐν αὐτοῖς ἐμπεσούσης, καὶ πρὸς ἀλλήλους ἐμφύλιον πόλεμον ποιήσαντες, ἐλθόντες οἱ Τοῦρκοι τούτους παντελῶς ἐξωλόθρευσαν, καὶ ἐκράτησαν τὴν αὐτῶν χώραν, εἰς ἣν καὶ ἀρτίως οἰκοῦσι· καὶ οἱ ὑπολειφθέντες τοῦ λαοῦ διεσκορπίσθησαν προσφυγόντες εἰς τὰ παρακείμενα ἔθνη, εἴς τε τοὺς Βουλγάρους καὶ Τούρκους καὶ Χρωβάτους καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἔθνη.

Post huius autem Sphendoploci[1] mortem[2] anno uno in pace exacto, orto deinde dissidio et bello civili[3] invadentes Turcae[4] funditus eos extirparunt, regionemque eorum occuparunt[5], quam in hodiernum usque diem incolunt; quaeque supererat multitudo, dissipata confugit ad finitimas gentes, ad Bulgaros et Turcas et Chrobatos et ad reliquas nationes.

Constant. porphyr. de adm. imp. c. 41, p. 176. ed. Bonn.

Pannonia Hungarorum incursibus pridem iam vastata (v. nr. 193), resque christiana adhuc a. 900 eo redacta fuit, „ut in tota Pannonia . . . tantum una non appareat ecclesia“ (epist. Bavar. episcoporum ad Joannem IX. Erben regesta p. 24). Nunc itaque certo, si iam non illico post Methodii mortem (885), quum contra discipulos eius persecutio excitata fuisset, plures in Chroatia asylum quaesiverunt, suique magistri et litteras et linguam in sacris slovenicam propagare studuerunt. Quare

mirum non est, de utroque controversiam paulo post ibidem exortam fuisse (v. Acta concilii a. 924. nr. 149, p. 187 ss.).

[1] Свѧтоплъкъ, Moraviae magnae dux. [2] Obiit a. 894. Palacky: Dějiny národu českého. D. I, č. 1 str. 165. Dümmler: Ueber die südostl. Marken S. 51. [3] Scilicet inter defuncti Svatopluki filios Mojmirum et Svatoplukum iuniorem. [4] i. e. Magjari, Hungari. [5] A. 905—6. Palacky op. cit. p. 172. Dümmler ibid. p. 67.

197.

A. 912—25.

Bulgarorum sub Symeone cum Zachulmia, Serblia et Chroatia relationes.

1.

A. 912.

Michael Zachlumorum dux Petrum, Venetiarum ducis Ursi Participatii II filium, in limitibus Chroatiae capit et Bulgarorum regi Simeoni transmittit.

Vixit autem iam dictus Petrus dux[1] in ducatu annis 23[2] et mortuus est... Quem successit ad hanc regendam dignitatem domnus Ursus cognomento Particiacus, qui mox ut dux effectus est, suum filium, Petrum nomine, Constantinopolim ad Leonem imperatorem destinavit. Quem imperator cum honore suscipiens, protospatharium fecit, ditatumque maximis donis ad propria redire permisit. Qui dum Chroatorum fines rediens transire vellet, a Michaele Sclavorum duce fraude deceptus, omnibusque bonis privatus, atque Vulgarico regi, Simeoni nomine, exilii pena transmissus est. Quem pater perditum acriter dolens, minime acquirere quivit, interim per suum internuncium, Dominicum videlicet Metamaucensem archidiaconum, qui postea episcopus effectus est, suis donis redimeret.

Johannis chron. venet. Pertz: Mon. Germ. SS. VII, 22—23. A. Danduli chron. ap. Muratori XII, 198.

[1] Filius Dominici tribuni „de Agnella neptia Petri superioris ducis“. [2] Ab anno 888 usque ad an. 911 m. apr vel mai. Gfrörer: Byzantinische Geschichten I, 225.

2.

A. 917.

Simeon Bulgarorum rex Petrum, Serbliae principem, orientalis Romanorum imperii fautorem, deiicit, Paulumque substituit.

Μετὰ δὲ τὸν καιρὸν ὅν αὐτὸς ὁ κῦρις Λέων ἐβασίλευσε[1], παρεγένετο ὁ τότε εἰς τὸ Δυρράχιον στρατηγῶν[2], ὁ πρωτοσπαθάριος Λέων ὁ Ῥαβδοῦχος, ὁ μετὰ τοῦτο μαγίστρος τιμηθεὶς καὶ λογοθέτης τοῦ δρόμου, εἰς Παγανίαν τὴν τότε παρὰ τοῦ ἄρχοντος Σερβλίας διακρατουμένην, πρὸς τὸ βολευθῆναι καὶ συντυχεῖν τῷ αὐτῷ ἄρχοντι Πέτρῳ περί τινος δουλώσεως καὶ ὑποθέσεως.

Ζηλοτυπήσας δέ πρὸς τοῦτο Μιχαὴλ ὁ ἄρχων τῶν Ζαχλούμων ἐμήνυσε Συμεὼν τῷ Βουλγάρων ἄρχοντι ὅτι ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων δεξιοῦται διὰ δώρων τὸν ἄρχοντα Πέτρον πρὸς τὸ συνεπαρεῖν τοὺς Τούρκους[3] καὶ ἐπελθεῖν κατὰ Βουλγαρίας· ἐγένετο δὲ καὶ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον καὶ πόλεμος εἰς Ἀχελῶν μεταξὺ τῶν Ῥωμαίων καὶ τῶν Βουλγάρων[4].

Ἐμμανὴς οὖν γενόμενος ἐν τούτῳ ὁ Συμεὼν κατὰ τοῦ ἄρχοντος Σερβλίας Πέτρου ἀπέστειλε τὸν Σιγρίτζη Θεόδωρον καὶ τὸν Μαρμαὴν εκεῖνον μετὰ φοσσάτου, ἔχοντας καὶ ἀρχοντόπουλον Παῦλον τὸν υἱὸν Βράνου, ὅν ὁ Πέτρος ὁ ἄρχων Σερβλίας ἐτύφλωσε. δόλῳ οὖν ἐπελθόντες οἱ Βούλγαροι πρὸς τὸν ἄρχοντα Σερβλίας, καὶ συντεκνίαν μετ' αὐτοῦ ποιησάμενοι, καὶ ὅρκῳ βεβαιώσαντες μὴ παθεῖν τι παρ' αὐτῶν ἐναντίον, ἠπάτησαν αὐτὸν ἐξελθεῖν πρὸς αὐτούς, ὃν καὶ παραυτὰ δεσμήσαντες εἰσήγαγον ἐν

Post imperium autem domini Leonis[1] Dyrrachii tunc praefectus[2], protospatharius Leo Rhabduchus, postea magister et logotheta cursus publici factus, in Paganiam, quae tum a Serbliae principe occupata erat, venit, sermonem consiliumque instituturus cum laudato Petro principe (Serbliae) de aliquo negotio.

Invidia autem ob hanc rem motus Michael Zachlumorum princeps Symeoni Bulgarorum principi significat, Romanum imperatorem Petrum principem muneribus colere, quo Turcarum[3] copiis adiutus Bulgariam invadat; erat quippe id temporis bellum inter Romanos et Bulgaros ad Acheloum[4].

Furens itaque quodamodo hoc nomine Symeon contra Serbliae principem Petrum, mittit cum exercitu Theodorum Sigritzem et Marmaën una cum Paulo, Brani principis filio, quem Petrus Serbliae princeps excaecaverat. Dolo igitur Bulgari principem Serbliae aggressi, et prole in sacro lavacro suscepta et dato iuramento nihil eum mali ab ipsis passurum, per fraudem exire persvasum et in vincula e vestigio coniectum in Bulgariam abduxerunt, ubi in carcere vitam cum morte commutavit. In eius autem locum successit

Βουλγαρίᾳ, καὶ ἀποθνήσκει ἐν φυλακῇ. εἰσῆλθε δὲ ἀντ' αὐτοῦ Παῦλος ὁ υἱὸς Βράνου, καὶ ἐκράτησεν ἔτη τρια[5].

Paulus, Brani filius, qui principatum triennio tenuit[5].

Constantin. porphyr. de adm. imp. c. 32, p. 156—7. ed. Bonn.

[1] Leo VI obiit a. 912. die 11 Maii. V. Muralt: Essai de Chronographie Byzantine I, 488. [2] Erat nonum thema Occidentis sive Europae (de Thematibus lib. II, p. 56), stabatque „ὑπὸ κονσιλιαρίου“, et comprehendebat novem civitates. [3] i. e. Hungarorum. [4] die 20 augusti 917, qua Symeon Graecorum exercitum ad internecionem delevit. Theophanis contin. lib. VI c. 10, p. 389. Symeon mag. de Constant. porphyr. c. 10, p. 724 ed Bonn. [5] i. e. annis 917—920 quiete tenuit.

3.

A. 920—4.

Simeonis cum imperatore Romano contentio de conservando sibi in Serbliae principatum influxu. Serbli Bulgaris infensi migrant in Chroatiam.

Ὁ δὲ βασιλεὺς ὁ κῦρις Ῥωμανος[1] ἔχων ἀρχοντόπουλον ἐν τῇ πόλει Ζαχαρίαν τὸν υἱὸν Πριβεσθλάβου τοῦ ἄρχοντος Σερβλίας ἀπέστειλε πρὸς τὸ γενέσθαι ἄρχοντα ἐν Σερβλίᾳ· ἀλλὰ ἀπελθὼν καὶ πολεμήσας ἡττήθη παρὰ τοῦ Παύλου· κρατήσας γὰρ αὐτὸν παρέδωκε τοῖς Βουλγάροις, καὶ ἐκρατεῖτο δέσμιος.

Εἶτα μετὰ χρόνους τρεῖς, τοῦ Παύλου ἐναντιωθέντος τοῖς Βουλγάροις, ἀπέστειλε τὸν Ζαχαρίαν τὸν πρότερον παρὰ τοῦ κυροῦ Ῥωμανοῦ τοῦ βασιλέως ἀποσταλέντα, καὶ διώξας τὸν Παῦλον ἐκράτησεν αὐτὸς τὴν ἀρχὴν τῶν Σέρβλων· ὅστις παραυτὰ τῶν εὐεργησιῶν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων ἐπιμνησθεὶς ἐγένετο κατὰ τῶν Βουλγάρων, μηδ' ὅλως θελήσας ὑποταγῆναι αὐτοῖς, ἀλλ' ὑπὸ τοῦ βασιλέως μᾶλλον Ῥωμαίων δεσπόζεσθαι.

Ὥστε καὶ τοῦ Σύμεὼν φοσσάτον

Dominus vero Romanus imperator[1], secum habens Pribesthlabi Serbliae principis filium Zachariam, misit eum, ut principatum Serbliae occuparet; sed illum venientem praelio superavit Paulus, captumque Bulgaris tradidit in vinculis asservaudum.

Deinde elapso trium annorum spatio[2], Paulus Bulgaris hostis factus Zachariam misit, quem dominus Romanus imperator antea miserat; isque Paulo deiecto Serblorum principatum occupat, et illico, memor beneficiorum, quae a Romano imperatore acceperat, Bulgaris se opposuit, malens potius Romano imperio subesse quam Bulgaris.

Quare cum exercitum contra ipsum misisset Symeon sub praefectis Marmaëm et Theodero Si-

κατ' αὐτοῦ ἀποστείλαντος διὰ τοῦ Μαρμαὴμ καὶ τοῦ Σιγρίτζη Θεοδώρου, ὧν καὶ τάς κεφαλὰς καὶ ἅρματα ἐκ τοῦ πολέμου ἀπέστειλε πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων ἐπινίκια (ἔτι γὰρ μεταξὺ Ῥωμαίων καὶ Βουλγάρων μάχη ἦν)[3], οὐδέποτε δὲ ἐπαύσατο, καθὼς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἄρχοντες ἀπέστελλον πρὸς τοὺς βασιλεῖς Ῥωμαίων, καὶ ὑποτασσόμενος καὶ δουλεύων αὐτοῖς.

Πάλιν δὲ ἀπέστειλεν ἕτερον φοσσάτον ὁ Συμεὼν διὰ τοῦ Κνήνου καὶ τοῦ Ἡμνήκου καὶ τοῦ Ἡτζβόκλια κατὰ τοῦ ἄρχοντος Ζαχαρίου, συναποστείλας μετ' αὐτῶν καὶ Τζεέσθλαβον. τότε ὁ μὲν Ζαχαρίας φοβηθεὶς φεύγει ἐν Χρωβατίᾳ· οἱ δὲ Βούλγαροι μηνύσαντες τοῖς ζουπάνοις ἐλθεῖν πρὸς αὐτοὺς καὶ παραλαβεῖν ἄρχοντα τὸν Τζεέσθλαβον, καὶ δι' ὅρκου τούτους ἀπατήσαντες καὶ ἐξαγαγόντες μέχρι τοῦ πρώτου χωρίου, καὶ παραυτὰ δεσμήσαντες αὐτούς, εἰσῆλθον ἐν Σερβλίᾳ καὶ συνεπῆραν τὸν ἅπαντα λαὸν ἀπὸ μικροῦ ἕως μεγάλου, καὶ εἰσήγαγον ἕως Βουλγαρίας· τινὲς δὲ ἀποδράσαντες εἰσῆλθον καὶ ἐν Χρωβατίᾳ; καὶ ἔμεινεν ἡ χώρα ἔρημος.

gritze, capita eorum atque arma imperatori Romano misit victoriae partae signa (adhuc enim bellum inter Bulgaros et Romanos erat)[3]; nec unquam subiici Romano imperatori et parere desinebat, quemadmodum et priores principes mittere ad ipsos' soliti erant.

Symeone vero iterum novas copias mittente contra Zachariam principem sub praefectis Cneno et Hemneco ac Etzboclia, et misso simul Tzeesthlabo. Metuens tunc sibi Zacharias in Chrobatiam profugit. Bulgari autem zupanis significarunt, ut se convenirent, et principem Tzeesthlabum exciperent; iuramentoque deceptos, atque ad primum pagum adductos protinus in vincula coniicientes Serbliam invaserunt, populumque omnem a minimo ad maximum in Bulgariam abduxerunt; quidam vero profugi in Chrobatiam se receperunt; mansitque regio desolata.

Constantin. porphyr. de adm. imp. c. 32. p. 157—8. ed. Bonn.

[1] qui interea die 17 decembris a. 920, qua Constantini VII porphyrogeniti socius, imperii habenas obtinuit. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 498, [2] adeoque a. 923. [3] adeoque ante 9 septembris 924, quo de pace inter Symeonem et Romanum imperatores „ad Blachernas" agi coepit. Theophan. contin. lib. VI, c. 15 p. 405. Symeon magistr. de Constant. porphyr. et Romano Lacapeno c. 29, p. 735 ed. Bonn. Georg. mon. de Constant. porph. et Romano c. 17 p. 898 ed. Bonn.

4.

C. a. 925.

Bulgari aggrediuntur Chroatiam.

Κατὰ τὸν καιρὸν οὖν ἐκεῖνον εἰσῆλθον οἱ αὐτοὶ Βούλγαροι εἰς Χρωβατίαν μετὰ τοῦ Ἀλογοβότουρ τοῦ πολεμῆσαι, καὶ ἐσφάγησαν πάντες ἐκεῖσε παρὰ τῶν Χρωβάτων.

Circa illud etiam[1] tempus Chrobatiam cum Alogobotur armata manu ingressi Bulgari omnes a Chrobatis interfecti sunt.

Constant. porphyrog. de admin. imp. c. 32, p. 158 ed. Bonn.

Περὶ Συμεὼν Βουλγάρου καὶ τῆς ὑπὸ τῶν Χρωβάτων ἥττης αὐτοῦ καὶ τοῦ θανάτου αὐτου. Μαίῳ δὲ μηνὶ κζ', ἰνδικτιῶνος ιε' Ἰωάννης ὁ ἀστρονόμος εἶπε Ῥωμανῷ τῷ βασιλεῖ ὅτι ἡ ἱσταμένη στήλη ἐπάνω τῆς καμάρας τοῦ Ξηρολόφου καὶ ἐπὶ δυσμὰς βλέπουσα τοῦ Συμεών ἐστι· καὶ εἰ ταύτης τὴν κεφαλὴν ἐκκόψεις, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν τελευτᾷ. ἀποστείλας οὖν ὁ βασιλεὺς τῇ νυκτὶ τὴν κεφαλὴν τῆς στήλης ἐξέκοψε· καὶ τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν εἰς Βουλγαρίαν ἐτελεύτησε . . .

De Symeone Bulgaro et de eiusdem per Chrobatos clade et de morte eius. Mensis Maii die vicesimo septimo, indictione quinta decima ait Joannes astronomus Romano imperatori: „quae super Xerolophi fornicem erecta statua est, versa facie ad occidentem, Symeonis figura est; eius caput si excideris, ipsa hora Symeon diem obibit." Misso itaque noctu imperator ministro statuae caput abstulit; eademque hora Symeon in Bulgaria occidit. . . .

Συμεὼν ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ Χρωβάτων κενίνηκε[2] στράτευμα, καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτῶν πόλεμον, ἡττηθεὶς τοὺς ὑπ' αὐτῶν ἅπαντας ἄρδην ἀπώλεσεν.

Symeon Bulgariae princeps adversus Chrobatos expeditione suscepta, consertaque cum illis pugna, victus ipse suas omnes penitus copias amisit.

Georgii hamartoli monachi chronicon continuatum. Ed. E. de Muralto. Petropoli 1859, p. 830. De expeditione contra Chroatos in msc. vaticano saec. XI. Cf. F. Hirsch: Byzantinische Studien. p. 38. Idem in Theophanis continuati lib. VI, c. 20 p. 411. ed. Bonn. eo cum discrimine, quod notitia de Symeonis obitu illi de bello contra Chroatos praemittatur.

Atque haec utriusque eventus in chronographo coniunctio ansam dedit opinioni, Bulgarorum cladem in Chroatia die 27 Maii 927 a. accidisse. In hanc etiam diem refert quoque Symeon magister (de Constant. porph. et Romano c. 33, p. 740) mortem Symeonis, quin eiusdem in Chroatiam expeditionis mentionem vel verbo faceret, cuius neque alii, praeter Vaticanum, codices Georgii hamartoli monachi continuati recordantur.

Quare cum coaevo Constantino porphyr. censendum est, Bulgaros illico debellata Serblia in Chroatiam irruisse, exercitumque non Symeonem verum missum ab eo ducem duxisse. Cf. Дриновъ: Южные Славяне и Византія въ X вѣкѣ. Москва 1876. p. 53—4. Acta nr. 150, p. 197.

[1] i. e. dum Symeon „iterum novas copias mitteret contra Zachariam", et eo devicto Serbliam devastasset; quae sibi in enarrando quoque immediate succedunt. [2] Theophan. cont. loc. cit. ἐκίνησε.

198.

A. 926, 10 Julii.

Michael, Zachlumorum dux, Sipontum, Apuliae urbem, occupat.

Hoc anno comprendit Michael rex Sclavorum civitatem Sipontum[1], mense Julio, die sanctae Felicitatis[2], secunda feria[3], indictione xv.

Annales Barenses ad a. 928 ap. Pertz: Mon. Germ. SS. III, 52. Annal. Beneventani ad a. 926 ibid. p. 175. Lupi protospath. chronicon ad a. 926. Pertz: Mon. Germ. SS. V, 54.

Michael hic idem est, quem praecedentis numeri documenta commemorant, et de quo legitur apud Constant. porphyr. de adm. imp. c. 33, p. 160 ed. Bonn.

Ὅτι ἡ γενεὰ τοῦ ἀνθυπάτου καὶ πατρικίου Μιχαὴλ τοῦ υἱοῦ τοῦ Βουσεβούτζη τοῦ ἄρχοντος τῶν Ζαχλούμων ἦλθεν ἀπὸ τῶν κατοικούντων ἀβαπτίστων εἰς τὸν ποταμὸν Βίσλας, τὸν ἐπονομαζόμενον Διτζίκη, καὶ ᾤκησεν εἰς τὸν ποταμὸν τὸν ἐπονομαζόμενον Ζαχλοῦμα.

Venit autem posteritas proconsulis et patricii Michaelis, Busebutze Zachlumorum principis filii, a non baptizatis accolis fluminis Bislas, quod et Ditzice cognominatur, habitavitque ad flumen Zachluma nuncupatum.

Idem Michael interfuit una cum Chroatorum duce Tomislavo concilio spalatensi a. 924, atque ad eum quoque directa fuit epistola papae Joannis X (V. Acta nr. 149, p. 187 ss.).

[1] nunc visuntur ruinae civitatis ad pagum S. Maria di Siponto non procul a Manfredonia. Forbiger: Handbuch der alten Geographie III. 747. [2] i. e. 10. Julii. [3] a. 926 incidit dies 10 Julii in feriam secundam.

199.

A. 927.

Chroati post Symeonis mortem bellum contra Bulgaros parant; sed mox pacem ineunt.

Τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτὴν[1], ὅι τε Χρωβάτοι δι Τοῦρκοι καὶ οἱ λοιποὶ, ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο· λιμοῦ δὲ μεγίστου σὺν ἀκρίδι τὸ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἰσχυρῶς ἐκπιέζοντος, ἐδεδίεσαν μὲν καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔφοδον, ἐδεδίεσαν δὲ πλέον καὶ τὴν τῶν Ῥωμαίων ἐπέλευσιν.

Circumvicinae igitur gentes, Chrobati, Turci ac reliqui, audita Symeonis morte[1] Bulgaros bello incessere statuebant. Fame vero Bulgarorum gentem cum locustarum ingenti copia graviter premente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum praecipue Romanorum in se impetum metuebant.

Georgii hamartoli mon. chronicon cont. ed. cit. p. 830. Theophanis contin. lib. VI, c. 22 p. 412. Symeon mag. de Constant. porphyr. et Romano c. 34. p. 740. ed. Bonn.

Quae hicce narrantur, complentur quoad Chroatiam actis alterius synodi spalatensis (v. nr. 150), in quibus adnotatur, sedis romanae legatorum interventu pacem inter Bulgaros et Chroatos compositam fuisse. Quod quidem eo facilius credendum est, cum Symeonis successor Petrus etiam cum Romanis mox pacem inierit. Symeon mag. de Constant. porph. et Romano c. 33, p. 740. Theophan. cont. lib. VI c. 2 p. 412 ed. Bonn.

[1] die 27 Maii 927. Vide nro 197 p. 392.; item Muralt: Essai de Chronographie byz. I, 504.

200.

Obscura de Hungarorum in Chroatiam irruptionibus memoria.

Hungari hoc tempore Pannonia egressi Moraviam et Bohemiam invadentes spoliavere, interfecto eorum duce. Postea Chroatiam invadunt. Ultra castrum Leopoli Moraviae dux Gottifredus, duxque Hardus cum Aquilegiense patriarcha illis occurrunt; in eo praelio uterque dux occiditur, patriarcha vero fuga salvatus est. Exinde spoliata Croatia et Styria cum maxima praeda in Pannoniam redeunt; et postea Bulgariam spoliant.

A. Danduli chronic. venet. ed. Muratori XII, 199—200.

Hasce Hungarorum irruptiones in conterminas provincias chronicon ad Ursi Particiaci II ducatum (912—32), et quidem mox ante Rudolfi Italiae thronum adscensum (921), refert. Incursus Hungarorum in

Moraviam et Bohemiam alio coaevo documento comprobari quidem non potest; sed quum ipsi in Germaniam usque ad et trans Rhenum hac eadem aetate (913, 915, 917, 924. 926) excurrerent, procurrentes praeprimis in Thuringiam et Saxoniam (Cf. Cont. Regin. Pertz M. G. I, 614), procul dubio Moraviam quoque et Bohemiam depopulati sunt. (V. Palacky: Dějiny nar. česk. I, 228). Et quemadmodum Moravia et Bohemia Hungaris in illas Germaniae provincias procurrentibus transitus viam praebebat, ita etiam, cum in Italiam vel Haemi peninsulae oras irruerent, Chroatiae partes devastationi expositae erant. Notum autem est, Italiam post a. 898 saepius ab Hungaris devastatam fuisse; in specie a. 919 tum iterum a. 924, quo Papiam (Pavia) igne deleverunt (Muratori: Annali d' Italia ed. Veneta III, 1020). Si eadem gens in orientalis peninsulae partes irruendo a. 934 usque ad Byzantium penetraverat (Theophan. cont. lib. VI, c. 37, p. 422. Symeon mag. de Constant. porph. et Romano c. 44, p. 746 ed. Bonn.), quid mirum, si vicinae Chroatiae non pepercerit?

Obscura de Chroatorum cum Hungaris hac aetate conflictu memoria habetur quoque apud praesb. Diocleatem (regn. Slavor. c. XIV, p. 290 ed. Lucii):

Regnavit frater eius (sc. Vladislavi) Thomislaus pro eo, qui fortis extitit viribus, sed non fuit ut frater eius. Regnante Thomislavo Ungarinorum rex nomine Attila promovit exercitum, ut debellaret eum; rex autem Thomislavus, fortis iuvenis et robustus bellator, plurima bella cum eo commisit et semper eum in fugam convertit.

Subsequi etiam temporis incursus, quorum unus in Bosnam, alter in Sirmium, narrantur ibid. c. 15, 18, 19, 22.

Quae in concilio spalatensi tempore Tomislavi circa siscianam ecclesiam disponuntur (Acta nr. 150, p. 195), ea supponunt, Pannoniam saviensem, quae pridem Braslavonis erat, iam eotum (926) ad Chroatiam pertinuisse; cui quidem mutationi Pannoniae per Hungaros occupatio, qua Francorum dominium ibidem cessavit, Chroatiae vero ducum eidem substitutum est, ansam occasionemque dare potuit. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien S. 76.

201.

C. a. 931.

Časlav Bulgariâ profugus Serbliae principatum occupat, supremo se Romanorum imperatoris dominio subdens. Exules e Chroatia et Bulgaria redeunt.

Μετὰ δὲ χρόνους ἑπτὰ[1] ἀπὸ τῶν Βουλγάρων φυγων ὁ Τζεέσθλαβος μετὰ καὶ ἑτέρων τεσσάρων ἀπὸ Πρε-

Et post septem annos[1] fuga deserens Bulgaros Tzeesthlabus cum aliis quatuor Presthlabo[2] in

σθλάβου[2] εἰσῆλθεν ἐν Σερβλίᾳ, οὐχ εὗρε δὲ εἰς τὴν χώραν εἰ μὴ πεντήκοντα μόνους ἄνδρας μήτε γυναῖκας ἔχοντας μήτε παιδία, ἀλλὰ κυνηγοῦντας καὶ διατρεφομένους. μετὰ τούτων κρατήσας τὴν χώραν ἐμήνυσε πρὸς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων, τὴν ἐξ αὐτοῦ ἀντίληψιν καὶ βοήθειαν ἐπιζητῶν, ὑπισχυούμενος δουλεύειν καὶ ὑπείκειν τῇ προστάξει αὐτοῦ καθὼς καὶ οἱ πρὸ αὐτοῦ ἄρχοντες.

Καὶ ἐκτότε οὐ διέλιπεν ὁ βασιλεὺς Ῥωμαίων εὐεργετῶν αὐτόν, ὥστε καὶ εἰς Χρωβατίαν καὶ Βουλγαρίαν καὶ ἐν ταῖς λοιπαῖς χώραις διάγοντες Σέρβλοι, οὓς ὁ Σύμεὼν διεσκόρπισε, τοῦτο ἀκούσαντες συνήχθησαν εἰς αὐτόν. ἀλλὰ καὶ ἐν τῇ πόλει πολλοὶ ἀπὸ Βουλγαρίας φυγόντες εἰσῆλθον[4]. οὓς καὶ ἐνδύσας καὶ εὐεργητήσας ὁ βασιλεὺς τῶν Ῥωμαίων ἀπέστειλε πρὸς τὸν Τζεέσθλαβον. καὶ ἀπὸ τῶν πλουσίων δωρεῶν τοῦ βασιλέως Ῥωμαίων συστησάμενος καὶ ἐνοικήσας τὴν χώραν ὡς τὸ πρότερόν ἐστιν ὑποτεταγμένος δουλοπρεπῶς τῷ βασιλεῖ Ῥωμαίων, καὶ διὰ τῆς τοῦ βασιλέως συνδρομῆς καὶ τῶν πολλῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν τὴν τοιαύτην χώραν συστήσας καί ἄρχων ἐν αὐτῇ βεβαιωθείς.

Ὅτι ὁ ἄρχων Σερβλίας ἐξ ἀρχῆς, ἤγουν ἀπὸ τῆς βασιλείας Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως, δουλικῶς ἐστὶν ὑποτεταγμένος τῷ Ῥωμαίων βασιλεῖ, καὶ οὐδέποτε τῷ ἄρχοντι Βουλγαρίας καθυπετάγη.

Serbliam venit. Non invenit autem in ea regione praeter viros quinguaginta, sine uxoribus liberisque venatione victitantes; cum his regionem obtinens, per nuntios tutelam et auxilium ab imperatore Romanorum[3] petiit, promittens obedientiam eius iussibus se praestiturum, qualem et ante ipsum principes Romano imperatori exhibebant.

Atque ex eo tempore multis illum beneficiis affecit imperator Romanorum, ita ut Serbli, qui a Symeone dissipati in Chrobatia et Bulgaria aliisque regionibus commorabantur, re audita ad ipsum undique gregatim convenirent. Quin et in urbem Constantinopolitanam plurimi e Bulgaria fugientes venerunt[4], quos vestibus ceterisque beneficiis ornatos imperator largitionibus regione constituta et ad pristinam incolarum frequentiam reducta, totum se Romano imperio subiecit; quippe ipsius imperatoris auxilio frequentibusque eius beneficiis regione illa constituta, princeps quoque illic confirmatus est.

Ceterum Serbliae princeps ab initio, id est ab imperio Heraclii, Romanorum imperatori suberat, non Bulgarorum principi.

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 32, p. 158—9 ed. Bonn. Eorum, quae nro 197 adducta sunt, continuatio.

Quae hic loci narrantur, ipsius Constantini aetate (912—958) gesta sunt, Romano tamen imperii habenas dirigente.

[1] adeoque c. a. 931. V. p. 301. [2] Urbs **Прѣславъ**, metropolis Bulgariae, Romanorum Marcianopolis, nunc pagus Preslava, turc. Eski-Stambul, ad Haemi pedes et fl. velika Kamčija. V. Šafařik slov. starož. p. 618. Rački: Borba južnih Slovena. Rad XXIV, 95. Jireček: Dějiny nar. bulharského str. 135. [3] Idem scriptor Constantinus porphyr. cum Romano a. 920—44 imperii sceptra tenebat [4] Ex his profecto Constantinus audiverat, quae de Serblia per Symeonem devastata verbis exageratis conscripsit.

202.

Chroati pactum de servanda cum vicinis gentibus pace sub duce Trpimiro II renovant.

Μετὰ δὲ χρόνους πολλοὺς ἐν ταῖς ἡμέραις Τερπημέρη[1] τοῦ ἄρχοντος, τοῦ πατρὸς τοῦ ἄρχοντος Κρασημέρη[2], ἐλλθὼν ἀπὸ Φραγγίας τῆς μεταξὺ Χρωβατίας καὶ Βενετίας ἀνήρ τις τῶν πάνυ μὲν εὐλαβῶν, Μαρτῖνος ὀνόματι, σχῆμα δὲ κοσμικὸν περιβεβλημένος, ὅν καὶ λέγουσιν οἱ αὐτοὶ Χρωβάτοι θαύματα ἱκανὰ ποιῆσαι· ἀσθενὴς δὲ ὢν ὁ τοιοῦτος εὐλαβὴς ἀνὴρ καὶ τοὺς πόδας ἠκρωτηριασμένος, ὥστε ὑπὸ τεσσάρων καὶ βαστάζεσθαι καὶ περιφέρεσθαι ὅπου δ' ἂν καὶ βούληται, τὴν τοιαύτην τοῦ ἁγιωτάτου πάπα ἐντολὴν[3] τοῖς αὐτοῖς Χρωβάτοις διατηρεῖν μέχρι τέλους ζωῆς αὐτῶν ἐπεθέσπισεν, ἐπευξάμενος δε καὶ αὐτὸς αὐτοῖς τὴν ὁμοίαν τοῦ πάπα εὐχήν.

Multis vero annis elapsis in diebus principis Terpimere[1], qui pater fuit principis Krasemere[2], e Francia, quae inter Chrobatiam et Venetiam media est, veniens vir quidam Martinus nomine, maxime quidem pius sed habitu saeculari, quem iidem quoque Chrobati miracula fecisse plurima dicunt; hic porro vir pius imbecillus admodum et pedibus mutilatus ita ut quatuor baiulis, quocumque vellet, deferretur, illud sanctissimi pontificis mandatum[3] Chrobatis ad ultimum vitae finem servandum esse itidem sanxit, eadem illis, quae antea pontifex, imprecatus.

Constant. porphyr. de adm. imp. c. 31, p. 149—150. ed. Bonn. Continuatio eorum, quae sub nro. 169, 5 p. 291—2 adducta sunt.

De tempore, quo Trpimir Chroatorum genti praefuit, vide nr. 203.

Coniicere licet, pactum illud a sede romana Chroatorum principi in mentem revocatum fuisse bellis cum Bulgaris et Venetis ansam praebentibus.

[1] i. e. Terpimir, Trpimir. [2] i. e. Kresimir. [3] scilicet de non invadenda aliorum terra.

203.

Chroatorum terrestres et maritimae vires usque ad Kresimiri ducis mortem, quo defuncto filius eius Miroslavus quatuor annis principatum tenet; eo a bano Pribina occiso vires illae ob interna dissidia collabuntur.

Διὰ τοῦτο[1] οὔτε αἱ σαγῆναι[2] τῶν τοιούτων Χρωβάτων οὔτε αἱ κοντοῦραι[3] οὐδέποτε κατά τινος πρὸς πόλεμον ἀπέρχονται, εἰ μὴ ἄρα τις κατ' αὐτῶν ἐπέλθοι. πλὴν διὰ τῶν τοιούτων πλοίων ἀπέρχονται οἱ βουλόμενοι τῶν Χρωβάτων διοικεῖν ἐμπόρια, ἀπὸ κάστρου εἰς κάστρον περιερχόμενοι τήν τε Παγανίαν καὶ τὸν κόλπον τῆς Δελματίας καὶ μέχρι Βενετίας...

Ὅτι ἡ βαπτισμένη Χρωβατία ἐκβάλλει καβαλλαρικὸν ἕως τῶν ξ' α̅α̅, πεζικὸν δὲ ἕως χιλιάδας ρ', καὶ σαγήνας μέχρι τῶν π' καὶ κοντούρας μέχρι τῶν ρ'. καὶ αἱ μὲν σαγῆναι ἔχουσιν ἀνὰ ἀνδρῶν μ', αἱ δὲ κονδοῦραι ἀνὰ ἀνδρῶν κ', αἱ δὲ μικρότεραι κονδοῦραι ἀνὰ ἀνδρῶν ι'.

Ὅτι τὴν πολλὴν ταύτην δύναμιν καὶ τὸ τοῦ λαοῦ πλῆθος εἶχεν ἡ Χρωβατία μέχρι τοῦ ἄρχοντος Κρασημέρη[4], κἀκείνου μὲν τελευτήσαντος, τοῦ δὲ υἱοῦ αὐτοῦ Μιροσθλάβου[5] ἄρξαντος ἔτη τέσσαρα καὶ ὑπὸ τοῦ Πριβουνία[6] βοεάνου ἀναιρεθέντος, καὶ διχονοιῶν καὶ πολλῶν διχοστασιῶν εἰς τὴν χώραν γενομένων, ἠλάττωται καὶ τὸ καβαλλαρικὸν καὶ τὸ πεζικὸν καὶ αἱ σαγῆναι καὶ αἱ κονδοῦραι τῆς ἐξουσίας τῶν Χρωβάτων. ἀρτίως δὲ ἔχει σαγήνας λ', κονδοῦρας μεγάλας καὶ μικράς, καὶ καβαλλαρικὸν καὶ πεζικόν[7].

Quapropter[1] neque sagenae[2] ipsorum Chrobatorum neque condurae[3] unquam ad aliquem bello infestandum abeunt, nisi si quis eos adoriatur. Sed huiusmodi navigiis Chrobati, qui mercatus frequentant, ad emporia proficiscuntur, oppidatim circumeuntes Paganiam et sinum Dalmatiae Venetias usque...

Exhibet vero baptizata Chrobatia equitum sexaginta millia, peditum centum millia, et sagenas octoginta, conduras centum. Et sagenae quidem quadraginta viros habent, condurae vero viginti, nempe quae maiores; nam minores decem viros tantum habent.

Atque haec quidem Chrobatiae potentia et copiae fuerunt usque ad principatum Krasemere[4]; quo mortuo cum filius eius Mirosthlabus[5], postquam quadrigenium genti praefuisset, a Pribunia bano interfectus esset, plurimis obortis dissidiis ac factionibus, equitum peditumque numerus valde imminutus est, item sagenarum et condurarum. Sagenas quidem nunc triginta habet, conduras magnas et parvas, et equitatum peditatum que[7].

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 31, p. 150—151 ed. Bonn.

Quisquis hoc Constantini fragmentum attente legit, facile observabit, narrari in eo, quomodo et quibus e causis Chroatorum vires aetate ipsius collapsae sint. In fine quippe exhibet sagenarum numerum imminutum, quem Chroati habuerunt tempore eo, quo librum de administrando imperio, adeoque intra a. 949—952 (ἀρτίως nunc), scripsit (Rambaud: L'empire grec au X siecle p. 171—2). Numerum hunc aetate adhuc sua (ἐκβάλλει) maiorem fuisse, ipse Constantinus refert, eollapsumque post mortem Kresimiri ducis sub eius filio Miroslavo; viresque Chroatorum maritimas et terestres adhuc magis imminutas, dum Miroslavo a bano Pribynja occiso interna dissidia oborta essent.

Quare illa huiusce loci hucadusque recepta (Šafařik slov. starož. 671—2. Dümmler: Ueber die älteste Geschichte der Slawen in Dalmatien. p. 44) interpretatio, iuxta quam Kresimiri regimen sive ad initium X sive ad alteram IX saeculi medietatem relegatur, ipseque filius Trpimiri acti a. 852 editoris putatur, omnino reiicienda est; atque utriusque ducis, Trpimiri et Kresimiri, regimen ad intervallum imperii ipsius Constantini reponendum est. Quodsi itaque prae oculis habeatur, dum Constantinus praefatum opus scriberet (a. 949—52), Chroatorum gentem bello interno dilaceratam Miroslavumque, gesto per quadriennium regimine, amotum fuisse: Kresimiri exitus ad a. c. 945/6 reponendus esse videtur. Censemus itaque, Trpimirum eiusque filium Kresimirum post Tomislavum, adeoque intra annos 928—945/6 Chroatorum reipublicae praefuisse. Huic quidem sententiae nonense regis Cresimiri diploma (v. Acta nr. 45, p. 62) favere videtur, in quo Cresimiri „maioris", qui Držislavi pater est, banus „Pribyna" nomine adducitur. Non est quippe inverisimile, banum illum, qui Miroslavum occiderat, sub ipsius patre iam dignitatem eandem gessisse, atque mortuo Kresimiro ad supremum in republica honorem aspirasse. Opinionem nostram argumento e cathalogo romano (Farlati I, 334) desumendo non firmamus, ex opere utpote et recentiori et parum fido. Cf. Дриновъ: Южные Славяне и Византія въ X в. стр. 124—130.

[1] i. e. ob pactum illud cum s. sede romana de pace cum finitimis gentibus servanda. V. nr 202 p. 397. [2] navigii species. V. epist. Ludovici II imp. ad Basilium imp. in chron. salern. c. 107. Du-Cange: Glossar. med. et infimae lat. ad h. v. [3] Cf. κουντελάς unde venet. gondola (κοντός brevis, ἐλάς navis) Du-Cange glossar. med. graecit. ad. h. v. [4] Manifeste in locum „Kresimir", Krêsimir, qui Trpimiri filius fuit (v. nr. 202.). [5] i. e. Miroslavus. [6] i. e. Pribynja. Miklošić: Die Bild. der slav. Personennam. nr. 297. [7] numerus condurarum, item equitatus et peditatus hic loci excidisse videtur.

204.

A. 948.

Veneti Narentanos Dalmatiae bis frustra aggrediuntur.

His diebus mortuo Petro duce Badavario, qui rexerat ducatum[1] annis 3, successit Petrus Candianus, antedicti Petri[2] filius...

Igitur Petrus Candianus dux sexto sui ducatus anno triginta et tres naves, quas Venetici gumbarias[3] nominant, contra Narentanos Sclavos misit, quibus Ursus Badovarius et Petrus Rosolus prefuerunt. Qui absque effectu reversi sunt. Iterum namque totidem contra eos mittere studuit. Quae foedere firmato ad propria redierunt.

Johannis chronicon venet. Pertz: Mon. Germ. SS. VII, 23—24. A. Danduli chron. venet. Muratori XII, 204.

[1] a. 939—942. [2] qui ducatum gessit a. 932—639, fuitque filius Petri I Candiani, qui a. 887 a Slavis Narentanis occisus est. V. nr. 188, p. 374. [3] Gr. κομβάρια.

205.

Chroatia et Dalmatia romana, eisque conterminae regiones dimidio saec. X.

1.

Chroatiae županiae et urbes.

Διεμερίσθη οὺν ἡ χώρα αὺτων εἰς ζουπανίας ια', ἤγουν ἡ Χλεβίανα[1], ἡ Τζέντζηνα[2], τὰ Ἤμοτα[3], ἡ Πλέβα[4], ἡ Πεσέντα[5], ἡ Παραθαλασσία[6], ἡ Βρεβέρα[7], ἡ Νόνα[8], ἡ Τνήνα[9], ἡ Σίδραγα[10], ἡ Νίνα[11]· καὶ ὁ βοάνος αὐτῶν κρατεῖ τὴν Κρίβασαν[12], τὴν Λίτζαν[13] καὶ τὴν Γουτζηκᾶ[14].

Divisa autem est eorum (sc. Chrobatorum) regio in zupanias 11, quarum nomina: Chlebiana[1], Tzentzena[2], Emota[3], Pleba[4], Pesenta[5], Parathalassia[6], Brebera[7], Nona[8], Tnena[9], Sidraga[10], Nina[11]; ipsorumque banus tenet Kribasam[12], Litzam et Gutzecam[14].

Constantinus porphyr. de admin. imp. c. 30 p. 145 ed. Bonn.

Ὅτι ἡ βαπτισμένη Χρωβατία εἰσὶ κάστρα οἰκούμενα ἡ Νόνα, τὸ Βελόγραδον[15], τὸ Βελίτζειν[16], τὸ Σκόρδονα[17], το Χλεβένα[18], τὸ Στόλπον[19], τὸ Τενήν, τὸ Κόρι[20], τὸ Κλαβώκα[21].

Atque baptizatae Chrobatiae urbes habitatae istae sunt: Nona, Belogradun[15], Belitzin[16], Scordona[17], Chlebena[18], Stolpun[19], Tenen, Cori[20], Claboca[21].

Ibid. c. 31, p. 151. ed. Bonn.

2.

Dalmatiae urbes: Ragusium, Spalathum, Tragurium, Catharum et Jadera, item insulae Vecla, Arbe, Opsara, Lumbricatum, aliaeque.

Οἱ δὲ λοιποὶ Ῥωμᾶνοι εἰς τὰ τῆς παραλίας κάστρα διεσώθησαν, καὶ μέχρι τοῦ νῦν κρατοῦσιν αὐτά· ἅτινά εἰσι τάδε κάστρα, τὸ Ῥαοῦσιν, τὸ Ἀσπάλαθον, τὸ Τετράγγουριν, τὰ Διάδωρα, ἡ Ἄρβη, ἡ Βέκλα καὶ τὰ Ὄψαρα· ὧν τινῶν καὶ οἰκήτορες μέχρι τοῦ νῦν οἱ Ῥωμᾶνοι καλοῦνται...

Ὅτι τὸ κάστρον τοῦ Ῥαουσίου[22] οὐ καλεῖται Ῥαούση τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ, ἀλλ' ἐπεὶ ἐπάνω τῶν κρημνῶν ἵσταται, λέγεται δὲ Ῥωμαϊστὶ ὁ κρημνὸς λαῦ, ἐκλήθησαν ἐκ τούτου Λαυσαῖοι ἤγουν οἱ καθεζόμενοι εἰς τὸν κρημνόν. ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια, ἡ πολλάκις μεταφθείρουσα τὰ ὀνόματα τῇ ἐναλλαγῇ τῶν γραμμάτων, μεταβαλοῦσα τὴν κλῆσιν Ῥαουσαίους τούτους ἐκάλεσεν· οἱ δὲ αὐτοὶ Ῥαουσαῖοι τὸ παλαιὸν ἐκράτουν τὸ κάστρον τὸ ἐπιλεγόμενον Πίταυρα· καὶ ἐπειδή, ἡνίκα τὰ λοιπὰ ἐκρατήθησαν κάστρα παρὰ τῶν Σκλάβων τῶν ὄντων ἐν τῷ θέματι, ἐκρατήθη καὶ τὸ τοιοῦτον κάστρον, καὶ οἱ μὲν ἐσφάγησαν οἱ δὲ ᾐχμαλωτίσθησαν, οἱ δὲ δυνηθέντες ἐκφυγεῖν καὶ διασωθῆναι εἰς τοὺς ὑποκρήμνους τόπους κατῴκησαν, ἐν ᾧ ἔστιν ἀρτίως τὸ κάστρον, οἰκοδομήσαντες αὐτὸ πρότερον μικρὸν καὶ πάλιν μετὰ ταῦτα μεῖζον, καὶ μετὰ τοῦτο πάλιν τὸ τεῖχος αὐτοῦ αὐξήσαντες μέχρι δ' ἔχειν τὸ κάστρον διὰ τὸ πλατύνεσθαι αὐτοὺς κατ' ὀλίγον καὶ πλη-

Caeteri vero Romani in orae maritimae oppidis servati sunt; eaque etiamnum tenent. Et sunt ista: Rausium, Aspalathum, Tetrangurium, Diadora, Arbe, Vecla et Opsara, eorumque habitatores in hodiernum usque diem Romani appellantur....

Urbs **Rausium**[22] non appellatur Rausium Graeca lingua sed quia in locis praeruptis posita est; praecipitium graece vocatur λαῦ, unde inhabitantes nuncupati sunt Lausaei, id est praecipitium insidentes. Communis vero usus, qui saepe litterarum commutatione nomina eorrumpit, commutato nomine Rausaeos appellavit. Atque hi ipsi Rausaei olim tenuerunt urbem Epidaurum nuncupatam; at postea cum reliquae urbes expugnatae essent a Sclavis, qui in hoc themate sunt, haec etiam urbs ab ipsis capta fuit; et civium alii quidem interfecti fuere alii vero in vinculis abducti. Qui autem fuga salutem invenire potuerunt, loca praerupta inhabitarunt, ubi nunc urbs est, primo exiguam illam aedificantes et postea maiorem, mox rursum et quartum paulatim aucta multitudine pomeria protulerunt. Ex iis autem, qui aliunde demigrarunt Ragusium, hi sunt: Gregorius, Arsaphius, Victorinus, Vi-

θύνεσθαι. ἐκ δὲ τῶν μετοικησάντων εἰς τὸ Ῥαούσιον εἰσὶν οὗτοι, Γρηγόριος, Ἀρσάφιος, Βικτωρῖνος, Βιτάλιος, Βαλεντῖνος ὁ ἀρχιδιάκων, Βαλεντῖνος ὁ πατὴρ τοῦ πρωτοσπαθαρίου Στεφάνου. ἀφ' οὗ δὲ ἀπὸ Σαλῶνα μετῴκησαν εἰς Ῥαούσιον, εἰσὶν ἔτη φ' μέχρι τῆς σήμερον, ἥτις ἰνδικτιῶνος ἑβδόμης ἔτους ϛυνζ'. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ κάστρῳ κεῖται ὁ ἅγιος Παγκράτιος ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου τῷ ὄντι μέσον τοῦ αὐτοῦ κάστρου.

Ὅτι τὸ Ἀσπαλάθου κάστρον, ὅπερ παλάτιον μικρὸν ἑρμηνεύεται, ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς τοῦτο ἔκτισεν· εἶχε δὲ αὐτὸ ὡς ἴδιον οἶκον, καὶ αὐλὴν οἰκοδομήσας ἔνδοθεν καὶ παλάτια, ἐξ ὧν τὰ πλείονα κατελύθησαν. σώζεται δὲ μέχρι τοῦ νῦν ὀλίγα, ἐξ ὧν ἐστὶ τὸ ἐπισκοπεῖον τοῦ κάστρου καὶ ὁ ναὸς τοῦ ἁγίου Δόμνου, ἐν ᾧ κατάκειται ὁ αὐτὸς ἅγιος Δόμνος, ὅπερ ἦν κοιτὼν τοῦ αὐτοῦ βασιλέως Διοκλητιανοῦ. ὑποκάτω δὲ αὐτοῦ ὑπάρχουσιν εἰληματικαὶ καμάραι, αἵτινες ὑπῆρχον φυλακαὶ ἐν αἷς τοὺς παρ' αὐτοῦ βασανιζομένους ἁγίους ἐναπέκλειεν ἀπηνῶς. ἀπόκειται δὲ καὶ ἐν αὐτῷ τῷ κάστρῳ καὶ ὁ ἅγιος Ἀναστάσιος. Ὅτι τὸ τεῖχος τοῦ τοιούτου κάστρου οὔτε ἀπὸ βησάλων ἐστὶν ἐκτισμένον οὔτε ἀπὸ ἐγχορήγου, ἀλλ' ἀπὸ λίθων τετραπεδίκων ἐχόντων εἰς μῆκος ἀνὰ ὀργυιᾶς α', πολλάκις καὶ ἀνὰ δύο, καὶ τὸ πλάτος ἀνὰ ὀργυίας μιᾶς, οἵτινές εἰσι συνηρμοσμένοι καὶ συνδεδεμένοι εἰς ἀλλήλους μετὰ σιδήρων ἐν μολίβδῳ ἐγχυλιασμένων. ἵστανται δὲ καὶ εἰς τὸ τοιοῦτον κάστρον καὶ κίονες πυκνοί, ἔχον-

talius, Valentinus archidiaconus, Valentinus pater protospatharii Stephani. Ex quo autem cives Salonitani Rausium demigrarunt, anni sunt 500 in hunc usque diem, indictione 7 anni 6457 (Christi 949). Ceterum in eadem urbe depositus fuit s. Pancratius in aede s. Stephani, quae est in media urbe.

Aspalathi urbem, quae parvum palatium significat, imperator Diocletianus condidit; habuit illam ut domum propriam, aulamque ibi extruxit et palatia, quorum pleraque perierunt; quae autem etiamnum supersunt valde pauca sunt, ex quibus episcopium urbis, et templum s. Domni, ubi ille ipse sanctus depositus fuit; quod cubiculum erat eiusdem imperatoris Diocletiani. Subter illo sunt rotundi fornices, olim custodiae, in quas sanctos immaniter a se cruciatos compingebat. In eadem vero urbe depositus etiam fuit s. Anastasius[23]. Murus autem huius urbis neque ex latere est neque ex enchorego, sed ex lapidibus quadratis unius et saepe duarum ulnarum longitudine et unius latitudine, qui coagmentati inter se sunt vinctique ferro in plumbum liquefactum impacto. In eadem autem urbe erectae etiam visuntur columnae complures, super quas cosmitae, ubi idem imperator Diocletianus aedificaturus erat rotundos fornices, totamque urbem tecturus, et pa-

τες ἐπάνω κοσμίτας, ἐν οἷς ἔμελλεν ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Διοκλητιανὸς εἰλημματικὰς ἐγεῖραι καμάρας, καὶ σκέπασαι τὸ κάστρον ὅλον, καὶ ποιῆσαι τὰ παλάτια αὐτοῦ καὶ πάντα τὰ οἰκήματα τοῦ κάστρου ἐπάνω τῶν εἰλημμάτων ἐκείνων διόροφα καὶ τριόροφα, ὥστε μὴ ὀλίγον ἐκ τοῦ αὐτοῦ κάστρου ἐσκέπασε. τοῦ δὲ τοιούτου κάστρου τὸ τεῖχος οὔτε περίπατον ἔχει οὔτε προμαχῶνας, ἀλλὰ τοίχους μόνους ὑψηλοὺς καὶ τοξικὰς φωταγωγούς.

Ὅτι τὸ κάστρον τὸ Τετραγγούριν μικρόν ἐστι νησίον ἐν τῇ θαλάσσῃ, ἔχον καὶ τράχηλον ἕως τῆς γῆς στενώτατον δίκην γεφυρίου[25], ἐν ᾧ διέρχονται οἱ κατοικοῦντες εἰς τὸ αὐτὸ κάστρον. Τετραγγούριν δὲ καλεῖται διὰ τὸ εἶναι αὐτὸ μικρὸν δίκην ἀγγουρίου. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ κάστρῳ ἀπόκειται ὁ ἅγιος μάρτυρ Λαυρέντιος ὁ ἀρχιδιάκων.

Ὅτι τὸ κάστρον τῶν Δεκατέρων[26] ἑρμηνεύεται τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ ἐστενωμένον καὶ πεπληγμένον, δίοτι εἰσέρχεται ἡ θάλασσα ὥσπερ γλῶσσα ἐστενωμένη μέχρι τῶν δεκαπέντε καὶ εἴκοσι μιλίων, καὶ εἰς τὸ τῆς θαλάσσης συμπλήρωμά ἐστι τὸ κάστρον. ἔχει δὲ τὸ τοιοῦτον κάστρον κύκλον αὐτοῦ ὄρη ὑψηλά, ὥστε μόνῳ τῷ καλοκαιρίῳ βλέπειν τὸν ἥλιον διὰ τὸ μεσουρανεῖν, τῷ δὲ χειμῶνι οὐδαμῶς. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ κάστρῳ κεῖται ὁ ἅγιος Τρύφων ἀκεραίως πᾶσαν νόσον ἰώμενος, μάλιστα τοὺς ὑπὸ πνευμάτων ἀκαθάρτων τυραννομένους· ὁ δὲ ναὸς αὐτοῦ ἐστὶν εἰλημματικός.

Ὅτι τὸ κάστρον τῶν Διαδώ-

latia sibi extructurus, omnesque urbis aedes, supra istos rotundos fornices, gemina aut triplici concameratione, ita ut non exiguam urbis partem cooperiret. Moenia autem huius urbis ambulacrum non habent, neque propugnacula, sed sublimes tantum muri sunt, in quibus fenestrae ad emittenda iacula.

Urbs Tetrangurium[24] parva quaedam in mari insula est, angustissima cervice, ponticuli instar, ad terram usque porrecta[25], qua ad oppidum transeunt incolae. Tetrangurium autem urbs illa vocatur, quod parva sit veluti cucumer. In eadem vero urbe depositus fuit s. martyr Laurentius archidiaconus.

Urbs Decatera[26] lingua Romanorum significat angustatum et percussum, quoniam mare ingreditur tanquam lingua coangustata ad quindecim immo ad viginti usque millia passuum. Estque urbs illa sita ad maris complementum. Habet vero circum se urbs illa montes altos, ita ut aestate tantum solem videat, quod tunc in medio caeli sit, hieme vero nunquam. In hac autem urbe depositus fuit s. Tryphon, qui omnes omnino aegrotos sanat, maxime eos qui ab impuris spiritibus vexantur; templum vero ipsius rotundum est.

Diadora[27] urbs Romanorum lingua est „iam erat“, videlicet quod ante Romam haec condita

ρων[27] καλεῖται τῇ Ῥωμαίων διαλέκτῳ „ἰὰμ ἔρατ“, ὅπερ ἑρμηνεύεται ἀπάρτι ἦτον· δηλονότι ὅτε ἡ Ῥώμη ἐκτίσθη, προεκτισμένον ἦν τὸ τοιοῦτον κάστρον· ἔστι δὲ τὸ κάστρον μέγα. ἡ δὲ κοινὴ συνήθεια καλεῖ αὐτὸ Διαδώρα. ἐν δὲ τῷ αὐτῷ κάστρῳ κεῖται ἐν σαρκὶ ἡ ἁγία Ἀναστασία ἡ παρθένος, θυγάτηρ γεγονυῖα Εὐσταθίου τοῦ κατὰ τὸν καιρὸν ἐκεῖνον βασιλεύσαντος, καὶ ὁ ἅγιος Χρυσόγονος μοναχὸς καὶ μάρτυρ, καὶ ἡ ἁγία ἅλυσις αὐτοῦ. ὁ δὲ ναὸς τῆς ἁγίας Ἀναστασίας ἐστὶ δρομικός, ὅμοιος τῷ Χαλκοπρατίων ναῷ, μετὰ κιόνων πρασίνων καὶ λευκῶν, ὅλος εἰκονισμένος ἐξ ὑλογραφίας ἀρχαίας· ὁ δὲ πάτος αὐτοῦ ἐστὶν ἀπὸ συγκοπῆς θαυμαστῆς. ἔστι δὲ καὶ ἕτερος ναὸς πλησίον αὐτοῦ εἰληματικός, ἡ ἁγία Τριάς· καὶ ἐπάνω τοῦ ναοῦ αὐτοῦ πάλιν ἕτερος ναὸς δίκην κατηχουμένων, καὶ αὐτὸς εἰληματικός, εἰς ὃν καὶ ἀνέρχονται διὰ κοχλείας[28].

Ὅτι εἰσὶ νησία ὑπὸ τὴν ἐπικράτειαν τῆς Δελματίας μέχρι Βενεβενδοῦ πυκνὰ καὶ πάμπολλα, ὥστε μηδέποτε φοβεῖσθαι κλύδωνα ἐκεῖσε τὰ πλοῖα. ἐξ αὐτῶν τῶν νησίων ἐστὶ τὸ κάστρον ἡ Βέκλα, καὶ εἰς ἕτερον νησίον ἡ Ἄρβη, καὶ εἰς ἕτερον νησίον ἡ Ὄψαρα, καὶ εἰς ἕτερον νησίον τὸ Λουμβρικάτον[29], ἅτινα κατοικοῦνται μέχρι τοῦ νῦν· τὰ δὲ λοιπὰ εἰσιν ἀοίκητα, ἔχοντα ἐρημόκαστρα, ὧν τὰ ὀνόματα εἰσιν οὕτω, Καταυτρεβενὼ[30], Πιζὺχ[31], Σελβὼ[32], Σκερδὰ[33], Ἀλωὴπ[34], Σκιρδάκισσα[35], Πυρότιμα[36], Μελετὰ[37], Εστιουνὴζ[38], καὶ ἕτερα πάμπολλα ὧν τὰ ὀνόματα οὐ νοοῦνται. τὰ δὲ λοιπὰ κάστρα τὰ

fuerit; est autem urbs haec magna et vulgariter Diadora nuncupatur. In eadem vero urbe sepultum est corpus s. Anastasiae virginis, filiae Eusthathii, qui illo tempore regnabat; item s. Chrysogonus monachus et martyr, cuius et sacra catena illic asservatur. Templum autem s. Anastasiae oblongum est, simile illi, quod in Chalcopratiis est; et columnas habet prasinas atque albas, totumque ornatum est figuris, pictura vetusta elaboratis; pavimentum vero ipsius mirifice ex opere tessellato confectum. Juxta autem illud est aliud quoque templum rotundum s. trinitatis; et supra illud rursum aliud instar catechumenorum, itidem rotundum, in quod cochlea ascenditur[28].

Insulae parvae sunt, Dalmatiae subiacentes, Beneventum usque frequentes plurimaque, ita ut tempestatem illic naves nunquam timeant. Ex illarum insularum una est urbs Vecla, et ex alia Arbe, et ex alia Opsara, ex alia rursum Lumbricatum[29], quae omnes in hodiernum usque diem habitantur; reliquae vero habitatoribus vacuae desertas urbes habent, quarum haec sunt nomina: Catautrebeno[30], Pizuch[31], Selbo[32], Scerda[33], Aloëp[34], Scirdacissa[35], Pyrotima[36], Meleta[37], Estiunez[38], et aliae complures, quarum nomina ignorantur. Reliquae vero urbes, quae in continente thematis sunt et a

ὄντα εἰς τὴν ξηρὰν τοῦ θέματος καὶ κρατηθέντα παρὰ τῶν εἰρημένων Σκλάβων ἀοίκητα καὶ ἔρημα ἵστανται, μηδενὸς κατοικοῦντος ἐν αὐτοῖς.

Sclavis praedictis captae fuerant, desertae sunt et incolas nullos habent.

Ibid. c. 29, p. 128, 136—140 ed. Bonn.

Apud eundem auctorem in opere de caeremoniis aulae byzantinae lib. II, c. 52 (p. 728 ed. Bonn.), in quo agitur „de praesessionibus dignitatum" imperii, inter proconsules et patricios strategos adducitur quoque „ὁ ἀνθύπατος πατρίκιος καὶ στρατηγὸς Δαλματίας". Dein eod. lib. II, c. 50 (p. 696—7), ubi adducitur „tabula rogarum, quas vi typi aut formulae praescriptae atque receptae accipiebant strategi et clisurarchae tempore Leonis domini Christum amantis (886—912)", subnectitur: „Strategi occidentis non accipiebant rogas, quia consvetudines unus eorum quisque suas annuatim e suo themate ferebat . . . Sunt autem illi sequentes: strategus Peloponesi, strategus Nicopoleos, strategus Helladis, strategus Siciliae, strategus Langobardiae, strategus Strymonis, strategus Kefaleniae, strategus Thessalonicae, strategus Dyrrhachii, ὁ στρατῆγος Δαλματίας, strategus Chersonis.

Ceterum romanas Dalmatiae urbes a Basilio imperatore Chroatiae duci tributum pendere iussas fuisse, Dalmatiae vero stratego „βραχύ τι" postmodum pependisse, nr. 184 p. 373 retulimus.

3.

Slavorum provinciae Chroatiae finitimae: Narentanorum regio, Zachulmia, Terbunia, Dioclea et Serblia.

Καὶ ἡ μὲν εἰρημένη Χρωβατία, ἀλλὰ καὶ οἱ λοιποὶ Σκλαβίνιοι διάκεινται οὕτως· ἡ δὲ Διόκλη α[39] πλησιάζει πρὸς τὰ καστέλλια τοῦ Δυρραχίου ἤγουν πρὸς τὸν Ἐλισσὸν[40], καὶ πρὸς τὸν Ἑλκύνιον[41] καὶ τὴν Ἀντίβαριν[42], καὶ ἔρχεται μέχρι τῶν Δεκατέρων, πρὸς τὰ ὀρεινὰ δὲ πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. ἀπὸ δὲ τοῦ κάστρου τῶν Δεκατέρων ἄρχεται ἡ ἀρχοντία Τερβουνίας[43], καὶ παρεκτείνεται μέχρι τοῦ Ῥαουσίου, πρὸς δὲ τὰ ὀρεινὰ αὐτῆς πλησιάζει τῇ Σερβλίᾳ. ἀπὸ δὲ τοῦ Ῥαουσίου ἄρχεται ἡ ἀρχοντία τῶν Ζαχλούμων[44] καὶ παρεκτείνεται μέχρι τοῦ Ὀροντίου[45] ποταμοῦ, καὶ πρὸς μὲν

Et quidem praedicta Chrobatia cum reliquis Sclabiniis ita sita est: Dioclea[39] porro propinqua est Dyrrachii oppidis Elisso[40], Helcynio[41] et Antibari[42], extenditurque Decatera usque, montana autem Serbliae finitima sunt. A Decateris vero incipit Terbuniae[43] principatus porrigitque se Rausium usque, at versus montana Serbliae adiacet. A Rausio Zachlumorum[44] principatus initium habet, et protenditur ad Orontium[45] flumen usque; oraque maritima Paganis, montana, quae ad septentrionem, Chrobatis, quae in fronte, Serbliae contermina

τὴν παραθαλασσίαν πλησιάζει τοῖς Παγανοῖς, πρὸς δὲ τὰ ὀρεινὰ εἰς ἄρκτον ἀπὸ δὲ τοῦ Ὀροντίου ποταμοῦ ἄρχεται ἡ Παγανία[46], καὶ παρεκτείνεται μέχρι τοῦ ποταμοῦ τῆς Ζεντίνας, τρεῖς ἔχουσα μὲν πλησιάζει τοῖς Χρωβάτοις, εἰς κεφαλὴν δὲ τῇ Σερβλίᾳ. ζουπανίας, τὴν Ῥάστωτζαν[47] καὶ τὸ Μοκρὸν[48] καὶ τὸ Δαλέν[49]. καὶ αἱ μὲν δύο ζουπανίαι, ἤγουν ἡ Ῥάστωτζα, καὶ ἡ τοῦ Μοκροῦ, πρόσκεινται τῇ θαλάσσῃ· αἵτινες καὶ σαγήνας ἔχουσιν· ἡ δὲ τοῦ Δαλενοῦ μηκόθεν ἐστὶ τῆς θαλάσσης, καὶ ἐκ τῆς ἐργασίας ζῶσι τῆς γῆς· πλησιάζουσι δὲ αὐτοῖς νῆσοι τέσσαρες, τὰ Μέλετα, τὰ Κούρκουρα, ἡ Βάρτζω[50] καὶ ὁ Φάρος, κάλλισται καὶ εὐφορώταται, ἐρημόκαστρα ἔχουσαι καὶ ἐλῶνας πολλούς· οἰκοῦσι δὲ ἐν αὐταῖς καὶ ἔχουσι τὰ κτήνη αὐτῶν καὶ ἐξ αὐτῶν ζῶσιν. ἀπὸ δὲ τῆς Ζεντίνας τοῦ ποταμοῦ ἄρχεται ἡ χώρα τῆς Χροβατίας, καὶ παρεκτείνεται πρὸς μὲν τὴν παραθαλασσίαν μέχρι τῶν συνόρων Ἰστρίας ἤγουν τοῦ κάστρου Ἀλβούνου·[51] πρὸς δὲ τὰ ὀρεινὰ καὶ ὑπέρκειται μέχρι τινὸς τῷ θέματι Ἰστρίας, πλησιάζει δὲ πρὸς τὴν Τζέντινα καὶ τὴν Χλέβενα τῇ χώρᾳ Σερβλίας· ἡ γὰρ χώρα Σερβλίας εἰς κεφαλὴν μέν ἐστι πασῶν τῶν λοιπῶν χωρῶν, πρὸς ἄρκτον δὲ πλησιάζει τῇ Χρωβατίᾳ, πρὸς μεσημβρίαν δὲ τῇ Βουλγαρίᾳ.

est. Ab Orontio flumine **Pagania**[46] incipit et porrigitur usque ad Zentinam flumen; et zupanias tres habet: Rastotzam[47] et Mocrum[48] ac Dalen[49]; et quidem duae zupaniae, Rastotza ac Mocrum, ad mare sitae sunt et sagenas habent, Daleni vero zupania procul mari sita est, et eius incolae ex agricultura vivunt. Habent quoque Pagani in propinquo insulas quatuor: Meletam, Curcuram, Bartzum et Pharum[50], omnes pulcherrimas fertilissimasque; oppida item deserta et paludes multas, in quibus habitant et iumenta alunt, unde victum parant. A Zentina autem fluvio Chrobatia incipit, extenditurque versus mare ad Istriae usque confinia sive Albunum[51] urbem; versus montana aliquatenus etiam supra Istriae thema excurrit, ac versus Tzentina et Chlebeua Serbliae regionem attingit. **Serblia** autem in fronte habet ceteras omnes regiones; ad septentrionem quidem Chrobatiae propinqua est, ad meridiem vero Bulgariae.

Ibid. c. 30, p. 145—6 ed. Bonn.

Ὅτι ἐν τῇ βαπτισμένῃ Σερβλίᾳ εἰσὶ κάστρα οἰκούμενα τὸ Δεστινίκον[52], τὸ Τζερναβουσκεή[53], τὸ Με-

Sunt vero in baptizata Serblia oppida quae habitantur: Destinicum[52], Tzernabuscee[53], Megyre-

γυρέτους[54], τὸ Δρεσνεήκ[55], τὸ Λεσνήκ[56], τὸ Σαληνές[57], καὶ εἰς τὸ χωρίον Βόσωνα[58] τὸ Κάτερα[59] καὶ τὸ Δεσνήκ[60].

tus[54], Dresnec[55], Lesnec[56], Salenes[57]; in agro vero Bosonae[58]: Catera[59] ac Desnec[60].

Ibid. c. 32, p. 159 ed. Bonn.

Περὶ τῶν Ζαχλούμων, καὶ ἧς νῦν οἰκοῦσι χώρας. Ὅτι ἡ τῶν Ζαχλούμων χώρα παρὰ τῶν Ῥωμάνων πρώτερον ἐκρατεῖτο, Ῥωμάνων δὲ φημι οὓς ἀπὸ Ῥώμης Διοκλητιανὸς ὁ βασιλεὺς μετῴκισε, καθὼς καὶ εἰς τὴν τῶν Χρωβάτων ἱστορίαν εἴρηται περὶ αὐτῶν. ὑπὸ βασιλεῖ δὲ Ῥωμαίων ἡ τῶν Ζαχλούμων αὕτη χώρα ὑπῆρχεν, αλλὰ παρὰ τῶν Ἀβάρων αἰχμαλωτισθεῖσα ἡ τε χώρα καὶ ὁ ταύτης λαὸς τὸ παράπαν ἠρήμωται. οἱ δὲ νῦν ἐκεῖσε οἰκοῦντες Ζαχλοῦμοι Σέρβλοι τυγχάνουσι, ἐξ ἀκείνου τοῦ ἄρχοντος τοῦ εἰς τὸν βασιλέα Ῥωμαίων Ἡράκλειον προσφυγόντος. Ζαχλοῦμοι δὲ ὠνομάσθησαν ἀπὸ ὄρους οὕτω καλουμένου Χλούμου[61]. καὶ ἄλλως δὲ παρὰ τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἑρμηνεύεται τὸ Ζαχλοῦμοι ἤγουν ὀπίσω τοῦ βουνοῦ, ἐπειδὴ ἐν τῷ τοιούτῳ χωρίῳ βουνός ἐστι μέγας, ἔχων ἄνωθεν αὐτοῦ δύο κάστρα, τὸ Βόνα[62] καὶ τὸ Χλούμ. ὄπισθεν δὲ τοῦ τοιούτου βουνοῦ διέρχεται ποταμὸς καλουμένος Βόνα, ὅ ἑρμηνεύεται καλόν ...

Ὅτι ἐν τῷ χωρίῳ τῶν Ζαχλούμων εἰσι κάστρα οἰκούμενα το Σταγνόν[63], τὸ Μοχρισκίκ[64], τὸ Ἰοσλή[65], τὸ Γαλουμαήνικ[66], τὸ Δοβρισκίκ[67].

De Zachlumis, et ea, quam nunc incolunt, regione. Zachlumorum terrae Romani primum dominabantur, illi nimirum Romani, quos Diocletianus imperator Roma eo veluti in coloniam deduxit, quemadmodum et in Chrobatorum historia de iis dictum est. Romanorum igitur imperatori prius parebat Zachlumorum regio; sed ab Abaribus postea subiugata et in vinculis abductis ipsius incolis tota haec regio deserta fuit. Qui vero nunc illic habitant Zachlumi, Serbli sunt, ab illo principe, qui ad Heraclium Romanorum imperatorem confugit; et Zachlumi dicti sunt a monte Chlumo[61] nuncupato; et alias Sclavorum dialecto Zachlumi dicuntur ii, qui post collem habitant, quandoquidem magnus inibi collis est, in cuius vertice urbes duae sunt Bona[62] et Chlum; retro autem hunc collem flumen Bona nuncupatum devehitur, quod Graecis καλὸν significat...

Sunt in Zachlumorum territorio urbes habitatae: Stagnum[63], Mocriscic[64], Josle[65], Galumaenic[66] et Dobriscic[67].

Ibid. c. 33, p. 160—1 ed. Bonn.

Περὶ τῶν Τερβουνιατῶν καὶ τῶν Καναλιτῶν καὶ ἧς νῦν οἰ-

De Terbuniatis et Canalitis, eorumque regione quam

κοῦσι χώρας. Ὅτι ἡ τῶν Τερβουνιατῶν καὶ τῶν Καναλιτῶν χώρα μία ὑπάρχει. ἀπὸ δε τῶν ἀβαπτίστων Σέρβλων οἱ ἐκεῖσε κατάγονται, οἱ ἐξ ἐκείνου τοῦ ἄρχοντος οἰκοῦντες τοῦ εἰς τὸν βασιλέα Ἡράκλειον προσφυγόντος ἀπὸ τῆς ἀβαπτίστου Σερβλίας μέχρι τοῦ ἄρχοντος Σερβλίας τοῦ Βλαστημέρου. οὗτος οὖν ὁ ἄρχων Βλαστήμερος τῇ ἰδίᾳ θυγατρὶ δέδωκεν ἄνδρα Κραΐναν τὸν υἱὸν Βελάη τοῦ ζουπάνου Τερβουνίας. θέλων οὗτος τὸν ἴδιον γαμβρὸν δοξάσαι ὠνόμασεν αὐτὸν ἄρχοντα, ποιήσας αὐτὸν αὐτεξούσιον[68]. ἐξ ἐκείνου δὲ ὁ Φαλιμέρης[69] ἐγεννήθη, καὶ ἀπ' ἐκείνου ο Τζουτζημέρης[70]. ἦσαν δὲ οἱ τῆς Τερβουνίας ἄρχοντες ἀεὶ ὑπὸ τὸν λόγον τοῦ ἄρχοντος Σερβλίας. Τερβουνία δὲ τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἑρμηνεύεται ἰσχυρὸς τόπος. ἡ γὰρ τοιαύτη χώρα ὀχυρώματα ἔχει πολλά[71]. Ὅτι ἐστὶ καὶ ἑτέρα χώρα ὑπὸ ταύτην τὴν χώραν Τερβουνίας, Καναλὴ[72] προσαγορευομένη. τὸ δὲ Καναλὴ ἑρμηνεύεται τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἁμαξία[73], ἐπειδὴ, διὰ τὸ εἶναι τὸν τόπον ἐπίπεδον, πάσας αὐτῶν τὰς δουλείας διὰ ἁμαξῶν ἐκτελοῦσιν.

Ὅτι ἐν τῷ χωρίῳ Τερβουνίας καὶ τοῦ Καναλὴ εἰσὶ κάστρα οἰκούμενα ἡ Τερβουνία[74], τὸ Ὅρμος[75], τὰ Ῥίσενα[76], τὸ Λουκάβετε[77], τὸ Ζετλήβη[78].

nunc incolunt. **Terbuniatarum Canalitarumque eadem regio est. Incolae vero a non baptizatis Serblis descendunt, qui illic habitarunt ab eo usque principe, qui a Serblia non baptizata ad Heraclium imperatorem confugit, usque ad Blastemerum Serbliorum principem, qui filiae suae maritum dedit Krainan Belaë Terbuniae zupani filium, eumque honoris ergo principem appellavit, et ut sui iuris esset effecit[68]. Atque ex illo Phalimeres[69] natus est, ex quo Tzutzemeres[70]. Terbuniae vero principes semper Serbliae principi parebant. Terbunia vero lingua Sclavorum locum munitûm significat, quandoquidem multae in ea munitiones sunt[71]. Estque sub ea alia adhuc regio, quae Canale[72] nuncupatur. Canale vero viam plaustri Sclavorum idiomate significat[73]; nam propter loci planitiem servitutes omnes plaustris praestant.**

Habet autem tam Terbunia quam Canale oppida, quae habitantur: Terbuniam[74], Hormum[75], Rhisena[76], Lucabete[77] et Zetlebe[78].

Ibid. c. 34, p. 161—2 ed. Bonn.

Περὶ τῶν Διοκλητιανῶν, καὶ ἧς νῦν οἰκοῦσι χώρας. Ὅτι ἡ Διοκλήας χώρα καὶ αὐτὴ πρότερον πα-

De Diocletianis, et ea, quam nunc incolunt regione. Etiam Dioclea regio primitus occupata

ρὰ τῶν Ῥωμάνων ἐκρατεῖτο, οὓς ἀπὸ Ῥώμης μετῴκισεν ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανός, καθὼς καὶ εἰς τὴν περὶ τῶν Χρωβάτων ἱστορίαν εἴρηται. ὑπὸ δὲ τὸν βασιλέα Ῥωμαίων ὑπῆρχε. παρὰ δὲ τῶν Ἀβάρων καὶ αὕτη ἡ χώρα αἰχμαλωτισθεῖσα ἠρήμωται, καὶ πάλιν ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἐνῳκίσθη, καθὼς καὶ ἡ Χρωβατία καὶ ἡ Σερβλία καὶ ἡ τῶν Ζαχλούμων καὶ ἡ Τερβουνία καὶ τοῦ Καναλῆ. Διόκληα δὲ ὀνομάζεται ἀπὸ τοῦ ἐν τῇ τοιαύτῃ χώρᾳ κάστρου, ὅπερ ἔκτισεν ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανός· νυνὶ δὲ ἐστιν ἐρημόκαστρον, μέχρι τοῦ νῦν ὀνομαζόμενον Διόκληα. Ὅτι ἐν τῇ χώρᾳ Διοκλείας εἰσὶ μεγάλα κάστρα οἰκούμενα, τὸ Γράδεται[79], τὸ Νουγράδε[80], τὸ Λοντοδόκλα[81].

erat a Romanis, quos illuc Roma transtulerat Diocletianus imperator; quemadmodum et in Chrobatorum historia dictum est.; et Romanorum imperatori erat subiecta. Sed ab Avaribus haec quoque regio subiugata ac vastata fuit; et sub Heraclii imperatoris temporibus habitari iterum coepit, quemadmodum Chrobatia, Serblia, Zachlumorum terra, Terbunia et Canale. Dioclea autem nuncupata est illa regio ab urbe ibi condita a Diocletiano imperatore, quae nunc habitatoribus vacua in hodiernum usque diem Dioclea appellatur. Suntque in ea regione urbes habitatae magnae: Gradetae[79], Nov(i)grade[80] et Lontodocla[81].

Ibid. c. 35, p. 162 ed. Bonn.

Περὶ τῶν *Παγανῶν* καὶ *Ἀρεντανῶν* καλουμένων, καὶ ἧς νῦν οἰκοῦσι χώρας. Ὅτι ἡ χώρα εἰς ἣν νῦν οἰκοῦσιν οἱ Παγανοὶ καὶ αὕτη πρότερον παρὰ τῶν Ῥωμαίων ἐκρατεῖτο, οὓς ἀπὸ Ῥώμης ὁ βασιλεὺς Διοκλητιανὸς μετοικίσας ἐν Δελματίᾳ ἐνῴκισεν. οἱ δὲ αὐτοὶ Παγανοὶ ἀπὸ τῶν ἀβαπτίστων Σέρβλων κατάγονται, ἐξ ἐκείνου τοῦ ἄρχοντος τοῦ πρὸς τὸν βασιλέα Ἡράκλειον προσφυγόντος. παρὰ δὲ τῶν Ἀβάρων καὶ αὕτη ἡ χώρα αἰχμαλωτισθεῖσα ἠρήμωται, καὶ πάλιν ἐπὶ Ἡρακλείου τοῦ βασιλέως ἐνῳκίσθη. Παγανοὶ δὲ καλοῦνται διὰ τὸ μὴ καταδέξασθαι αὐτοὺς τῷ τότε καιρῷ βαπτισθῆναι ὅτε καὶ πάντες οἱ Σέρβλοι ἐβαπτίσθησαν· καὶ γὰρ Πα-

De *Paganis* qui et *Arentani* appellantur, et de ea, quam nunc habitant, regione. Regio etiam illa, quam nunc Pagani incolunt, primitus a Romanis tenebatur, quibus Roma deductis imperator Diocletianus in Dalmatia sedes assignavit. Et oriundi sunt et ipsi Pagani a Serblis non baptizatis, ab eo scilicet principe, qui ad Heraclium imperatorem confugit. Capta vero itidem ab Avaribus et vastata haec regio, sub Heraclio imperatore rursum incolis frequentari coepit. Pagani autem dicuntur, quod baptismum non accepissent eo tempore, quo Serbli omnes baptizati erant; ete-

γανοὶ τῇ τῶν Σκλάβων διαλέκτῳ ἀβάπτιστοι ἑρμηνεύονται. τῇ τῶν Ῥωμαίων δὲ διαλέκτῳ ἡ χώρα αὐτῶν Ἀρέντα καλεῖται, ἐξ οὗ κἀκεῖνοι παρὰ τῶν αὐτῶν Ῥωμαίων Ἀρεντάνοι καλοῦνται.

Ὅτι ἐν Παγανίᾳ εἰσὶ κάστρα οἰκούμενα τὸ Μόκρον, τὸ Βερούλλια[82], τὸ Ὄστρωκ[83] καὶ ἡ Λαβίνετζα[84]. κρατοῦσι δὲ καὶ ταύτας τὰς νήσους. νῆσος μεγάλη ἡ Κούρκρα ἤτοι τὸ Κίκερ, ἐν ᾗ ἔστι καὶ κάστρον[85]. νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὰ Μέλετα ἤτοι τὸ Μαλοζεάται, ἣν ἐν ταῖς πράξεσι τῶν ἀποστόλων ὁ ἅγιος Λούκας μέμνηται, Μελίτην ταύτην προσαγορεύων· ἐν ᾗ καὶ ἔχις τὸν ἅγιον Παῦλον ἀπὸ τοῦ δακτύλου προσήψατο, ἣν καὶ τῷ πυρὶ ὁ ἅγιος Παῦλος κατέφλεξε. νῆσος ἑτέρα μεγάλη τὸ Φάρα. νῆσος ἑτέρα μεγάλη ὁ Βράτζης[86]. εἰσὶ δὲ καὶ ἕτεραι νῆσοι αἱ μὴ κρατούμεναι παρὰ τῶν αὐτῶν Παγανῶν, νῆσος τὰ Χόαρα[87], νῆσος Ἴης[88], νῆσος τὸ Λάστοβον[89].

nim Pagani Sclavorum lingua baptismi expertes dicuntur. Romanorum vero dialecto regio eorum Arenta nuncupatur, unde ipsi a Romanis Arentani appellantur.

Habet Pagania urbes habitatas: Mocrum, Berullia[82], Ostroc[83] et Labinetza[84]. Possident item Arentani insulas: insula magna quae Curcra sive Cicer dicitur, in qua habetur et urbs[85]; altera insula magna quae Meleta sive Malozeatae, cuius in Actis Apostolorum s. Lucas meminit. Melitem eam appellans, ubi et vipera divi Pauli digitum mordens ab eo excussa igne conflagravit; insula altera magna, quae Phara dicitur. Insula alia magna Bratzes[86]. Sed et aliae praeterea insulae sunt, quae ad Paganos non pertinent: insula Choara[87], insula Ies[88], et insula Lastobon[89].

Ibid. c. 36, p. 163—4 ed. Bonn.

Descriptio haec concernit Chroatiam eique conterminas regiones aetat Constantini, praeprimis tempore, quo praefatum opus (a. 949—952) exaraverat.

Occidentales Chroatiae limites attingit Constantinus binis vicibus: ubi nimirum dicit extendi illam „versus mare ad Istriae usque confinia sive Albunum urbem, versus montana aliquatenus etiam supra Istriae thema" (v. supr. p. 406.); ubi item Franciam scribit sitam esse „mediam inter Chrobatiam et Venetiam" (v. p. 397) Quare Constantino Istria et Francia sunt conterminae Chroatiae ad occidentem regiones. Istria reapse hoc etiam tempore ut propria marcha a proprio marchione gubernabatur, quod munus a. 933, teste pacto iustinopolitano (Tafel et Thomas: Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig I, 10—16), Wintherius sub Hugonis regis Italiae supremo dominio gessit. Marcha haec paulo post (a. 952) ab Italia avulsa, atque iterum germanico imperio restituta, eiusque ducatui baioarico adnexa (W. Giesebrecht: Geschichte der deutschen Kaiserzeit. 4. Aufl. I,

390), praeter Istriam etiam meridionalem et orientalem Carnioliae partem complectebatur, residua ut propria marcha „vulgari vocabulo Chreine (Krajna)" existente, gubernata aeque a proprio marchione, quod munus paulo post (a. 974) Poppo gessit (V. diploma Ottonis II. Meichelbeck: Hist. Frising. P. I, 1 p. 180. Monumenta Boica XXXI a, 220. Zahn: Cod. Frising. Wien 1870. S. 36, 38). Marchae „Chreinae" ex altera superioris Savi ripa contermina erat marcha Carentana, suis praeprimis comitatibus Sovina (Souna) et Zitilinesfeld (documenta ap. Felicetti: Steiermark im Zeitraume von VIII bis XII Jahrh. Beiträge zur Kunde steiermärkischer Geschichtsquellen. Jahrg. IX. S. 38 folg. Jahrg. X, S. 98 folg. Graz 1872, 1873). Quum a. 976 Carinthia a Baioaria avulsa et in proprium ducatum (Charentariche, regnum Carantanorum) evecta esset (Giesebrecht op. cit. p. 576 ss. M. Büdinger: Oesterr. Geschichte I, 270 folg.), coaluit eadem non modo e Carentana et Chreina marchis verum etiam ex Istria (Gfrörer: Byzantinische Geschichten I, 344). V. Dr. Spruner's Handatlas für die Geschichte des Mittealters und der neueren Zeit. 3 Aufl. nr. 30, 36, 37. Documentis itaque germanicis verba illa Constantini de occidentalibus Chroatiae terminis illustrari oportet.

4.

Chroatia Hungarorum terrae etiam contermina.

Ἐν αὐτῷ δὲ τῳ τόπῳ παλαιὰ τινα ἔστι γνωρίσματα· καὶ πρῶτον μὲν ἐστιν ἡ τοῦ βασιλέως Τραϊανοῦ γέφυρα[90] κατὰ τὴν τῆς Τουρκίας ἀρχὴν, ἔπειτα δὲ καὶ Βελάγραδα[91] ἀπὸ τριῶν ἡμερῶν τῆς αὐτῆς γεφύρας, ἐν ᾗ καὶ ὁ πύργος ἐστὶ τοῦ ἁγίου καὶ μεγάλου Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως· καὶ πάλιν κατὰ τὴν τοῦ ποταμοῦ[92] ἐκδρομὴν ἐστὶ τὸ Σέρμιον ἐκεῖνο τὸ λεγόμενον, ἀπὸ τῆς Βελεγράδας ὁδὸν ἔχον ἡμερῶν δύο, καὶ ἀπὸ τῶν ἐκεῖσε ἡ μεγάλη Μοραβία ἡ ἀβάπτιστος, ἣν καὶ ἐξήλειψαν οἱ Τοῦρκοι, ἧς ἦρχε τὸ πρότερον ὁ Σφενδοπλόκος. ταῦτα μὲν τὰ κατὰ τὸν Ἴστρον ποταμὸν γνωρίσματα τε καὶ ἐπωνυμίαι· τὰ δὲ ἀνώτερα τούτων, ἐν ᾧ ἐστὶν ἡ πᾶσα τῆς Τουρκίας κατασκήνωσις, ἀρτίως ὀνομάζουσι κατὰ τὰς τῶν ἐκεῖσε ῥε-

In hoc autem loco antiqua quaedam monimenta supersunt, inter quae pons Trajani[90] imperatoris ad initia Turciae, et Belgrada[91], quae trium dierum itinere ab ipso ponte distat, ubi turris est sancti ac magni Constantini imperatoris; et rursus ad cursum fluminis[92] extat Sirmium, quod Belgrada abest duorum dierum itinere; inde magna Moravia baptismo carens, quam Turcae devastarunt, cuiusque princeps olim fuit Sphendoplocus. Atque haec quidem iuxta Istrum flumen monumenta sunt et cognomina. Ulteriora, quae omnia a Turcis habitantur, cognomina nunc habent a fluminibus transcurrentibus: eorum primum Timeses[93] est, alterum Tutes, tertium Moreses[94],

όντων ποταμῶν ἐπωνυμίας· οἱ δὲ ποταμοί εἰσιν οὗτοι, ποταμὸς πρῶτος ὁ Τιμήσης[93], ποταμός δεύτερος Τούτης, ποταμός τρίτος ὁ Μορήσες[94], τέταρτος ὁ Κρισος[95], καὶ πάλιν ἕτερος ποταμὸς ἡ Τίτζα[96]. πλησιάζουσι δὲ τοῖς Τούρκοις πρὸς μὲν τὸ ἀνατολικὸν μέρος οἱ Βούλγαροι, ἐν ᾧ καὶ διαχωρίζει αὐτοὺς ὁ Ἴστρος ὁ καὶ Δανούβιος λεγόμενος ποταμός, πρὸς δὲ τὸ βόρειον οἱ Πατζινακῖται, πρὸς δὲ τὸ δυτικώτερον οἱ Φράγγοι, πρὸς δὲ τὸ μεσημβρινὸν οἱ Χρώβατοι.

quartum Crisus[95], quintum Titza[96]. Confines autem Turcis sunt orientem versus Bulgari, ubi eos Ister fluvius qui et Danubius dicitur, separat; septentrionem versus Patzinacitae; ad occidentem Franci; ad meridiem Chrobati.

Ibid. c. 40, p. 173—4 ed. Bonn.

Ἰστέον ὅτι ἀπὸ Θεσσαλονίκης μέχρι τοῦ ποταμοῦ Δανούβεως, ἐν ᾧ τὸ κάστρον ἐστὶ τὸ Βελέγραδα ἐπονομαζόμενον, ἔστιν ὁδὸς ἡμερῶν ὀκτώ, εἰ καὶ μὴ διὰ τάχους τις ἀλλὰ μετὰ ἀναπαύσεως πορεύηται. καὶ κατοικοῦσι μὲν οἱ Τοῦρκοι πέραθεν τοῦ Δανούβεως ποταμοῦ εἰς τὴν τῆς Μοραβίας γῆν, ἀλλὰ καὶ ἔνθεν μέσον τοῦ Δανούβεως καὶ τοῦ Σάβα ποταμοῦ· ἀπὸ δὲ κάτωθεν τῶν μερῶν Δανούβεως ποταμοῦ τῆς Δίστρας[97] ἀντίπερα ἡ Πατζινακία παρέρχεται, καὶ κατακρατεῖ ἡ κατοικία αὐτῶν μέχρι τοῦ Σάρκελ[98] τοῦ τῶν Χαζάρων κάστρου.

A Thessalonica usque ad Danubium flumen, in quo urbs Belegrada, octo dierum iter est, si quis non festinanter sed interquiescens proficiscatur. Et habitant quidem trans Danubium flumen Turcae in terra Moravia, atque etiam ulterius Danubium et Savam fluvios. Ab inferioribus vero partibus Danubii ex opposito Distrae[97] procurrit Patzinacia[98], eaque extenditur ad Sarcel[99] usque, quod Chazarorum oppidum est.

Ibid. c. 42, p. 177 ed. Bonn.

Ὅτι τοῖς Τούρκοις τὰ τοιαῦτα ἔθνη παράκεινται, πρὸς μὲν τὸ δυτικώτερον μέρος αὐτῶν ἡ Φραγγία, πρὸς δὲ τὸ βορειότερον οἱ Πατζινακῖται, καὶ πρὸς τὸ μεσημβρινὸν μέρος ἡ μεγάλη Μοραβία ἤτοι ἡ χώρα τοῦ Σφενδοπλόκου, ἥτις καὶ παντελῶς ἠφανίσθη παρὰ τῶν τοιούτων

Turcis hae gentes conterminae sunt: ad occidentem Francia, ad septentrionem Patzinacitae, ad meridiem magna Moravia sive Sphendoploci regio, quae omnino a Turcis vastata est et ab ipsis iam obtinetur; Chrobati vero ad montes Turcis adiacent.

Τούρκων καὶ παρ' αὐτῶν κατεσχέθη. οἱ δὲ Χρωβάτοι πρὸς τὰ ὄρη τοῖς Τούρκοις παράκεινται.

Ibid. c. 13, p. 81 ed. Bonn.

[1] Cf. iupano Cleunae, comitis Cleunensis. Acta nr. 12, 88. tota Cleuna. Cod. dipl. CSD. II, 131. iupa in dioecesi spalatensi. Quoad formam **Хлѣвьно**, nunc Livno in Bosna, **хлѣвьньскыи**. Daničić rječnik, ad. h. v. Secundum Šafařik slov. starož. 676 ζουπανία ἡ Χλεβίανα ad **Хлѣвьно** in vicina Bosna quaerenda est. [2] Cf. acta nr. 124 p. 149 „iupanum Centene (Τζέντενα)", alias Cetina, ad eiusdem nominis fluvium. [3] Cf. Imot-ski, Imoski locus et districtus in Dalmatia. [4] Itin. Antonin p. 269: Silviae XVIII Pelva XVII Aequo. Colonia Claudia Aequum sita erat ad Čitluk prope Sinj (Corpus inscript. lat. III, 1 p. 360), Silvia vel melius Selvia, Ptolom. II, 15 Σαλούια, ad Glamoč in Bosnia. (Tomašek: Miscellen aus der alten Geographie. Oesterr. Gymn. Zeitschrift 1874, S. 652). „Pelva könnte man in der župa Pleva, ζουπανία ἡ Πλέβα erblicken; freilich wird diese gewöhnlich viel nördlicher, an den Fluss Pliva, angesetzt". (Tomašek ibid.) Šafařik slov. starožit loc. cit. [5] Šafařik cogitat de monte Vezenta ad Jajce in Bosna; mihi ἡ Πεσέντα cum parochia (župania) Pset in tiniensi dioecesi, cuius concilium a. 1185 meninit (Cod. dipl. CSD. II, 131), convenire videtur. Acti sub nro 71, p. 93 „Miroslaus psacensis comes" forsitan mendum est, corrigendumque „psetensis". Πεσέντα slav. **Пьсата** (cf. Cetina, Centena), P(e)set, respondere videtur. V. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 516. [6] i. e. župania ad mare. Cf. Jacobus (iupanus) morsticus, i. e. morscicus, morski. Acta nr. 124. [7] a Bribir, nunc pago in scardonensi communi. V. acta nr. 55, 73 „Budeç berberisticus iupanus"; nr. 61, 83: „breberscicus" (Βρεβέρα). [8] a civitate Nona nomen habens. Acta nr. 29, 38: Bolemir iupanus nonensis" etc. [9] a civitate Teneno (Knin) nomen habens Acta 119. [10] Jurana iuppano de Sydraga. Acta 40. Mutimir sidra.ci-cus. ibid. 61. Sidraga a. 1185 (cod. dipl. II, 130) in traguriensi dioecesi [11] Šafařik loc. cit Ninam a Nona distinguendo, priorem in Strabonis (Geograph. lib. VII, c 5) „Νινία" cernens, collocat eandem ad Tedanium (Zermanja) fluvium Verum Strabonis Νινία vix diversa est a Plinii Aenona, Ptolomaei Αἴνωνα; quare mallem in Constantini Νίνα supponere mendum pro Σμίνα i. e. župania Smina, cuius quidem territorii in spalatensi dioecesi mentio fit in diplomate Svinimiri a. 1083. Acta 114, cf. 98. [12] Puto pro Κρίβαύαν i. e. **Крьбава**. V. „Desimiri (iupani) corbauistici". Acta 99 [13] Acta nr. 67. „uippa Licche". [14] V. p. 321. **Гатьско**, Gatsko. De župis in Chroatia usque ad finem saec. XI vide Rad XXV, 31—52. [15] V. Acta nr. 40 „in civitate Belgrado". [16] Legi potest Beličin et Veličin. Cf. Biočić, Bjelčić, in dern šiensi, Biljane in scardonensi, Velić in sinjensi districtu. Šafařik reflectit ad Bjelina in agro Bukovica. [17] Romanorum Scardona, Strabonis Σκάρδων, croat. Skradin. Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 841. [18] **Хлѣвьно** v. supra nota 1. [19] Cf. stlъpъ Miklošić: die slav. Ortsnamen aus Appellativen nr. 621. Stilbiza et Stilpiza, Stьlpica. Acta nr. 111, 140 p. 131. 179 Cod. dipl. CSD. I, 212. Plinii (Hist. nat. III, 21) „Stulpini" et Ptolomaei (Geograph II, 17) „Stlupi" Liburnorum civitas mediterranea erat. [20] loco Κόρι-νιον (Ptolom. loc. cit.), Corinium, nunc Karin. [21] V. ecclesia s. Petri de Clobuco. Acta nr. 98, p. 114. 116. Šafařik de Glamoč in

contigua Hercegovina cogitat, quod vix verisimile esse videtur. [22] V. supr. p. 278 ss. [23] V. supr. nr. 169 [24] Τραγύριον, Τραγούριον. Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 841. [25] Insula Bua innui videtur. [26] slav. Kotor. [27] Ἰάδερα, Jadera, Zadar. Forbiger III, 840. [28] dein s. Donato, episcopo Jaderae, dicatum. V. Eitelberger: Die mittelalterlichen Kunstdenkmale Dalmatiens: Jahrbuch der k. Central-Commission. Wien 1861. Bd. V. S. 160—5. [29] Nunc Vergada. V. Acta nr. 134, p. 176. [30] Vox corrupta, Cf. Kakan, Kerknata, insulae in districtu iadertino. [31] Lucio: „de regn. Dalm. et Croat. lib. I, c. 14. p. 48 „nunc Sale", mihi Πιζὺχ corruptum esse videtur pro Γιζὺχ, Plinii (hist. nat. III, 21) Gissa, nunc Ero, slav. Již, Iz in districtu iadertino. [32] Etiamnum Selve, slav. Željva. [33] Scarda, Skarda. [34] nunc Olib, Ulbo in districtu iadertino. [35] Scardizza, Skardica, insulae Pagi ad occidentem. [36] Insulam Premudam subintelligi puto. [37] Melada, slav. Mulat in districtu iaderensi, distincta a Μέλετα Narentanorum, de qua vide infra 3. p. 401. [38] Forsitan pro Σεστρουνήζ i. e. Σεστρουν-νησίον, insula Sestrun, insula a Melada parum remota. [39] Дноклитна Serbicorum monumentorum medii aevi V. Daničić rječnik ad h. v. [40] i e. Lissus, slav. Лѣшь (Daničić ibid. ad. h. v.), ital Alessio (cf. Ἐλισσόν), urbs ad Drilonem (Drin) infra Scodram. [41] Ulkin, slav. Льцинь (Daničić ibid. ad h. v), ital. Dulcigno, olim Olcinium, urbs maritima intra Antibarium et Bojanam (Barbanam) fluvium. [42] Antivari, slav. Bar. [43] Травоуниа Serbicorum monumentorum. V. Daničić ad h. v. [44] Захльмина Serbicorum monumentorum. V. Daničić ibid. ad h. v. [45] i. e. ὁ Νάρων, Naro, Nar, Narenta, slav. Neretva. [46] Cf. Const. porph. de adm. imp. c. 29, p. 128. (v. supra p. 371): „Ἀρεντανοὶ καὶ οἱ Παγανοὶ". Παγανοὶ dicti a slav. поганинь, gentilis. [47] Županija Rastočka, lacus Rastok prope Vrgorac in Dalmacia. Šafařik slov. starožitn. p. 656. Rastok ap. Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 525. [48] Cf. Ravenatis cosmogr. „Mucru", Procopii „Μουίκουρον", Joannis diac. „Muculus" (pro „Mucures") v. supr. nr 188, p. 374—5. Concilium salonit. a. 532 (Farlati II, 173) „in Muccuro", „Stephanus episcopus Murcorensis", „Muccuritanus episcopus". Nunc Makar-ska, olim Mokro. [49] Sub Δαλέν Šafařik loc. cit. veterum Δαλμίνιον, Dalminium, etiam Δάλμιον intelligit, in Дльмно, Duvno, in Hercegovina quaerendum esse opinatur. Opinionem hanc defendit recentissime W. Tomaschek (Miscellen aus der alten Geographie. Oesterr. Gymn. Zeitschrift 1874, p, 649—652) contra Mommsenium, qui (Corp. inscript. lat. III, 1 p. 358) Dalminium supra collem Gardun ad locum Trilj penes fl. Cetinam situm fuisse putat. Ast quaeritur, num Constantini Δαλέν veterum Dalminium denotet. Bandurio Δαλέν eadem fortasse urbs est, quae „Dalluntum" Antonini itinerarii. [50] i. e. Meleta (slav. Mljet, Melita, Μελίτη), Κορκύρα, Corcyra (Corzula, Korčula, Karkar), Brattia (Brač) et Pharia (Hvar). [51] Albona, slav. Labin. [52] Šafařikio slov. starož. p. 651 Desnica, urbs ignota in inferiori. fl. Drinae regione. [53] Šafařikio ibid. Černabuča Cf. Bielabuča in Bosnia, Боучиќ pagus prope Dečani in antiqua Serbia (Daničić rječnik ad h. v.) [54] Šafařikio loc. cit. Megjurieč, quacum vult conferri eiusdem nominis pagum in districtu jagodinensi in Serbia. Tomaschek (op. cit. p 657) „municipium MAC(uretes)" cum Constantini oppido „Μεγυρέτους" confert, atque in rec nctum fluvii Megjurieč, qui influit in Moravam, collocat, et ad Požegam urbem in Serbia situm fuisse putat. [55] Šafařikio

loc. sit Drežnik, forsitan in districtu užicensi in Serbia. Cum Constantini Δρεσνεήκ conferri potest „село Дрьсиникь prope Peć (Ipek) in veteri Serbia (Daničić rječnik ad h. v.), item Дрѣжьникъ ap. Novaković: srpski pomenici p 132. [56] Šafařikio op. cit. p. 652 Lesnik, nunc Lješnica in Serbia. Cf. Лѣшьник, pagus in recinctu prizrenensi in veteri Serbia. Glasnik XV, 270. [57] Šafařikio loc. cit. Soli in Bosnia (turc. Tuzla), unde regio „Соли“ (Daničić rječnik ad h. v.) nomen accepit. Σαλήνές Salinis, ad Salinas (Tomaschek op. cit. p. 658) [58] Βόσωνα (apud Cinnamum historiar. III, 7 p. 104 ed. Bonn Βόσθνα) i. e. Босна, etiam Босана loco Босьна (Daničić rječnik ad h. v.). regio, quam eiusdem nominis fluvius irrigat. [59] Šafařikio loc. cit. Kotorsko, Kotorica ad fl. Bosnam in eiusdem fluxu inferiori; adest quoque Kotor ad fl. Vrbanja cum ruderibus (Jukić: zemljopis i poviest Bosne p 25), item rudera urbis Kotor ad fl. Bosnam non procul a Vrbbosna in districtu Sarajevensi (ibid. p. 32), ubi Constantini τὸ Κάτερα situm fuisse opinor. [60] Šafařikio loc. cit. Desnik, modo Dešanj, etiam Tešanj, urbs a fl. Usora in Bosnam influente non multum remota. [61] хльмь collis, хльмьска земля loco Захльмия (v. Daničić rječnik ad h. v.); mons Hum in districtu blagajensi in Hercegovina (Jukić op. cit. p. 53). [62] Cf. Buna, nunc pagus ad huius nominis fluvium, et ipsius cum Narenta confluxum. [63] nunc Stagno, Ston ad ostium peninsulae Sabioncello (Pelješac). [64] Quoad formam Мокрьско (Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 355). [65] Šafařikio „Oslje“, pagus ad orientalem Stagni plagam; ibidem „Ошлѥ“ in acto a. 1399 (Miklošić mon. serb. p. 234). [66] Šafařikio loc. cit. corruptum ex Glumnica; verum cf. Глиньник Daničić rječnik ad h. v. [67] Quoad formam Дьбрьско, Дьбрьскъ (Miklošić: Die slav. Ortsnamen aus Appellat. nr. 95, Дьбрь vallis, torrens). Šafařikio Dabar, pagus prope Ljubinje in Hercegovina. S. Sabas fundavit episcopatum „въ Дьбрѣ“ in Chulmia. Daničić rječnik ad v. Дьбрь. [68] V. supr. p. 359. [69] Cf. Fala = hvala, Hvalimir. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 421. [70] Cucemêr, puto Cvêtimir ibid. nr. 438. [71] De vocis etymologia v. Šafařik slov. starož. p. 659. [72] Ital. Canali, slov. Конавли et Конавлѥ (Daničić rječnik ad h v.), župa infra Ragusam veterem [73] V. Šafařik loc. cit. [74] i. e. Трѣбинѣ, Trebinje urbs in Hercegovina. [75] Presb. Diocl. c 24, p. 293 (ed. Lucii) Vrmo in Tribunia, nunc Urmo. [76] Veterum Ῥιζάνα, Rhizinium, nunc Risano, Risan, urbs ad sinum rhizonicum (Bocca di Cattaro). [77] Puto in locum Λουκαβετζ i. e Lukavec, Lukovec. Miklošić op. cit. nr. 289. [78] C(v)etlivo vel Cetolibo. Miklošič ibid. nr. 347, 349. [79] Cf. Gradac in Monte nigro (Crnagora). [80] rectius Νούιγράδε, Novigrad. [81] Secundum Šafařikium slov. starož. p. 660 scribendum legendumque esset: τὸ Λόντο, τὸ Δοκλα i. e. κάστρον Lonto et κάστρον Δ(ε)οκλα; priorique respondere putat locum Lunta, Linda, Scodrae ex orientali plaga. An potius conferenda non est Ljuta, pagus intra Perastum et Dobrotam? Urbs Dioclea adducitur adhuc saec. XII. Joh. Cinnam Histor. V, 11. p. 249. [82] Nunc Vrulja, inter Almisium et Macarscam (Mocrum) [83] nunc Za-Ostrog, pagus in districtu macarscensi, communi drvenikensi in Dalmatia. [84] Secundum Fortis (Šafařik slov. starožit. p. 656) ad litus maris supra Narentae ostium prope Gradac, ubi nunc rudera visuntur. [85] eiusdem scilicet nominis, Korčula. [86] v. supra nota 50. [87] Dümmler: über die älteste Geschichte der Slaven in Dalmatien p. 27: „τά Χόαρα, das sonst nicht genannt wird, passt

am besten auf die Insel, quae vocatur Caza, das heutige Caza zwischen Lissa und Lagosta". Forsitan legebatur Χόαζα i. e. Χάζα, Caza. [88] Ἴσσα, Isia veterum (Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 845). ital. Lissa, slav. Vis. [89] slav. Lastovo, ital. Lagosta. [90] Inter Turnu-Severin et Kladovo. Rössler: Romänische Studien. S. 41—42. [91] Belgrad, Beograd, metropolis Serbiae. [92] i. e. Savi. [93] i. e. Temes. [94] Maros. [95] Körös. [96] Tissa, Tibiscus. [97] Theophyl. hist. I, 8. VI, 6: „Δορύστολον ἡ νῦν Δίστρα", Δριστρα slav. Дрѣстра, Silistria. [98] Patzinacitarum regio protendebatur a ponte Trajani ad laevam Danubii ripam. [99] Urbs Sar-kel i e. ἄσπρον ὀσπίτιον iacebat ad ostium Tanais (Don). Šafařik slov. starožitn. p. 494.

206.

Formulae inscriptionis in litteris ad principes Chroatiae vicinarumque slavicarum regionum, usitatae in cancellaria imperialis aulae byzantinae.

Τὰ ἄκτα τῶν εἰς τοὺς ἐθνικοὺς γενομένων ἐπιγραφῶν..... Εἰς τὸν ἄρχοντα Χρωβατίας· εἰς τὸν ἄρχοντα Σέρβλων· εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν Ζαχλούμων· εἰς τὸν ἄρχοντα τοῦ Καυάλη[1]· εἰς τὸν ἄρχοντα τῶν Τραβούνων· εἰς τὸν ἄρχοντα Διοκλείας· εἰς τὸν ἄρχοντα Μωραβίας[2]. ἐπιγραφὴ εἰς αὐτούς· „Κέλευσις[3] ἐκ τῶν φιλοχρίστων δεσποτῶν πρὸς τὸν ὁ δεῖνα τὸν ἄρχοντα τῆσδε". βούλα χρυσῆ δισολδία[4].

Formulae inscriptionum in litteris ad exteros.... Ad archontem Chrobatiae, ad archontem Serblorum, ad archontem Zachlumorum, ad archontem Canali[1], ad archontem Travunorum, ad archontem Diocleae, ad archontem Moraviae[2] sic scribitur: „Mandatum[3] a philochristis despotis (Constantino et Romano) ad illum archontem illius provinciae. Ad hos bulla aurea est bisoldia[4].

Constantini porphyr. de cerimoniis aulae byzantinae lib. II, c. 48. ed. Bonn. p. 691.

[1] Quum „Κανάλη" alio loco, c. 34 p. 161 (v. p. 408), non ut regis independens sed ut ab archonte Terbuniae dependens adducatur, locus hic corruptus atque „ad archontem" perperam additum esse videtur. Legendum itaque est: τῶν Ζαχλούμων καὶ τοῦ Κανάλη. [2] i. e. χώρα τῆς Μοραβίας, de qua c 41, p. 175 agit; non autem bulgarica Moravia, uti Šafařik opinatur: slov. starožit. p. 618. [3] Dependentiam ab imperio denotat. Krause: Die Byzantiner des Mittelalters. S. 260. [4] Reiskii comentarii p. 805: „quae haberet appensam bullam h. e. capsulam rotundam auream cum cera eique impressa imperatoris imagine, cuius bullae aurum aequaret pretium et pondus unius 2, 3, 4 solidorum aureorum".

207.

Chroatiae et Serbiae albae situs dimidio saec. X.

Οἱ δὲ Χρωβάτοι κατῴκουν τηνικαῦτα[1] ἐκεῖθεν Βαγιβαρείας[2], ἔνθα εἰσὶν ἀρτίως οἱ Βελοχρωβάτοι.

Οἱ δὲ λοιποὶ Χρωβάτοι ἔμειναν πρὸς Φραγγίαν, καὶ λέγονται ἀρτίως Βελοχρωβάτοι ἤγουν ἄσπροι Χρωβάτοι[3], ἔχοντες τὸν ἴδιον ἄρχοντα· ὑπόκεινται δὲ Ὤτῳ τῷ μεγάλῳ ῥηγὶ Φραγγίας τῆς καὶ Σαξίας, καὶ ἀβάπτιστοι τυγχάνουσι, συμπενθερίας μετὰ τοὺς Τούρκους καὶ ἀγάπας ἔχοντες.

Ὅτι οἱ Χρωβάτοι οἱ εἰς τὰ Δελματίας νῦν κατοικοῦντες μέρη ἀπὸ τῶν ἀβαπτίστων Χρωβάτων καὶ τῶν ἄσπρων ἐπονομαζομένων κατάγονται, οἵτινες Τουρκίας μὲν ἐκεῖθεν Φραγγίας δὲ πλησίον κατοικοῦσι, καὶ συνοροῦσι Σκλάβοις τοῖς ἀβαπτίστοις Σέρβλοις.

Ὅτι ἡ μεγάλη Χρωβατία καὶ ἡ ἄσπρη ἐπονομαζομένη ἀβάπτιστος τυγχάνει μέχρι τῆς σήμερον, καθὼς καὶ οἱ πλησιάζοντες αὐτὴν Σέρβλοι. ὀλιγώτερον καβαλλαρικὸν ἐκβάλλουσιν, ὁμοίως καὶ πεζικὸν παρὰ τὴν βαπτισμένην Χρωβατίαν ὡς συνεχέστερον πραιδευόμενοι παρά τε τῶν Φράγγων καὶ Τούρκων καὶ Πατζινακιτῶν. ἀλλ᾽ οὐδὲ σαγήνας κέκτηνται οὔτε κονδούρας οὔτε ἐμπορευτικὰ πλοῖα, ὡς μήκοθεν οὔσης τῆς θαλάσσης· ἀπὸ γὰρ τῶν ἐκεῖσε μέχρι τῆς θαλάσσης ὁδός ἐστιν ἡμερῶν λ΄. ἡ δὲ θάλασσα εἰς ἣν διὰ τῶν ἡμερῶν λ· κατέρχονται, ἐστὶν ἡ λεγομένη Σκοτεινή.

Ἰστέον ὅτι οἱ Σέρβλοι ἀπὸ τῶν

Chrobati vero tunc[1] habitabant ultra Bagibaream[2], ubi nunc sunt Belochrobati.

Caeteri vero Chrobati versus Franciam commorabantur, et appellantur hodie Belochrobati sive Chrobati albi[3], qui proprio principi subiecti sunt; parent autem Ottoni magno regi Franciae, quae et Saxonia; baptismique expertes affinitatem cum Turcis et amicitiam contrahunt.

Chrobati, qui Dalmatiae partes nunc inhabitant, a Chrobatis baptismi expertibus, qui et albi appellantur originem ducunt, qui sane ultra Turciam prope Franciam incolunt et Sclavis contermini sunt, non baptizatis Serblis.

Magna autem Chrobatia, quae etiam alba cognominatur, in hodiernum usque diem sine baptismo est, quemadmodum et finitimi Serbli. Equitem peditemque non habet tam numerosum quam baptizata Chrobatia; quippe frequentibus incursionibus infestata Francorum, Turcarum, Patzinacitarum. Neque sagenas, neque conduras item aut navigia ad mercaturam habet, utpote a mari remota, a quo quidem triginta dierum itinere distat, mare autem, a quo totidum dierum itinere distat, illud est, quod nigrum appellatur.

Sciendum est Serblos oriundos

ἀβαπτίστων Σέρβλων τῶν καὶ ἄσπρων ἐπονομαζομένων κατάγονται, τῶν τῆς Τουρκίας ἐκεῖθεν κατοικούντων εἰς τὸν παρ' αὐτοῖς Βόϊκι[4] τόπον ἐπονομαζόμενον, ἐν οἷς πλησιάζει καὶ ἡ Φραγγία, ὁμοίως καὶ ἡ μεγάλη Χρωβατία ἡ ἀβάπτιστος ἡ καὶ ἄσπρη προσαγορευομένη.

esse a Serblis non baptizatis, qui etiam albi cognominantur et ulteriora Turciae incolunt in loco ab illis Boici[4] nuncupato, cui finitima Francia est, uti et magna Chrobatia baptismi expers, quae etiam alba cognominatur.

Constantinus porph. de admin. imp. c. 30, 31, 32. p. 143—4, 147—8, 151—2. ed. Bonn.

Constantinus itaque duas Chroatias et Serbias tempore suo distinguit: unam videlicet in veteris Illyrici partibus, quam ἡ βαπτισμένη Χρωβατία, ἡ βαπτισμένη Σέρβλια, alteram vero ultra Turciam versus Franciam, quam ἡ μεγάλη καὶ ἡ ἄσπρη Χρωβατία, ἡ ἀβαπτίστη καὶ ἡ ἄσπρη Σέρβλια vocat, quamque pristinam Chroatorum et Serblorum Illyrici patriam fuisse opinatur. (v. supra p. 270—3).

De Chroatis „ἐκεῖθεν Βαγιβαρείας" et πρὸς Φραγγίαν et οἵτινες Τουρκίας lubet haec adducere testimonia, et quidem:

De Chroatis in veteri Boiohaemo: Alfredi regis (a. 871—901) relatio (Orosius p. 20. Zeuss, Die Deutschen und Nachbarstämme p. 602. Šafařik slov. starož. p. 979): „Be nordhan eastan Maroara sindon Dalamensan, and be eastan Dalamensam sindon Horithi, and be nordhan Dalomensam sindon Surpe . ." i. e. „Ad boream orientalem Moravis habitant Daleminzi, et ad orientem Daleminzis Horithi (Chor[u]iti, Choruati), et ad boream Daleminzis habitant Surpe (Surbi, Sъrbi)". Item in vita slavica s. Venceslai (Miklošić: Slavische Bibliothek II, 275. Fontes rerum bohemicarum. P. I, p. 133 Pragae 1872) legitur: „Ѹбоꙗвъши же сѧ мати его[5] смерти и бѣжа въ Хорваты . . . Болеславъ же, хотѧ ѹбити ю, и посла по неѧ ꙁлый съвѣтници, и они же шедше и не обретоша еѧ". i. e. „Timens vero mater eius mortem confugit in Chorvatos... Boleslavus autem, volens occidere eam, misit ad eam malos consiliarios; illi vero euntes non invenerunt eam". In fundationali diplomate imp. Ottonis I a. 973 (Cosmae chron. lib. II, c. 37, p. 116 ed. cit.) sic describuntur limites neoerectae dioecesis pragensis: „deinde ad aquilonalem hii sunt termini: Psovane, Chrovati et altera Chrouati[6], Slasane . ."

De Chroatis, qui trans montes carpaticos habitarunt, habentur haec in Nestoris chronico (ed. Miklošić, Bielowski: Monum. Poloniae I, 521 ss.) testimonia: „И живѧхѫ въ мирѣ Полѧне и Деревлѧне и Сѣверъ и Радимичи и Ватичи и Хръвате" (c. 9). i. e. „Et in pace vixerunt Poljani et Drevljani et Sjeverani et Radimiči et Vjatiči et Hrvati" (a. 907). Item: „Въ лѣто ҂ѕѵві. въ лѣто ҂ѕѵгі. въ лѣто ҂ѕѵді. въ лѣто ҂ѕѵєі. иде Ольгъ на Грькы, Игорѧ оставивъ въ Кыѥвѣ; поѧ же множьство Варагъ и Словѣнъ и Чюди и Кривичи и Мерѭ

и Поляны и Сѣверъ и Деревляны и Радимичи и Хрьваты и Доулѣбы и Тиверьци[7] . . . **И съ инми вьсѣми поиде Ольгъ на конѣхъ и въ кораблѣхъ, и бѣ числъмь кораблии два тысаща, и приде къ Цѣсарюгородоу** . . . (ibid. c. 21). i. e. „Anno 6412, anno 6413, anno 6414, anno 6415 (= 904—907) proficiscitur Oleg contra Graecos, relinquens Igorum Kioviae; accepit autem multitudinem Varjagorum et Slovenorum et Finnorum et Krivičorum et Merianorum et Poljanorum et Sjeveranorum et Drevljanorum et Radimičorum et Hrvatorum et Duljeborum et Tiverciorum... Et cum omnibus illis perexit Oleg super equos et in navibus, et erant naves numero duo millia, et venit ad Constantinopolim". Tandem: „**Въ лѣто ҂ѕфа. иде Володомеръ на Хрьваты. Пришьдъшю же юмоу съ воины хрьватьскыми, се Печенѣзи придоша по оной сторонѣ отъ Соулы** . . ." (ibid. c. 45). i. e. „Anno 6501 (= 993) proficiscitur Vladimirus contra Hrvatos. Cum autem e hrvatico bello reversus esset, ecce Pacinatzitae venerunt ex altera parte Sulae . . ."

[1] i. e. cum Abares Dalmatiam occuparunt. [2] Jam Šafařik (slov. starož. p. 639) et Zeuss (Die Deutschen und Nachbarstämme p. 368) non dubitarunt hic loci Baiovariam, quae etiam Bagoaria (v. supra p. 336), Baguaria etc. scribitur, denotari. Constantinus quidem loco alio (de caerem aulae byz. lib. II, p. 398) „Βαϊούρη" scribit, eiusdemque incolas „οἱ λεγόμενοι Νεμέτζιοι" (slav. **Нѣмьць**) appellat; unde apparet utramque formam nominis unius ipsi notam fuisse. Luitprandus, Hugonis regis Italiae in aula Romani et Constantini legatus, scribit etiam „Baioaria" (historia lib. II, c. 7 etc). [3] Cf. Nestoris chronicon c. 3. **Хрьвате бѣлии.** [4] Šafařik slov. starož. p. 638 nomen hoc resonare putat in Ruthenorum stirpe „Bojki" appellata, quae orientalem Galiciam a Danastri (Dněstr) scaturigine usque ad Poratam (Prut) fluvium incolit. Hic itaque etiam Constantini Βόϊκι quaerendi essent. Roesler vero novissime amplexus est sententiam, a Šafařikio reiectam, secundum quam Constantini Βόϊκι τόπος veterum Boio-haemum, Taciti Boi-hemum esset (Zeitpunkt der slav. Ansiedlung an der unteren Donau ed. cit. p. 47), quod a Ravennate cosmographo (ed. Parthey et Pinder p. 213) etiam „Boyas" scribitur. [5] i. e. Dragomira, quod a. 935 accidit, adeoque tempore Constantini porphyrogeniti. Palacky: dějiny nar. čes. I, 236—8. [6] H. Jireček (Slovanské pravo I, 58) hos Chrouatos ad Albim fluvium (Chrobati albi?) in Boiohaemo habitasse, sedesque suas usque ad Moraviae montes extendisse, atque ad eos etiam Drahomiram confugisse, ipsorumque principem praefatum Boleslavum fuisse opinatur, qui a. 946 Ottoni I obsides miserat. Palacky op. cit. I, 242. [7] Ex hac Chroatorum inter slavicas Russiae tribus locatione deducit Šafařik (slov. starož. p. 526—8), hosce Hrvatos in orientali Galiciae parte habitasse.

*

208.

Chroatorum cum Hispaniae Saracenis dimidio saec. X relationis memoria.

Epistola rabbi Hasdai, filii Isaaci . . ad Chasarorum regem (Josephum). A me, Hasdai, filio Isaaci, filii Esdrae, ex hierosolymitanis exulibus in Hispania . . Notum sit regi, domino meo, quod terrae, in qua habitamus, nomen sit hebr. Sefarad, idiomate vero Ismaëlitarum[1], incolarum terrae, Al-Andalus[2]; nomen metropolis Kurtuba[3] . . . Notum quoque facio regi, domino meo, quod nomen regis apud nos regnantis sit Abd-al-Rahman[4] ben Muhammed . . . Extensio Hispaniae, terrae Abd-al-Rahmani, emiri al-Muminin, est 16 graduum sive 1.100 miliarium. Terra haec fertilis est, abundat fluviis, scaturiginibus et canalibus; est terra frugum, vini et olei[5] . . . . Mercatores omnium regionum et remotarum insularum apud nos conveniunt[6] . . Rex noster congregat thesauros auri, argenti et rerum magni pretii, exercitus quoque eius maior est, quam sub praedecessoribus eius unquam fuerat . . . Reges terrae, audita magnitudine et potentia regis nostri, adferunt illi munera et pretiosa dona suam ipsi propensionem exhibituri: ita rex Aške-nazi[7], rex Gebalim i. e. al-Saklaborum, rex Constantiniae[8]. Manus meae recipiunt haec munera et reddunt vicissim dona . . Omnes nuncios istos, adferentes dona, interrogavi continuo de fratribus nostris Israëlitis, reliquiis exilii, an non audiverint quidpiam de eliberatione illorum, qui in servitute miseram vitam ducunt, nullamque requiem inveniunt — donec nuncii Chorasanorum certum me non reddidissent, quod haebraicum imperium, Al-Chasar nomine, existat. Initio non credidi verbis ipsorum; opinabar haec ab illis eo fine dici, ut blandiantur mihi; et admiratus sum ipsorum narationem. Mox itaque advenerunt nuncii regis Constantiniae cum dono et epistola sui regis ad regem nostrum; et interrogavi ipsos de re ista. Ipsi vero rem se ita habere responderunt; imperio nomen Al-Chasar esse, terram illam a Constantinia quindecim dierum spatio via maris distare, via terrae verro multos populos intercedere, regem (in Al-Chasar) regnantem Josephum vocari, multas naves ex illa regione ad nos (i. e. Constantiniam) adventare adferreque pisces, pelles, mercesve omnis generis[9] . . . Auditis his omnibus novas vires recepi, spesque mea adaucta est. In terram prostratus, coelorum regi gratias acturus, quaerere coepi fidelem nuncium, quem in regionem vestram mitterem, veritatem de re ista cogniturus[10] . . .

Quum omnia haec meditarer, advenerunt ad nos nuncii regis Gebalim, quos duo Israelitae, nomine Mar-Saul et Mar-Joseph, comitati sunt. Audita sollicitudine mea consolati sunt me dicentes: da nobis litteras tuas, nos adferemus ipsas regi Gebalim; hónorificentiae tuae gratia ille mittet easdem Israelitis in terra Hungarin[11], inde transponentur in Rus[12], exinde in Bulgar[13]; taliquae ratione pervenient ad illum, quem desideras, locum .... Illi viri duo ex terra Gebalim, Mar-Saul et Mar-Joseph, qui mihi, litteras meas domino meo regi se delaturos, spoponderunt, aeque narraverunt, quod ante sex circiter annos caecus quidam Israelita, vir prudens et intelligens, Mar-Amram nomine, ad illos pervenerit, qui se ex terra al-Chasar esse, ibique in aula domini mei regis habitasse, saepe ad regis mensam vocatum fuisse, atque auctoritate apud ipsum polluisse, retulit[14] ....

Fragmentum epistolae Chasdai Ibn-Šafruti, quam hebraice et russice edidit А. Я. Гаркави: Сказанія еврейскихъ писателей о Хазарахъ и хазарском царствѣ. С. Петербургъ 1874. p. 84—119; germanice in „Russische Revue, Monatsschrift für die Kunde Russlands, herausgegeben von Carl Röttger. Bd. VI, S. 71—9, Petersburg 1875. Cum versione polonica edidit A. Bielowski: Monumenta Poloniae historica I, 56 ss. Nos versionibus his in adornanda nostra usi sumus, textum quoque in maioris momenti locis respicientes.

Scriptor epistolae, quem Joannes abbas gorziensis, legatus imp. Otonis I in aula Cordubensi a. 956 nosse didicerat (v. Vita Johannis gorz. c. 121, p. 371. Pertz: Mon. Germ SS. IV), ministerialis erat[15] in aula Khalifae Abdarahmani III. Primus epistolam publici iuris fecit Isaak Akriš Constantinopoli c. a. 1577, quam dein Buxtorfius latine vertit atque in praefatione ad „librum Cosri“ Basileae 1660 edidit. Abhinc non defuerunt viri eruditi, qui epistolam Chasdaii et regis Josephi responsum impostoris opus declararunt. Verum ubi recentiori tempore notitiae Arabicorum scriptorum operâ Frähni (veteres memoriae Chasarorum. Petropoli 1822), d'Ohssoni (les peuples du Caucase. Paris 1828), aliorumque de Chazaris novam lucem sparsissent, dubia quoque de praefatae epistolae authentia dissipari coeperunt, donec tandem J. Zedner (Auswahl historischer Stücke aus hebräischen Schriftstellern. Berlin 1840), Paulus Cassel (Magyarische Alterthümmer. Berlin 1848) etc. ipsam authentiam, historicamque epistolae veritatem firmis argumentis demonstrarent. Dubiis illis fomentum non modicum praebuit, quod per tria fere saecula nullum epistolarum manuscriptum notum fuisset. Sed defectui huic non multum abhinc medella allata est, quum Abraham Firković, Caraita chersonesi Tauricae, inter manuscripta, quae a. 1870 ex Aegypto secum in Čufut-Kalé attulit, apographum utriusque epistolae invenisset. Apographum istud praelaudatus Garkavi (Russische Revue. S. 91) adscribit anno c. 1080. Aliud dein manuscriptum, verisimiliter saec. XVI, cum utraque epistola in bibliotheca Oxfor-

diensi (Litterarisches Centralblatt nr. 44, p. 1467. Leipzig 1877). adinventum est.

Tempus, quo epistola Chasdai scripta fuit, coniicitur ex eo, quod legationem Ottonis I commemoret, quodve eotum Abdarrahman III adhuc regnaverit; exarata itaque fuit intra a. 956 et 961; verisimiliter c. a. 959.

Nos fragmentum hocce adducimus ob allatam in eo notitiam de legatione regis Gebalim. Terram „Gebalim" slavicam fuisse deducitur ex appositione „al-Saklab", quo nomine Arabes Slavos (cf. graec. Σκλάβος) appellabant (Гаркави: Сказанія мусульманскихъ писателей о Славяниxъ и Русскихъ. С. Петерб. 1870. p. 4—5). Quaeritur igitur: quaenam haec Slavorum terra fuerit? Carmoly (Itinéraires de la Terre sainte p. 90), Cassel (Historische Versuche. Berlin 1847. p. 10. Magyarische Alterthümer p. 188), quibuscum etiam Garkavi (Skazanija evrejskih pisatelej p. 129) consentit, nomen „Gebalim" ab arab. džebel (hebr. gebal) = mons, derivant, hocque nomine Slavos montanarum regionum incolas denotari non dubitant. Iam vero nomenclationem hanc optime ad Horvatos, sive usitatum etymon[16] vocis sive ipsorum regionis situm spectes, adplicari posse asserunt. Quare cum „Gebalim" sit tantum modo versio slav. Hrvati, de eo tantum quaeri posse aiunt: quinam e Chroatis, illyrici ne vel septemtrionales (v. supr. nr. 207) in epistola Chasdai intelligendi veniant. Posteriores innui e slavicis eruditis Lelewel (Geographie du moyen âge. III, IV. p. 48), V. J. Lamanski (О Славянахъ въ малой Азіи p. 323—4) et Bielowski (op. cit. p. 81) asseverant; dum e contra Garkavi „Gebalim" ad illyricos Chroatos refert (op. cit. p. 129—130). Cui opinioni nos quoque accedimus eo magis, quod intimior ille cum Saracenis in Hispania relationis nexus de Chroatis ad littora maris adriatici, a Saracenis priori saeculo saepe hostiliter infestati (v. supra p. 342 ss. 365), non item de septemtrionalibus, a mari multum remotis, parumque cognitis, facile explicari possit. Praeterea longe facilius explicantur, quae de Chasdai epistolae transpositionis viâ ibidem referuntur, si eadem nimirum e Hispania ad Chroatos Dalmatiae itinere maritimo, exinde vero in Hungarorum terram ac demum in Russiam, quam si ex Hispania ad transcarpathicos Hrvatos, et ab his in Hungariam (!), ac demum in Russiam expedita fuisse supponatur. Nec illud mirum videbitur, quod Judaei e terra „Gebalim" i. e. e Chroatia nostra in Hispaniam peregrinantes adferantur, si ad actum sub nro 151 (p. 198) reflectitur.[17]

In reliquo Slavenos tempore Abderrahmani III in Hispania notos fuisse, immo in aula eius, praeprimis qua praetoriani milites, servitia praestitisse, aliunde (В. Ламанскій: О Славянахъ въ малой Азіи, въ Африкѣ и въ Испаніи. С. Петерб. 1859. p. 222 ss.) constat.

Sed illud etiam constat, orientales populos mature cum Slavenis, praecipue adriatici maris litora incolentibus, in contactum venisse. Hinc factum est, quod in orientalium scriptorum operibus etiam de Slavenis, nec Chroatis exceptis, plures notitiae deprehendantur. Nomine „Slavo-

niae", „Slavenorum (Slavija, Sakaliba)" terram Slavenorum meridionalium, hosque ipsos intelligunt in suis geographicis operibus Al-Fargani († 830), Al-Horami (840), et Ibn-Hordabe († 912). Гаркави: Сказанія мусулманскихъ писателей. p. 25, 32, 48. Chroatos vero nominant:

Josephus ben Gorion, scriptor IX vel X saeculi: „Dalmacia[18], Krovati[19], Salki, Licpi, Lavami, Karbad, Kazremi et Bazmi[20]; (hi omnes) adnumerantur filiis Dodanim. Vivunt autem illi a Bulgari limitibus usque ad Bondekia[21], exinde extenduntur usque ad fines, usque ad mare magnum, vocanturque Saklabi". Гаркави: Сказанія еврейскихъ писателей. p. 43. Lelewel: Geographie du moyen age. III, 16. Bruxelles 1852.

Al-Masudi († $95^6/_7$), Constantino porphyr. coaevus, sui operis c. 34 scribit: „Slavenorum descriptio, sedes illorum, narratio de regibus eorum et de dispersione tribuum ipsorum. . . . Dein populus, cui nomen Sarbin[22]; hic populus slavicus terribilis est (inimicis suis) e causis, quas adducere longum esset, item ex eo, quod in vicinia non adsit regnum, cui pareret. Sequitur dein populus, Marava dictus; tum populus Harvatin[23], nuncupatus . . ." Гаркави: Сказанія мусульманскихъ писателей. p. 135, 136. Lelewel op. cit. III, 49.

[1] i. e. Arabum, Saracenorum. [2] Andalusia, Khalîfat Andalûs. [3] Cordova, cuius situs et distantia a Constantinopoli et Chazaria mox describitur. [4] Huius nominis tertius, qui a. 921—961 khalifatum tenuit. Agitur dein de eiusdem praedecessoribus [5] Alia quoque producta enumerantur. [6] in specie ex Aegypto vicinaque Africa. [7] Hebraei medii aevi, recentioresque neo-hebraici scriptores Germaniam appellant Aškenaz. Hic subintelligitur Otto I, qui a. 956 misit Cordubam legatos, quorum praecipuus erat Joannes abbas Gorziensis. Vita Johannis Gorziensis. Pertz. Mon. Germ. SS. IV, 337—377. Acta SS. febr. III, 712. Köpke und Dümmler: Kaiser Otto der grosse. Leipzig 1876. S. 279. [8] Konstantinieh, i. e. Constantino-polis. Subintelligitur imperator Constantinus porphyrogenetus, de cuius ad Abdarahmanum III legationibus a. 945, 949—950 et 951—2 testantur etiam arabici scriptores Ibn-Adari, Ibn-Haldun, Al-Makkari et Ibn-Džuldžul. Гаркави: Сказанія евр. писателей о Хазарахъ. стр. 131—2. [9] De Chazaris vide pariter coaevum scriptorem Constant. porphyr. de adm. imp. c. 10, p. 80 c. 12 p. 81, c. 37 p. 164, c. 39 p. 171, c. 42 p. 177 ed. Bonn. Degebant eotum a Danapri ad Pontum usque ad mare Caspium, erantque turcicae originis. Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 724, 742. Chazarorum vicini ad occidentem Patzinacitae erant. V. supra p. 412. [10] Sequitur enarratio, quibus modis Chasdai conatus est legatos in Chazariam mittere: primo misit quemdam Isaacum, qui Constantinopoli ad Chazaros iter facere debuisset; sed ob bella ultro progredi non valuit; dein expedire voluit epistolam via Hierosolymorum, abinde Nesibim, per Armeniam et Armeniam et Barda. [11] vel Hungrin i. e. terra Hungarorum. [12] i. e. Russia, cui tempore Constantini porph. post Igorum († 945) praefuerat Olga pro filio suo minnoreni Svjatoslavo. Lectio Rum reiicienda est. [13] i. e. Bulgaria magna ad Volgam fluvium, contermina Russiae et ad

septentrionem Chazaris. V. Zeuss op. cit. p. 721 ss. [14] Rogatur dein Chazarorum rex responderi sibi ad nonnullas quaestiones, veluti: quo modo Judaei illuc pervenerint, cuiusnam stirpis ipse rex sit, quae sit regiminis forma, quae sit Chazariae amplitudo etc.? [15] De illo scripsrunt nostra aetate plures, uti Ph. Luzzato, Munk, Jost, Kämpf, Graetz, Pinsker, Steinschneider, Geiger, Cassel. V. Garkavi: Skazanija p. 80—81. [16] v. supra. p. 272—3. Ibid. etymon iuxta Constant. porphyr. qui praeterea scribit: „οἱ δὲ Χρωβάτοι πρὸς τὰ ὄρη τοῖς Τούρκοις παράκεινται (de adm. imp. c. 10. p. 81). [17] De quadam Slavorum regis in Hispaniam legatione eodem tempore scribunt etiam arabici scriptores. Ibn-Adari ait: „Anno 342 (hedžirae = 95¾ p. Chr.) advenerunt legati Hunu, Slavorum regis, ad An-Nasirum (Lidin-Illagi i e. Abderrahmanum III)". Al-Makkari scribit: „Deinde venerunt legati Slavorum regis, qui eotum Hutu fuit; item alii nuncii a rege Alamanorum missi". (Garkavi op. cit. p. 127). Nomen Slavorum regis corrupte traditum est; si Hutu legendum esset, ad Otonem referri posset, atque auctorem utramque legationem (Slavorum et Germanorum) confudisse, supponere oporteret. [18] Ita legit Bochart. [19] Omnes interpretes in eo conveniunt, nomine hoc Horvatos designari. [20] Nomina obscura [21] Βενετικοὶ, arab. Bendakici. cf. croat. Benetki, Bneci. [22] Intelliguntur Constantini porph. Σέρβλοι. Quae hic de Serblorum potentia narrantur, Drinov (Южные Славяне и Византія въ X вѣкѣ. p. 139) refert ad tempus resuscitati per Časlavum principatus. V. supra nr. 201, p. 395. [23] Omnes intelligunt Hrvatos nostros.

209.

A. 997—998.

Dalmatiae et Chroatiae per Venetos sub Petro II Urseolo invasio.

1.

Badovarius Bragadinus Issam aggreditur.

Anno vero dominicae incarnationis nonigentesimo nonagesimo primo Petrum, ante dicti domni Petri Ursiuli ducis[1] sobolem, trigesimo suae aetatis anno Veneticorum populi ad paternam dignitatem promoverunt... Hisdem namque dux a Croatorum Sclavorum oppressione suos potenter liberavit; quibus etiam solitum censum primus dare interdixit . . . Dux itaque audiens Ottonem regem ad Italiam venturum[2], pacem cum praedictae (i. e. Istriensis) marchiae populo facere diferebatur . . . Circa haec namque tempora Croatorum iudex propter interdictum sibi censum a duce in Veneticos lesionis molestiam exercere conatus est. Unde domnus dux sex naves praeparatas illuc mittens, quibus Badovarius, cognomento Bragadinus, prefuit. Qui unam illorum civitatem, quae Issa nominabatur, conprehendens utriusque sexus captivos ad Veneciam

deportavit. Et ex hoc maioris odii cumulum inter Veneticos et Sclavos pululavit. Coeperuntque iterum censum inportune ducis exiere; quibus dux pro illorum ignominia demandans: „Non per quemlibet nunciorum hunc mittere curo; sed vita comite, ad hanc persoluendam dationem venire ipse non denegabo".

Johannis chron. venet. Pertz Mon. Germ. SS. VII, 30—31. A. Danduli chronic. venet. lib. IX, p. 10. Muratori: Scriptor. rer. ital. XII, 226.

2.

Dux Petrus II Urseolus navalem expeditionem ducit: Absera, Vecla, Arbe, Jadera, Belgradum, Levigrada, Tragurium, Spalatum, Ragusium se subdunt, Curzula et Ladesta capiuntur. Stephanus Surignae filius obses datur. Cum Narentanis pax inita.

Illis namque temporibus in Dalmacianorum confinio non plus quam Jateranenses[3] cives Veneticorum ducis ditioni obtemperabant, quos Croatorum ac Narentanorum principes crebro affligere solebant, in tantum ut Narrentani horum quadraginta compraehendentes, secum vi(n)ctos deportaverunt. Unde Dalmacianorum populi omnes poene simul convenientes, Petro Veneticorum duci suis internunciis hoc demandaverunt, quod si ipse venire aut exercitum mittere vellet, qui eos a Sc(l)avorum severitate liberaret, ipsi et illorum civitates perpetua stabilitate suae suorumque successorum potestati subditos manerent.

Hoc audiens Petrus dux, nulla interposita dilacione, suorum consilio munitus navalem preparare expeditionem peregit, septimoque sui ducatus anno, ascensionis domini festo[4], cum suis in sancti Petri Olivolensis aecclesia ad missarum ministeria percipienda convenire voluit. Cui Dominicus[5], eiusdem loci episcopus, triumphale vexillum contulit, et unam classem consendentes illo die Equilensem[6] portum intraverunt. Dehinc velis libratis, occiduoque vento flante, Gradensem applicuerunt urbem; quos domnus Vitalis patriarcha, preeunte plebe, cum clericorum apparatu excipiens, digna suo principi obsequia exibuit; cuius quoque dexteram victrici sancti Hermachorae signo condecoravit. Inde pellagi sulcando undas Istriensem ad provinciam transientes, civitatis Parentinae iuxta insulam velis depositis pernoctare disposuerunt. Quibus venerabilis Andreas episcopus occurens, famulamina Petro duci multa impertitus est; quem humiliter rogitans, ut sancti Mauri oraculum adire non recusaret. Cuius petitioni adquiescens, multo milite stipatus

urbem intravit, et expletis in sancti Mauri aecclesia ministeriis sacris arrepto exin itinere, remigantibus nautis apud monasterii sancti Andreae insulam, quae iuxta Pollensem civitatem manet, grata ospicia habere voluerunt. Illuc Bertaldus, Pollensis eximius antistes, cum clericorum et civium multitudine festinus advenit, et utroque honore eumdem ducem glorificavit.

Deinde vastum velificando aequor Absarensem ad urbem delati sunt. Ubi non modo cives, verum omnes de finitimis tam Romanorum quam Sclavorum castellis convenientes, tanti ospitis adventum se praevenisse gaudebant. Et sacramentis ab omnibus peractis sub illius principis potestate manere decreverunt. Hoc peracto sacrum diem pentecosten[7] solemniter celebrantes, predicto principi laudis modulamina decantaverunt. Tunc omnibus, quibus aetatis plenitudo adherat, secum venire iussit, et acceptis stipendiis dispositum transfretare iter caeperunt. Altera vero die Jatarensem antequam adpropinquaret urbem, eiusdem civitatis prior cum episcopo et caeteris suum dominum gaudimoniis potiti recaeperunt; et ingressi urbem, ibi illius regionis maiores confluentes, eiusdem principis dominationi subesse praeobtabant. Inter quos Veclensis et Arbensis episcopi cum earum civitatum prioribus adfuerunt, et pari voto supra sacra ęvangelistarum dicta iuraverunt, quod iuxta illorum scire et posce deinceps domni Petri ducis fidem observare debuissent. Insuper episcopi eisdem sacris confirmaverunt, quo feriatis diebus, quibus laudis pompam in aecclesia depromere solebant, istius principis nomen post imperatorum[8] laudis praeconiis glorificarent.

Croatorum itaque rex ad suae gentis depopulationem ducem advenisse prenoscens, nunciorum studio eundem placare pacificis nisus est verbis; quod domnus dux omnino parvi pendens, eosdem nuncios redire dimisit. Et sic tractare cum utriusque gentis exercitu adorsus est, quo inimicorum aditus intrare, vel quibus argumentis illorum munitissima loca indemnis capere posset. Tunc quorumdam[9] relatione didicit, quadraginta Narentanorum nobilium de Apuleis partibus, peractis negociis, ad propriam velle reverti. Decem naves, hominibus oneratae, ad insulam, quae vocatur Caza[10], sub omni festinatione destinavit. Qui dum irent, facili certamine eosdem comprehendentes, Traorensem[11] ad urbem accelerare voluerunt.

Domnus namque dux utriusque et Dalmacianorum ac Venetiquorum militibus circum septus, sexto die praedictam (sc. Jata-

rensem) urbem relinquens, ad quandam non longe a Belgradense urbe insulam[12] advenit. De qua talem legationem civibus mittere placuit, ut si spontaneum famulicium persolvere et fidelitatem sibi iurare vellent, gratiam adipisci valerent: sin autem, se certamine capturos procul dubio scierent. Hoc vero audientes domini sui, Sclavorum scilicet regis, periculum incurrere formidabant, et tanto principi resistere non valebant. Unde utroque discrimine positi, quid agere poenitus ignorabant. Tandem timoratione domni ducis attriti, adstantibus eiusdem regis militibus, et sacramenta et obsequium persolverunt. Egressus vero inde, Levigradae insulae[13] colones egregio duci occurrentes sacramenta prompte fecerunt. Cumque Traorensem urbem peteret, ab episcopo civibusque sacramentis corroboratus est; inibi suos, quos antea ex Jaterensi civitate misisse diximus, victores repperit. Sclavorum etiam regis frater Surigna[14] nomine aderat, qui condam fraterno dolo deceptus regni amiserat diadema. Ipse namque non modo sacramenti vinculo se eidem duci associavit, verum etiam Stephanum puerulum, karissimam sobolem suam, sibi pro obside commendavit[15]. Hinc Spaletinam nobilissimam et validam urbem, quae tocius Dalmaciae metropolis constat, predictus princeps advenit; quem[16] archiepiscopus, sacro infulatus officio, cum urbana tam clericorum quam laicorum multitudine excepit, et missarum sollempnia incelebrans, ex voto iusiurandi fide eidem omnes placare satagerunt.

Narrentanorum quidem princeps quadraginta suorum in captivitatem mancipatos expertus est. Qui suis internunciis domnum ducem continua prece, sibi illos reddi, imploravit: hoc videlicet pacto, quo, priusquam ipse dux de illis exiret finibus, tam ille Narrentanorum princeps quam omnes sui maiores sibi ad satisfaciendum pro suis votis convenirent, et nec censum predictum aliquo modo exiere, nec quempiam iterantem Veneticum[17] molestare deberet. Tunc dux captivos reddere iubens, sex tantum illorum, ne ipse pacem violasset, retentos secum reservavit.

Eis definitis, ad alios illius regionis subiugandos gressum tendere cepit. Apud sancti Maximi ecclesiam ospicium habere dum voluisset, Curzule insule habitatores suis recusantes parere iussionibus, valida manu adquisivit sueque potestati subiugavit. Preterea dum isdem dux quicquid cordi aderat, Deo fautore ad votum consequeretur, improbos Ladaestinae[18] insulae habitatores aggredi conatus est, a quorum rabię Venetici, illa pernavigantos loca, propriis

facultatibus privati, nudi sepissime evaserant. Erat siquidem eadem insula scopulosis promunctoriis circumsepta. Licet aditum intrantibus non denegaret, montium tamen sublimitate ostentabatur; e quibus unus, murorum menibus turriumque hedificiis munitus, inexpugnabilis ab omnibus credebatur. Dein vero predictus princeps multitudine navium collecta, quendam illius insulae portum penetravit, mandans civibus, ut relicta pertinacia ad se venirent aut pugna sese petituros scirent. Qui timore constricti, pacifica verba protulerunt. Postmodum illis iniunctum fuit nulla ratione pacem a duce consequi posse, nisi civitatem ipsi destruerent, destructam vero inreparabilem inhabitabilemque relinquerent. Quod omni nisu facere interdicentes, tanti exercitui sese obsistere adorsi sunt. Tunc isdem princeps suos ad certamen preparare illosque inpugnare acriter iussit Verum quia arduus locus difficilem dabat appropinquantibus ingressum, iaculorum ictibus hostes aliquandiu procul virtute qua poterant coarcere satagebant. Tamen dei omnipotentis dispensacione maior pars exercitus ex illo loco, unde illius municionis ostia patebant, impetum facientes, reliqua montis per devia consendendo, turres, ubi aquarum vascula tuebantur, comprehenderunt. In quibus consistentes, in tantum luctamine comprimebant, donec deiecti animo, armis depositis, nichil amplius quam mortis exosum periculum evadere flexis exorabant poplitibus. Dux itaque pietatis amator omnes vivos conservare instituens, civitatem tantum devastare precepit. Quo peracto, victor princeps sancti Maximi aecclesiam reciprocavit. Illic Ragusiensis archiępiscopus cum suis conveniens, eidem principi sacramenta omnes facientes, obsequia multa detulerunt.

Inde predictas civitates repetendo, remeans[19] ad Veneciam cum tali triumpho tandem regressus est.

Johannis chronicon Venetum. Pertz SS. VII, 31—33. A. Danduli chron. venet. loc. cit. XII, 227—230.

A. Dandulus (p. 227) narrationi, quam e Johanne diacono descripsit, haecce praemittit:

„Hoc tempore mortuo Tyrpimiro rege Croatorum inter filios Mucimirum et Surignam[20] cupiditate regnandi orta contentio schisma magnum in illa regione generavit. Mucimirus tamen praevalens, plurimis in rebellione positis, regnum obtinuit, damna inferens maritimis civitatibus Dalmatiae. Qua de causa Veneti ab illis evocati cum permissione Basilii et Constantini, imperatorum Constantinopolitanorum, a quibus reges illi sceptrum antiquitus recognoverant[21], dominium Dalmatiae primitus acceperunt, ut hi-

storia, quam reperimus in antiquissimis Graecorum[22] et Venetorum codicibus, prout sequitur, seriose declarat".

De Trpimiro et Mutimiro historia salonitana Thomae archid. c. 14 (Lucius in adnotationibus ad monum. histor. tragur. item Farlati: Illyr. sacr. III, 115. Cod. vatic. nr. 6525) haec habet: „Petrus archiepiscopus fuit anno domini nongentesimo nonagesimo, tempore Tirpimiri et Mucimiri, filii eius".

3.

Expeditio Petri II Urseoli in Dalmatiam et Chroatiam, eiusque successus imperatori Ottoni III nunciatur.

Interea Otto imperator ad Italicum regnum tertio repetere disponens, per vasti Cumani lacus[23] gurgites aditum habere voluit; quem Longobardorum multitudo Cumana in urbe excoeperunt[24], inter quos Johannes diaconus, supra dicti Petri ducis nuncius, licet de sui senioris triumpho ignarus, advenit suumque seniorem tantum profectum ad debellandam Sclavorum duriciam imperatori nunciavit. Cumque isdem Johannes una cum imperatore Ticinensem adiret urbem[25], nonnullis referentibus sui domini adventu et triumpho extitit expertus.

Johannis chron. venet. Pertz VII, 33. A. Danduli chron. venet. ed. cit. XII, 230.

In margine codicis Ambrosiani, chronicon A. Danduli continentis haec, quae apud Johannem diaconum desiderantur, addita sunt (Muratori XII. 229):

Tunc missi praefecti ex Venetis in urbes Dalmatiae, videlicet: Otto Urseolus Spalatum, alibi Ragusium et Spalatum eius filius; Dominicus Pollanus Traguriurn; Johannes Cornarius Sicum; Vitalis Michael Belgradum; Maffaeus Justinianus Jaderam; Marinus Memus ad insulam Corcyram nigram, hodie Curzolam, et alias insulas.

[1] Dux a 12 Augusti 976 usque ad 2 Septembris 978 a. Successerunt Vitalis Candianus a. 978—979, Tribunus Memmo 979—991. [2] Anno 996. V. diploma Ottonis III datum 1 Maii 996 duci Petro II Urseolo ap. Marini: Storia dei Veneziani II, 230. [3] A. Dand. „Jadrenses". [4] Adeoque die 26 Maii anni 998. [5] e genere Gradonicorum [6] Equilus, Jesulo, insula Venetiarum [7] Die 5 Junii. [8] Eotum Basilius II et Constantinus VIII. [9] A. Dand. „quorundam Narentanorum". [10] Cazza, croat. Kača, ad occidentem insulae Lagostae. [11] A. Dand. „ad Traguriensem urbem". [12] Pasman, Postimana actorum nostrorum saec. XI. [13] nunc Vergada. [14] Cf. Zurislav. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam nr. 146. [15] A. Dand. addit: „cui dux Hicelam filiam suam coniugem tradidit". V. infra p. 421. [16] A.

Dandul. addit: „Petrus“, de quo v. inferius. [17] A. Dand. „Venetias“. [18] A. Dand. „Lesinae“. [19] A. Dandulus addit: „pari omnium consensu ducem Dalmatiae se primitus nominavit“. [20] Cod. Ambros. „Murmura et Surigura. [21] V. Thom. archid. spalat. Histor. salon. c. 13, p. 321 (ed. J. Lucii): „Ab isto Dircislavo caeteri successores eius reges Dalmatiae et Croatiae appellati sunt; recipiebant enim dignitatis insignia ab imperatoribus constantinopolitanis et dicebantur eorum eparchi sive patritii“. [22] H. Simonsfeld: Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke. München 1876. S. 128: „Ebensowenig ist est mir gelungen zu entdecken, welche alten, griechischen Handschriften Dandolo für den merehrwähnten Zug Peter's II Orseolo nach Dalmatien vorgelegen sein mögen. Lautete das Citat nicht so ausdrücklich auf eine Geschichte des Zuges, so könnte man vermuthen, es beziehe sich auf griechische Urkunden, in denen von der Zustimmung der griechischen Kaiser zu dem Zuge oder der Besitzergreifung Dalmatiens durch die Venetianer die Rede war, umsomehr als Dandolo gerade hier den Johannes diaconus fast wörtlich ausschreibt“. [23] Lago di Como. [24] Anno 1000, Junio exeunte. [25] Ticinum, Pavia. Julio inchoante.

210.

A. 1000—1008.

Venetiarum dux Petrus II Urseolus dat filiam suam Hicelam principi moxque Chroatiae regi Stephano in uxorem.

Petrus dux omnibus suis liberis paternum munus impertiri voluit, ita ut testamentario iure quisque suas acciperet porciones; nomina quorum, ut rite recordor, exprimere libet. Illorum primus (Johannes)[1] herile sortitus est nomen, qui forma et viribus bene respondebat satis natalibus. Secundus nominatur Ursus: iste sic officium gerens clericatus, quo haud immerito queat dici clericorum decus[2]. Tercius est ordine Otho, predictus puerulus, patris qui constat dignitate equivocus[3]. Quartus nominatur Vitalis: hic ingenii strenuitate ecclesiasticam adeptus est sortem. Quintus estat vocabulo Heinricus, species cuius puerilis ceu iubar micat solis. Quatuor quoque filiae eidem opimo manebant patri, quarum prima Hicelam nomine Stefano Sclavorum regis filio[4], de quo antea predixi, in coniugio honorifice sociavit; reliquas vero tres in monasterio deo omnipotenti mancipavit.

Johannis chron. venet. Pertz: Mon. Germ. Script. VII, 37.

Stephani cum Hicela desponatio post expeditionem dalmaticam ast ante a. 1008 evenit.

Scriptor huius chronici, quondam chronicon Sagornini dicti, Johannes videlicet diaconus, fuit ducis Petri II Urseoli capellanus et minister,

a quo iteratis vicibus ad imperatores Ottonem III et Henricum II legatus missus erat. Chronicon suum ab antiquiori tempore usque ad a. 1108 prosequitur, praecipue in enarrandis dicti Petri gestis prolixus. Johannis opere usus est saec. XIV Andreas Dandulus, saepe illud ad verbum describens. Cf. W. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter I, 313. Simonsfeld: Andreas Dandulo und seine Geschichtswerke. p. 62 ss.

[1] Inde ab anno 1004 consors ducatus, cui Graecorum imperator Basilius II Mariam „cuiusdam nobilissimi patricii filiam, Argiropoli nomine, imperiali editam stirpe", coniugem dedit. Johannes et Maria anno 1007 peste, quae Veneciis grassabatur, absumpti sunt. [2] Dein a. 1008 Altinatis episcopus, ac a. 1012 patriarcha Gradensis. [3] Post mortem fratris Johannis ducatus consors, et post mortem patris (1009) Venetiarum dux. [4] Stephanus hic mox rex effectus, paterque fuit Petri Cresimiri.

211.

A. 1018.

Ottonis Urseoli, Venetiarum ducis, navalis expeditio contra Chroatiae regem Cresimirum ad tutandas Dalmatiae urbes.

Nono ducis (sc. Ottonis Ursioli) anno[1] Cresimurus[2], Croatorum praesidens regno, Jadram et alias maritimas civitates Dalmatiae[3] quotidianis incursionibus inquietat. A quibus dux requisitus cum stolo exiit, et civitates tutavit, hostes in fugam vertit, et cives illarum in sua fidelitate et obedientia solidavit. Et rediens a Vitale episcopo veglensi et Maio episcopo arbensi et Martino episcopo auserensi, et ab universo clero, prioribus et populo dictarum insularum de tributo sibi et successoribus suis annuatim in perpetuum solvendo sponsionem[4] suscepit.

Andreae Danduli chronicon venetum. Muratori: Scriptores rerum italicarum XII, 236. Mediolani 1728. Vide H. Simonsfeld: Andreas Dandolo. München 1876, p. 134.

Unde A. Dandulus notitiam hanc de expeditione ducis Ottonis contra Cresimirum hauserit non constat; verum tamen altera eiusdem pars publicis, quae ad nos pervenerunt, actis (v. supra nr. 24—26, p. 32—34) confirmata est.

[1] Otto successit patri Petro II Urseolo a. 1009, nonus itaque annus est 1018. [2] male „Crosimurus", i. e. Cresimyrus, Cresimir = Kresimir. [3] Vide supra nr. 209. [4] v. acta nr. 24, 25, 26.

212.

A. 1019.

Subacta Bulgaria Chroatiae principes Romanorum imperatorum Basilii II et Constantini VIII dominium agnoscunt. Sirmium imperio adnectitur.

Τῷ δὲ βασιλεῖ προσερρύησαν, τῆς Βουλγαρίας δουλωθείσης αὐτῷ, καὶ τὰ ὅμορα ἔθνη τῶν Χορβατῶν, ἄρχοντας ἔχοντες δύο ἀδελφούς[1], ὧν προσρυέντων καὶ ἀξιώματα λαβόντων καὶ κτήσεις ἱκανὰς ὑπήκοα γέγονε καὶ τὰ ἔθνη. μόνος δὲ ὁ τοῦ Σιρμίου κρατῶν ἀδελφὸς τοῦ Νεστόγγου[2] Σέρμων πιθῆσαι οὐκ ἤθελε· πρὸς ὅν Κωνσταντῖνος ὁ Διογένης, τῶν ἐκεῖσε μερῶν ἄρχων, φιλίαν ὑποκρινόμενος πρεσβευτὴν ἐκπέμπει, δηλῶν μεθ' ὅρκων ἐπιθυμίαν ἔχειν ἑνωθῆναι αὐτῷ καὶ περὶ ἀναγκαίων κοινολογήσασθαι. εἰ δὲ τις αὐτὸν ὑποτρέχει φόβος, τρεῖς ὑπηρέτας εἰληφέναι μόνους, καὶ κατὰ τὸ μέσον τοῦ παρρέοντος ποταμοῦ συμμῖξαι αὐτῷ μετὰ τριῶν ὑπηρετῶν ὁμοίως ἀφίξεσθαι μέλλοντι. πεισθεὶς οὖν ἐκεῖνος ἔρχεται πρὸς τὸν ποταμὸν καὶ τῷ Διογένει ἑνοῦται. ἐν ᾧ δὲ ἔμελλον διαλέγεσθαι, ὁ Διογένης ἐγκόλπιον φέρων μάχαιραν καὶ ταύτην αἰφνιδίως ἑλκύσας παίει τοῦτον κατὰ τῆς πλευρᾶς καὶ εὐθὺς ἀναιρεῖ. τῶν δὲ μετ' αὐτοῦ φυγῇ χρησαμένων, τοὺς πλησιάζοντας ὁ Διογένης συναθροίσας στρατοὺς μετὰ χειρὸς ἱκανῆς ἔρχεται πρὸς τὸ Σίρμιον, καὶ τὴν γυναῖκα τοῦ τεθνεῶτος καταπληξάμενος καὶ ὑποσχέσεσι μεγάλαις καταμαλάξας ἔπεισε προσχωρῆσαι καὶ τὸ Σίρμιον παραδοῦναι τῷ βασιλεῖ· ἥτις

Subacta Bulgaria, imperatori se dedit etiam contermina Chorbatorum gens et eius principes, fratres duo[1], quibus imperator honores ac opes amplas tribuit. Solus adhuc imperium detrectabat Sermo, Sirmii dominus, Nestongi[2] frater. Ad hunc Constantinus Diogenes, finitimae provinciae praefectus, legatum mittit, interposito iurecurando affirmans, cupere secum ipsum convenire ac de rebus necessariis colloqui. Quodsi ipse insidias vereretur subesse, tribus tantum famulis stipatum se ad ripam profluentis ibi amnis accessurum. Idem ipse quoque faceret. Obtemperat Sermo, atque hoc modo cum Diogene congreditur. Ibi cum iam collocuturi essent, Diogenes pugionem, quem in sinu abditum gestabat, subito in latus Sermonis adigit, eumque interficit; famuli fuga elabuntur. Diogenes vicinis exercitibus contractis valida cum manu ad Sirmium proficiscitur, viduaeque exterritae magnis insuper pollicitationibus persvadet, ut se Sirmiumque imperatori traderet. Ea Byzantium missa, ibi primario cuidam civium matrimonio copulata est. Diogenes recens captae ditioni praefectus.

καὶ εἰς τὸ Βυζάντιον ἀνεπέμφθη, καὶ ἀνδρὶ συνέζεύχθη ἑνὶ τῶν ἐν τῇ πόλει μεγιστάνων, καὶ ὁ Διογένης ἄρχειν ἐτάχθη τῆς νεοκτήτου χώρας.

Georgii Cedreni historiarum compendium tom. II, p. 476 ed. Bonn.

Τῆς Βουλγαρίας δὲ δουλωθείσης τῇ τῶν Ῥωμαίων ἡγεμονίᾳ καὶ τὰ τῶν Κραβάτων ἔθνη ὑπέκυψαν, ἀλλὰ μενοῦν καὶ τὸ Σίρμιον.

Bulgaria domita etiam Crauatorum gens et Sirmium Romano imperatori se submiserunt.

Joannis Zonarae annales lib. XVI, c. 9. p. 178. Venetiis 1729.

Georgius Cedrenus (ὁ Κεδρηνός), monachus, scriptor saeculi XI exeuntis et XII ineuntis, compilavit ex operibus Georgii Syncelli, Theophanis et Joannis Scylitzes Σύνοψιν ἱστοριῶν usque ad a. 1057, sive usque ad initium imperii Isaaci Comneni. Verum praefata notitia de Chroatiae et Syrmii submissione non reperitur in illis, quibus Cedrenus usus est, operibus. Eandem notitiam breviter perstrinxit, operique suo inseruit Joannes Zonaras, vir Alexio I Comneno (1081—1118) a secretis. V. Rudolf Nicolai: Geschichte der byzantinischen und neugriechischen Literatur. Griechenland (Separatausgabe aus der allg. Encyclopädie v. Ersch u. Gruber) VIII, 319. 339. Hirsch: Byzantinische Studien p. 375 ff. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, p. XXVI—XXVII.

Ad Cedreni Sermonem referendam esse putant monetam, cuius exemplaria duo, ad Danubii ripam quondam reperta, nunc Parisiis in numismatum collectionis sectione byzantina asservantur. In facie principali adest consvetum monogramma indicans: ΘΕΟΤΟΚΕ ΒΟΗΘΕΙ, in altera vero inscriptio in tres lineas distincta: ΖΕΡΜ-ΩCΤΡ-ΤΗΛΑΤ, sive ΖΕΡΜΩ CΤΡ(Α)ΤΗΛΑΤ(Η). Quoad formam accedit moneta haec ad sic dictas semi-bracteas. G. Schlumberger: Monnaies d'or d'un chef bulgare du XI siécle. Revue archéologique, nouvelle serie, 18 année, III Mars 1877. Paris, p. 173—6.

[1] Cresimir et Gojslav. V. acta nr. 45, p. 62. [2] Forsitan loco Νεστόμπος, slav. Нестапъ. V. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 376.

213.

C. a. 1015—20.

Archiepiscopi spalatensis Pauli, regnante in Chroatia Cresimiro, memoria.

Arbiter eterne, solus mirum qui fincxerat globum, iube hunc uolumen tuo sacro sereno aspicere uultu, quod pro suam adque suis debita obtulit domno Paulus, uenerabilis archiępiscopus, hoc librum psalmorum ad laudem sanctorum martyrum: Domnii, Anastasi atque sanctorum Cosmas et Damiani. Sed et uos quoque,

studiosi lectores, obnixe precamur, ut cuique manu uenerit, in uestris precibus me comemoretis. Rex regum, dicite cuncti, Christe deus, abde ei scelus. Me simul infimus diacono Maioni scriptore, ut et uos deum habeatis adiutorem et in ęvum feliciter letetis. Amen.

Nota in cod. msc. saeculi XI, qui nunc asservatur in bibliotheca archiepiscopali Zagrabiae. V. Starine VII, 47, ubi de hoc codice prolixius disserui.

Paulus hic idem archiepiscopus est, de quo Thomas archid. spalat. histor. salon c. XIV, p. 321 (ed. J. Lucii V. eiusdem adnotationes ad Monumenta hist. tragur. item Farlati: Illyr. sacr. III, 115) adnotavit: Paulus archiepiscopus fuit anno domini millesimo quinto decimo tempore Basilii et Constantini imperatorum constantinopolitanorum et Crescimiri eorum patritii et regis Croatorum; pater vero eiusdem archiepiscopi vocabatur Praestantius, qui eodem tempore primarius erat, hoc est rector civitatis spalatinae.

Cf. praeterea acta nr. 28, 30, 31. p. 36—40.

214.

A. 1024.

Chroatiae regis Cresimiri uxor cum filio Constantinopolim abducitur.

Anno 1024.. In hoc anno cecidit nix magna. Et in hoc anno transfretavit Bugiano[1] in Chorvatia[2], et comprehendit ipsam patrocissam[3] uxorem Cismigi[4], et direxit illam Constantinopolim.

Lupi protospatharii chronicon. Pertz: Mon. Germ. VII, 57. Muratori: Script. rer. ital. V, 42.

Millesimo XXIV, indictione VII. Barchavit Bugiano in Corbatia cum Barenses; et compraehendit ipsam patricissa uxor Cosmizi[4]; et adduxit illam in Bari; misitque eam cum filio suo in Constantinopoli.

Chronicon Barense (Anonymus Barensis) Muratori op. cit. V, 148.

Annalibus Barensibus, Lupi protospatharii et anonymi Barensis unus idemque fons est, prolixiores nimirum annales civitatis Barii, quibus ipsi, uti et Guilelmus Apulus, usque ad a. 1051 usi sunt; ab hoc inde anno tum Lupus protospatharius, quam anonymus Barensis e propria penu hauserunt. Quod rem nostram attinet, sat manifestum est, notitiam ex uno fonte haustam, verum in chronico (anonymo) Barensi plenius redditam esse. Cf. Ferd. Hirsch: de Italiae inferioris annalibus saeculi X et XI dissertatio. Berolini 1864.

[1] Basilius catepanus, qui et Bugianus. Ibid. ad an. 1018. [2] curbathia, curbachia, corbatia. [3] patricissa, principissam. Patricissa i. e. uxor patricii. [4] cosmigi, cormici, cosmici, cosmizi. Absque dubio mendum pro C(r)os(i)miri, Cresimiri.

215.

C. a. 1022—28.

S. Gerardus Iaderae, unde Hungariam petit.

(Dubiae fidei.)

Gerardus nacione uenetus, de ciuitate ueneciensi natus in palacio patricie familie[1] .. in baptismo Georgius est nominatus... Cum esset annorum quinque, cepit magnis febribus estuare; quod uidentes parentes eius, obtulerunt eum sancto Georgio martyri cum oblacionibus, ad eius monasterium deferentes puerum pro obtinenda sanitate coram abbate et monachis; ad quorum orationes cum esset sanatus, uestitus est habitu regulari[2] ... uocatum est nomen eius Gerhardus[3] ... Defuncto itaque patre monasterii[4], magister Gerhardus eligitur in abbatem... Post aliquot autem annos, quibus preerat prefato monasterio, uolens proficisci ad monasterium beati Jeronimi in Bethlehem, uisitareque sanctum locum, quem Christus glorificauit sua presencia, officium, quod susceperat, tentabat resignare ... Unde assumpto itinere nauem Zadriensium mercatorum ingressus, cum suis comitibus nauigacionem inchoaverunt. Exorta est autem eis magna difficultas remigandi in mari propter contrarium uentum et marinam tempestatem; unde applicuerunt cuidam monasterio, in quo contigit dominum Rasinam,[5] abbatem monasterii sancti Martini,[6] olim amicum suum peculiarem, adesse. Factum est autem, ut propter tempestatem progredi non ualentes compulsi sint tota quadragesima ibidem demorari, quod dominus Gerhardus grauiter tulit... Transactis autem diebus quadragesime ait abbas Rasina: „domine Gerharde!... ecce pergis Jerosolimam ad predicandum Saracenis et Iudeis; quomodo te recipient, qui apostolos non receperunt? ... Igitur placeat tibi consilium meum, ut conuertas mentes infidelium.. quod hac uice plebs Ungarorum maxime requirit, neque in mundo ad lucrandas animas domino locum ad presens inuenire poteris apciorem... Ascendentes ergo simul nauem uenerunt Zadriam, ubi ordinatis uictui necessariis, librisque asinis suis impositis, assumto secum quodam ductore, Crato nomine, qui uias ac semitas illarum parcium nouerat, quos ad preceptum domini sui usque in Engat sine offensione conduxit, indeque associato conductore alio ordinato, dictus Crato tendebat uersus orientem ingredi. Tandem Quinqueecclesias[7] ad dominum Maurum episcopum peruenerunt[8] ...

*

Vita s. Gerardi e codice lunaelacensi bibliothecae palat. vindobonensis saec. XV edidit St. L. Endlicher: rerum hungaricarum monumenta Arpadiana P. I, p. 206—234. Büdinger (Oesterreich. Geschichte I, 424—5. Leipzig 1858) censet, vitam, qualis ad nos devenit, post a. 1381 compilatam fuisse adhibitis nonnullis antiquioribus documentis.

Gerardum abbati Guillelmo in monasterio s. Georgii, quod mox post a. 982 conditum erat, anno 1021 successisse putant; eum vero pridem ante a. 1031. quo discipulus ipsius Emericus, regis Stephani filius, obiit, in Hungariam venisse, atque iter dalmaticum, si veritate nitatur, peregisse, temporum ratio contestatur. Cf. E. A. Cicogna: Delle inscrizioni Veneziane vol. IV, p. 244 ss. 284—8, V. 178 ss. Büdinger loc. cit.

[1] de Sagredo, patre Gerardo, matre Catharina Salomon. [2] Narratur dein, patrem cum cruce signatis „ad sepulchrum domini" profectum, ibique mortuum esse. [3] missus Bononiam studiorum gratia. [4] nomine Guillelmo. [5] Cf. Rašo, Rašan, Raško, Rašica. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 322. [6] Situs monasterii ignotus. Büdinger (loc. cit.) Simonis de Keza, qui Gerhardum fuisse „monachum de Rosacensi abbatia" (Gesta Hungarorum. ed. Endlicher I, 114) dicit, verba exponens monasterium s. Mariae de Rotaz (ОУ РЬТЬУКА. Miklošić: monum. serb. p 68) in antibariensi dioecesi subintelligi posse absque ratione conicit. [7] Unde deducere licet, iter Jaderâ terrestri via per Chroatiae interiora prosecutum fuisse. [8] Gesta Gerardi in Hungaria continuantur.

216.

A. 1026.

Sirmium Romanorum imperio orientali paret.

Τούτῳ τῷ ἔτει καὶ Πατζινάκαι εἰσβολὴν ἐποιήσαντο κατὰ Βουλγαρίας, καὶ πλεῖστον λαὸν καὶ στρατηγοὺς καὶ ταγματάρχας ἔσφαξαν καὶ ἐζώγρησαν· διὸ ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος τὸν Διογένην ἄρχοντα Σιρμίου ὑπάρχοντα καὶ δοῦκα τῆς Βουλγαρίας ἐποίησεν, ὅς συμπλακεὶς πολλάκις αὐτοῖς διεσπαρμένοις ἐτρέψατο καὶ ἠνάγκασε περαιωθέντας τὸν Ἴστρον ἡσυχίαν ἄγειν.

Hoc anno Patzinacae irruperunt in Bulgariam, et plurimos homines, duces ac cohortes occiderunt ac ceperunt. Itaque Constantinus (VIII) imperator Sirmii praefectum Diogenem[1] Bulgariae ducem creat, qui saepe cum eis palantibus commissa pugna, eos fudit, coegitque traiecto Istro quiescere.

Georgii Cedreni historiarum compendium II. p. 473 ed. Bonn. Joannis Zonarae annales lib. XVII. c. 10. p. 179. ed. Veneta. Quoad tempus v. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 600.

[1] Inde ab a. 1019. V. nr. 212, p. 432.

217.

A. 1032.

Ragusini cum Graecis pugnant contra Siciliae Saracenos, Illyrici oras vexantes.

Μετὰ μικρὸν ἀγγέλλονται τὰ κατασχόντα τὴν Ῥωμαίων ἀτυχήματα, Ἄραβες μὲν ληϊσάμενοι Μεσοποταμίαν μέχρι Μελιτηνῆς, Πατζινάκαι δὲ τὸν Ἴστρον διαβάντες καὶ τὴν Μυσίαν κακῶς διαθέμενοι, Σαρακηνοὶ δὲ τὴν παράλιον καταδραμόντες τοῦ Ἰλλυρικοῦ μέχρι Κερκύρας[1] καὶ αὐτὴν πυρπολήσαντες. ἀλλ' οἱ μὲν ἄλλοι ἀπήμονες κακῶν οἴκαδε ὑπενόστησαν, Σαρακηνοὶ δὲ ὑπό τε Ῥαουσαίων καὶ τοῦ στρατηγοῦντος ἐν Ναυπλίῳ[2] Νικηφόρου πατρικίου τοῦ υἱοῦ τοῦ Καραντηνοῦ κακῶς ἔπαθον, καταπολεμηθέντες καὶ τὰ πλείω ἀποβαλόντες τῶν σκαφῶν. οἱ δὲ περισωθέντες, οὓς εἶχον Ῥωμαίους αἰχμαλώτους ἀποκτείναντες, ἐν τῷ οἴκαδε ὑποστρέφειν ναυαγίῳ περιπεσόντες περὶ τὸ Σικελικὸν πέλαγος διεφθάρησαν.

Paulo post tristes nuncii de rebus Romanis allati sunt: Arabes in Mesopotamiam usque ad Melitenam grassari, Patzinacas Istro transmisso Mysiam infestare, Saracenos grassationibus et incendiis ora Illyrici vexando usque ad Corcyram[1] perexisse. Ac reliqui sane hostes illaesi domum redierunt: Saraceni a Ragusinis et Nicephoro patricio Nauplii praefecto[2], Caranteni filio, male sunt multati, praelio victi; et maiorem navium partem cum amisissent, domum redeuntes naufragio in Siculo mari perierunt.

G. Cedreni historiarum compendium II, 499. ed. Bonn. Cf. M. Glycae annalium P. IV, p. 582 ed. Bonn. Quoad tempus v. Muralt: Essai de Chronographie byzantine I, 608.

Ragusium agnoscebat hoc tempore supremum Byzantii imperatorum dominium, uti eiusdem documenta confirmant. Fundationales monasterii s. Benedicti in lacromensi insula de a. 1023 sic incipiunt: „Temporibus sanctorum imperatorum Basilii et Constantini" — item donationales ragusini prioris Petri Slabba de a. 1044, 19 februarii: „temporibus piissimi augusti Constantini scilicet Monomachi una cum domna Theodora piissima augusta" (Cod. dipl. CSD. I, 103. 112). Ragusio contigua erat Zachulmiae iuppa (v. nr. 205), ad quam etiam insula Meleta, quae prius Narentanorum erat (v. ibid. p. 406), pertinebat (Cod. dipl. CSD. I, 109).

[1] nunc Corfù. [2] in themate Peloponesi. Nauplia ad sinum argolicum.

218.

A. 1035, nov. vel dec.

Carantanorum dux Adalbero in suo cum imperio conflictu Chroatorum auxilio confidit.

Dignissimo dilectae filiolae Wormaciae patri, domno suo Azeconi episcopo G. infirmus et inutilis summi patris familias vespertinum denarium ... Ferunt domnum imperatorem augustum,[1] veteris existente causa odii. vehementer animatum esse in Adalberonem ducem et marchionem,[2] et ita animatum, quod convocatis coram se principibus, scilicet E(ckardo et) A(dalberto) marchionibus[3] caeterisque principibus, qui tunc ibi[4] intererant, quatinus ipsi Adalberoni ducatum suum et marcham iudicio abdicarent, preceperat. Sed ipsi, non id nisi in presentia et iudicio filii sui Henrici regis fieri debere, accepto consilio responderunt.... Abdicaturque Adalberoni ducatus et marcha.[5] Ergo dicunt, ipsum Adalberonem, confisum Cruvvatis et Mirmidonibus,[6] regiae potestati velle resistere, cuius occasionis timore cessabunt domi Bavvarii ab indicta expeditione. Marcham vero ipsius Adalberonis fertur commissam esse cuidam A(rnoldo) de L(ambach); ducatum autem nulli adhuc esse commisum, pro quo petendo domnus Cuono in ista ebdomada ad curtim proficiscitur.

Epistolarium saec. XII, cod. quondam Laureacensis, nunc vat. palat. nr. 930. A. Mai: Spicilegium Romanum t. V. p. 150. Böhmer: Notizenblatt (Beilage zum Archiv für Kunde österr. Geschichtsquellen). Jahrg. 1855, S. 520. Giesebrecht: Geschichte der deutschen Kaiserzeit. Aufl. IV. Bd. II, S. 700. Cod. dipl. CSD. I, 108. Nos adducimus epistolae loca, quae ad rem nostram pertinent.

A. 1036 aggressus est Adalbero Sounae comitem Wilhelmum (Annal. Hildesheim. ad a. 1036); utrum Chroatorum copiis adiutricibus, certe quidem non constat; verisimile tamen esse videtur, si id spectetur, quod Sounae comitatus Chroatiae collimitaneus fuerit.

[1] sc. Conradum II. [2] Carinthiae inde ab a. 1011. Adalbero filius erat Markwardi, comitis in Muriza. [3] Misniae prior, Austriae alter. [4] Bambergae. [5] Cf. Wiponis vita Chuonradi imp. c. 21 (Pertz: Mon. Germ. SS. XI, 267): „Paulo post (1035) Adalbero, dux Histrianorum siue Carintanorum, reus maiestatis, victus ab imperatore, cum filiis suis exulatus est". Item c. 33 (ibid. p. 271): „Eodem anno Adalbero dux Carantanorum, imperatoris gratiam perdens, ducatum amisit, et in exilium missus est". [6] Büdinger (Oesterr. Geschichte I, 460) legendum esse putat: „Cruuvatis [et] Mirmidonibus" = „seine Myrmidonen, die Kroaten". De caetero V. Vasiljevski (Русско-Византійскіе отрывки. Журн. минист. нар. просвѣщенія. Ч. 189. С. Петерб. 1877. p. 59—70, 176—185) demonstravit: Myrmidonum nomine a scriptoribus medii

aevi intelligi antropophagos, barbaros in genere, item plerumque Slavenos, et quidem Bulgaros vel Russos. Nostro loco Sloveni Carinthiae subintelligi videntur.

219.

C. a. 1020—1042.

Beati Gaudentii in absarensi episcopatu gesta.

1.

Refulgente gratia individuae trinitatis lux nova terris affulsit; illa scilicet lux, quae illuminat omnem hominem venientem in hunc mundum. Plures vero mortalium, ut suorum oculorum velamina deponerent, ad huius claritatis gaudia, agonizando contra labentis temporis temptationes, venire disposuerunt. Quorum Abel primus, iustus, recte dividendo et offerendo bravium coeleste arripuit. Deinde Noë, perfectus et simplex, lingua tacendo et iustitiam personando aquam personuit imminere filiis hominum; ipse vero in iustitia sua fluctus superantis aquae superavit, in libro quoque vitae adscriptus est. Abraham vero, in cuius obedientia neminem aequipollentem invenit, scriptura sacra testante de eo, voluisse pro holocausto deo mactare filium; ideoque facta sibi promissio, quod in semine suo, id est in Christo, ut apostolus explicavit, haereditatae essent gentes, in numero prophetarum inventus est primus. Eximiusque prophetarum David, quamvis sanguineus vir atque adulterinam caedem sortitus est, tandem poenitudinis magister factus, caeteris mortalibus exemplum et modum praebens poenitentiae in psalmo L, inter prophetas non modicam in regno coelorum habitat domum. Vel brevissime, ut ad materiam redeamus, idem ipse filius dei, qui dicitur Christus, et est lux vera illuminans, sic enim de se ipso ait: „ego sum lux mundi", non per creaturam aliquam sed per semet ipsum, indutus carne in sacratissima virgine, locutus est nobis deus dicens: „venite ad me omnes, qui laboratis et ego vos requiescere faciam".

Ad cuius vocem multi, divino spiritu opitulante, acurrere studuerunt, ex quibus unus ex innumerabilibus factus Absarensis episcopus, Gaudentius nomine, qui tanquam in aethere astra et inter astra lucifer rutilo colore suo revolvitur orbe, sic in domo dei, ubi congaudent angelorum agmina, clara fruitur aeterna luce. Dumque occasio ipsa (se) praebet, de nomine tanti pontificis ac insulae iam dictae, licet faciam de vita et moribus nec non et

obitus beati viri digressionem, tamen ad aedificationem legentium aliquid exponere non pigritemus.

Absarensis insula quadam similitudine axis interpretatur. Sicut enim axis pondus secum totum portat, sic etiam quidquid lucri ex labore deferentium sive pondere consequitur, haec insula reportat. Et sicut axis firmamenti plaustrum coeleste indeficienter revolvit, sic etiam insula, quae Absarum dicitur, olim florebat virorum pulchritudine; et inter alias Dalmatinas insulas in rerum opulentia locuplete eructare cuncta solebat.

Gaudentius vero pontifex, qui non solum ex ea natione Absarensium praeclaram originem duxit, verum etiam supernae civitatis gaudentium (inde gaudendo) praeclara origine angelorum, evulsa origine primae matris Evae, gaudere concupivit, qui postea ex rei eventu in subscribendis legentium sive audientium cordibus mirifice patebit.

Nunc vero ad ea, quae beatus vir, sanctus Gaudentius, passus est in vita sua per eius humilitatem, scriptoris stylus vertatur.

Tempore enim, quo ad pontificatum omnipotens deus ipsum sublimari voluit, die noctuque in dei laudibus frequentare disposuit, ieiuniis et eleemosynis deditus erat, et in templo dei assidue hostias offerre solebat. Et nobile principium ad finem perduxit.[1] Cum autem insidiator generis humani in suis sanctissimis actibus (illum) circumvenire aut circumvallare non potuit, ipsum per interpositam sive subiectam sibi creaturam, ut olim primo parenti, suggerere non declinavit. Per membrum suum, nobilem immo ignobilem virum praedictae civitatis, quasi aurum per ignem, examinare ac temptare, ut illum Iob, cui in terris similem non invenit, sic ipse latitanter in homine iam dicto, deo permittente, connixus est.

Ordo vero temptationis talis fuisse perhibetur, ut ore suo beatus vir nostris auribus intimavit. Ille vero nobilis, quasi ignobilis est reputandus, cum quadam, quae pulchra ducebatur specie tamen consanguinea, matrimonium contra interdictum religiosissimi pontificis contrahere nixus est. In principali festo, paschae, iam divinis incoeptis mysteriis ecclesiae limina suis cum complicibus armata manu violenter intrare non timuit. Quem beatus Gaudentius, tanquam bonus athleta ad certamen laetus accedens, vinculo excommunicationis percussit. Quamvis ex expulsione de ecclessia inimicus generis videtur convaluisse, nondum divina in terris peracta fuerant mysteria, dum apud omnipotentem deum in coelis suscepta credimus esse.

Tactus dolore pontifex dictus, quod id de tanta iniuria pensari debuerat, divina inspirante clementia, quae cum iniquis hominibus habitare noluerat ad totius orbis matrem mare adnatavit, ut quondam filii Israel mari rubro transmisso ad terram promissionis, scilicet Romanam ecclesiam, devenit.

Ut mater filium, sic tota curia Romana ipsum recepit; et consolari per dies plurimos ac largiri sibi non destitit auxilium, quod vir dei sanctus quaesierat.

Sed denique Absarensium populum, qui maledictione dei et sancti pontificis implicati fuerant, sine pastore et correctione relinquere non permisit; et apostolicis litteris confirmatum beatum Gaudentium suam ad civitatem Absarensem papa remittere curavit.

Benedictione itaque suscepta apostolica, et itinere gradiente suo ad Anconitanam tandem pervenit civitatem. Prudens quidam (vir), Petrus nomine, in suam honorifice suscepit domum, qui fundator tunc fuerat Novi Portus[2] coenobii.

Altera vero die nutu dei, qui talem thesaurum nobis donaturus fuerat, febrilis calor corpori depositi beati Gaudentii accedere iussus est, episcopo deprecante deum, ut a labore anima ipsius ad coelum scandere possit. Sicque factum est, ut a deò dispositum fuerat. Per fundatorem supra scripti monasterii, episcopo impetrante, ad coenobium cum populo civitatis deductus est. Ubi habitum beati Benedicti solemniter recepit, et in eadem ecclesia per dies perplurimos divina concessit potentia superesse. In quibus vel inter quos dies, quando potus sibi ferebatur aquae, nimium dolorem coeperat, quod vini meri saporem in tantum suo ore susceperat, ut sibi possit credi, quod nunquam suae voluntati parere coenobita voluisset. Iterum atque iterum immo multipliciter ab offerentibus aquae poculum, resumpto calice, vinum degustare gaudebant, quo aegris porrecto incolumes ab infirmitatibus recedebant, impleta prophetia domini: „o mors, ero mors tua, morsus tuus ero, inferne"; quia per febrem beatissimi viri Gaudentii febres peccatorum infirmantium destrui conspiciebantur. Cum autem placuit ei, qui eum segregavit ex utero matris suae et vocavit per gratiam suam in mundum, ad magnalia sua vocavit (eum)[3] Iam vero imminente die transitus ipsius, vocavit ad se fratres et discipulos totius congregationis; et cruce in manibus suscepta adoravit (eam) osculo oris sui; et data cunctis pace, videntibus et astantibus omnibus assumptus est cum gloria, (pridie) kalendis Junii[4] apud Portum Novum. Ubi tumulatus est et ubi multa praestantur bene-

ficia, praestante domino nostro Jesu Christo, cui sit honor et gloria in saecula saeculorum. Amen.

Divisa ergo de carnis ergastulo anima ipsius ascendit ad superos, ut obsequium compraeberet, in eius ascensione. Atque tantus odor ab eius corpore resolutus est, ut omnium aromatum fumus excidisse videretur.

Nunc ad ea, quae post tumulationem corporis facta sunt, in mente animus fidelium erigatur. Ad eius namque famam e vicinis partibus magna accurrebat multitudo non solum Anconensium et Firmensium sed etiam e longinquis partibus, ut ab omnipotente deo et intercessione sancti Gaudentii sospitatem diversorum membrorum de infirmitatibus consequi possent. Et quia deus lumen, quod ab ipso procedit, in tenebris latere non permittit, sed ut suorum opera luceant, ut ipse dixit: „opera, quae ego facio, et maiora horum facietis", tanta miraculorum beneficia iuxta sepulchrum beati viri facta conspiciuntur, ut conspicientibus nobis, qui adhuc supersumus, quidam, qui Philippus vocabatur, a daemonio arreptus, liberatus est; quaedam mulier Humanis,[6] a daemonio arrepta, liberata est; et a febribus, a paralysi, et ex aliis infirmitatibus et diversis morbis innumerabiles liberati. Supra tumulum, ubi quotidie lampades accenduntur, ipsius multoties post quarundam extinctionem ita accensae reperiuntur, ac si studiose ab aliquo accensae custodirentur. Jadrenses vero sub aliquo tempore in ecclesiam, ubi corpus beati viri requiescit, animis imvalescentibus intrare contendentes et linteamina extrahere et alia, quae in apparatu basilicae distensa fuerant, ibi percussi de ecclesia aliquid dilaniare, distrahere et rapere sive extrahere non potuerunt. Teutonici vero, qui viderunt paratam domum, magno cum exercitu ad eam descendere festinarunt. Et divino spiritu quidam accessit et liberavit domum, ad quam nullus eorum accedere potuit; et illaesa sic domus permansit. Angelorum vero chori multoties visi sunt in nocte, inter quos aspectus Gaudentii visibiliter apparuit, cantantes canticum domino.

Vita s. Gaudentii, quam Philippus Riceputti anno 1714 Crepsae (Cherso, Cres) e membrana, vetustate iam corrosa, quae quoudam una cum corpore Gaudentii in urna inclusa fuisse perhibetur, descripsit. Farlati: Illyr. sacr. V, 186—7.

Vitae auctor quidam monachus s. Mariae Portus Novi prope Anconam, synchronus et famliaris ipsius Gaudentii, esse creditur, quod contextus tenore confirmari videtur.

2.

Domino suo Nicolao[6] universali papae Petrus peccator monachus servitutem ... Venerabilis quoque Gaudentius Apsarensis episcopus, cuius ego familiaritatis dulcedinem merui,[7] per quem deus iam non ignobile miraculum fecerat, episcopatum dimisit, et de Sclavonico regno navigans littoribus Anconitanae urbis adplicuit, a qua non longe post biennium feliciter obiit.

Petrus Damianus: opusc. XIX de abdicatione episcopatus c. 1. Opera omnia Lugduni 1623. tom. III. p. 571.

Dilectisimis, apostolicae sedis electo et virgae Assur, Hildeprando[8] Petrus monachus salutem ... Adeo me sola sedes apostolica cruciat, ut ab his omnibus me dicendis avertat. In qua nimirum sede, cum admirari soleamus reverendae maiestatis antistitem, nunc despicabilis personae cernimus mintionem.[9] Haec venerabilis ille vir expertus fuerat, Petrus[10] videlicet Apsarensis episcopus, qui episcopatum dimisit, et de Sclavonico regno Italiam navigans littoribus Anconitanae urbis applicuit. Hic mihi, dum totius circa se regni reverentiam conquestus exponeret ac molestae inquietudinis taedia numeraret, inter caetera unum intulit, quod vos latere non patior. Quidam, inquit, degener quidem moribus sed maiorum titulis insignitus, sui generis consanguineam nuptiali sibi foedere copulavit. Quid plura? Prohibitus perstitit, excommunicatus adhaesit, totiusque ecclesiasticae censurae vigorem nugarum puerilium fabulas deputavit. Cui certe hoc ad divinae indignationis indicium contigit, ut panes de nuptialibus mensis in plateas ante canum ora proiecti minime tangerentur. Insuper, o divinae animadversionis parenda severitas! dum rigidus stat, dum praeceptis se sacerdotalibus non humiliat, qui vigilare sibimet ad salutem noluit, in cubiculo dormientem repente de celestibus irruens fulgur extinxit. Sic divini furoris expertus est moriendo sententiam, qui vulneri suo, dum viveret, adhibere contempserat medicinam. Hoc autem diximus, ut quam sanctae auctoritatis vir ille fuerit, qui episcopatum deseruit, monstraremus.

P. Damianus: opusc. XX. Apologeticus ob dimissum episcopatum c. 3. Opp. tom. III. p. 580—1 ed. cit.

Quodsi Gaudentius duobus annis post dimissum episcopatum obierat, resignaverat absarensi ecclesiae anno 1042. Et cum a. 1018 Martinus eandem sedem episcopalem teneret (Acta nr. 26, p. 34), sequitur, Gaudentium intra annos 1018 et 1042 absarensi ecclesiae praefuisse.

[1] Ferunt s. Gaudentium, dum ecclesiam absarensem gubernaret, plura monasteria Benedictinorum sub norma s. Romualdi erexisse, praeprimis monasterium s. Petri intra moenia Absarensis urbis, quod etiam titulum s. Gaudentii a fundatore obtinuit; alterum pro sacris virginibus subinde appellatum s. Mariae gratiarum, etiam Absari; tertium s. Michaelis a Sanselongo, tribus milliaribus dissitum a monte Absarensi; quartum s. Nicolai montis Grbi in eadem insula. Ex annalibus Camaldulensium Coleti in additamentis ad tom. V Illyr. sacr. p. 617—18. [2] Neoportus, 4 milliaribus ab Ancona, 2 a monte Conero. [3] In editione vitae sequitur: „Divisa ergo... canticum domino", dein „iam vero... Amen". Ordinem chronologicum restituendem esse censuimus. [4] vetustum exemplar vitae, quo Mathaeus Jaderensis usus est, habuit: „pridie Kalendas Junii", quod convenit magis cum altera nota diei obitus, ascensione videlicet domini. Exinde etiam annus obitus s. Gaudentii deducitur, ascensio quippe domini in pridie kal. Junii (31 Maii) incidit a. 1033 et 1044, quorum alterum praeeligendum esse, svadent epistolae Petri Damiani. Gaudentius itaque obiit in neoportensi monasterio die 31 Martii 1044. Cf. Coleti loc. cit. item Farlati: Illyr. sacr. V, 190. [5] i. e ex urbe Humana, non multum ab Ancona meridiem versus distante, oriunda. [6] subintelligitur Nicolaus II (1059—1061). [7] Petrus Damiani, patria Ravenas, in monasterio s. Andreae ad Fontem Avellanum vitam monasticam profiteri coepit, demum a. 1041 eidem monasterio abbas suffectus est. Hoc omnino tempore beati Gaudentii familiaritatem meruit. [8] Dein papa nomine Gregorius VII. [9] Cadaloum antipapam (Honorium II a. 1061—4) intelligit. [10] i. e. Gaudentius.

220.

A. 1050.

Venetorum contra Jaderam expeditio.

Anno domini millesimo quinquagesimo. Dominicus Contarenus, qui in illis temporibus erat dux Venecie,[1] (sui ducatus anno septimo) iuit Jaderam cum exercitu et cepit eam.

Annales veneti. Cod. bibl. Marc. Z nr. 400. Chronic. Marci[2] cod. Marc. bibl. 124 cl. XI ital. Simonsfeld: Kurze Venezianer Annalen. Neues Archiv der Gesellschaft für ältere deutsche Geschichtskunde. Bd. I, S. 702. Hannover 1876.

Idem cod. bibl. vatic. nr. 5273. solummodo quoad tempus difert, notando: „anno domini millesimo sexagesimo secundo", prout etiam in cronaca veneta da Canale[3] (Archivio storico italiano tom. VIII, p. 292. Firenze 1845) legitur: „Saches, seignors, que au tens de lui (Mesire Domenche Contarins) pristrent les Veneciens Jadre, et ce fu en l'an de l'incarnation de Notre Seignor Jesu Christ MLXII. Et saches, que li Jaretins furent si orguillos, que il avoient revelee la vile as Veneciens, et por ce la pristrent Veneciens a celui tens, et la mistrent en subiecion de lor Seignor: ce fu de Monseignor li Dus Mesire Domenche Contarins".
Tandem A. Dandulus (chron. venet. Muratori: Script. rer. ital. XII.

244): „Hoc tempore Salomon rex Hungariae terrestria loca Dalmatiae inquietans Jadratinos, qui promissam ducis fidelitatem hucusque servarant, ad rebellionem induxit. Postea itaque orta discordia inter Salomonem regem et fratres Geyza et Ladislaum maximis regnum conquassatur angustiis[4]. Tunc iste dux (sc. Dominicus Contarenus), sui ducatus anno II[5] hostiliter egressus, quibusdam incolis confaventibus Jadram recuperavit. Similiter ex Dalmatinis aliqui ducis praesentiam cognoscentes ad exhibendam subiectionem solitam accesserunt". Quae de Salomonis regis (a. 1063—74) in Dalmatiam influxu hicce notantur, conficta esse, cuique eventuum temporis illius gnaro facile patebit. Cf. Simonsfeld: Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke. S. 134. München 1876.

Omnes melioris notae codices annalium veneticorum expeditionem Dominici Contareni ad. a. 1050 referunt.

[1] a. 1043—1071. [2] de quo vide Simonsfeld: Andreas Dandolo. S. 111. [3] chronicon coepit compilari a. 1267. Simonsfeld: Andreas Dandolo S. 110—111. [4] Idem A. Dandulus (ed. cit. p. 239) ad ducatum Petri Barbolani notat: „Andreas interea Hungariae rex Dalmatinos continue inquietans aliquos tandem ad deditionem coegit". Quod quam falsum sit, colligitur vel ex eo, quod Petrus Barbolanus a. 1026—1030 Venetiis, Andreas vero a. 1046—1061 Hungariae praeesset. [5] adeoque a. 1044, nisi supponere liceat numerum V ante II excidisse.

221.

Archiepiscoporum spalatensium altero saeculi XI dimidio memoriae.

1.

C. a. 1052—1060.

Archiepiscopus Joannes.

Post Dabralem fuit quidam Joannes archiepiscopus spalatensis. Ipse aedificavit ecclesiam sancti Felicis super rivum.[1] Et cum prae senectute iam factus esset inutilis, cessit ab onere pastorali; et in eadem ecclesia non longo tempore degens, ibidem mortis debitum solvit.

Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XV, p. 322 ed. J. Lucii. V. nro 154, p. 205, ubi agitur de synodo Spalati sub Joanne celebrato. Quoad tempus pontificatus Dabralis v. p. 200. Unde sequitur, Dabralem non Paulo sed Lampridio successisse. Quae sub Dabrale, cuius pontificatus initium perperam a Thoma archid. (ibid. p. 321) ad a. 1030 ponitur, acciderant, adducta sunt ad nr. 152, 153 p. 199—204.

A. 1060—1099.

2.

Archiepiscopus Laurentius.

Ea tempestate quidam apostolicae sedis legatus[2] ad ecclesiam spalatensem accedens provincialem synodum congregavit. Ubi cum omnes spalatensis metropolis episcopi convenissent, antequam dimitteretur concilium, tractatum est de electione metropolitani; quia spalatensis ecclesia tunc[3] vacabat. Et factum est, divina gratia inspirante, ut omnium mentes et vota in personam venerabilis viri Laurentii, apsarensis episcopi, qui cum caeteris suffraganeis ad synodum venerat, concordarent, ipsum in patrem et archiepiscopum unanimiter proclamantes. Missa ergo relatione ad romanam curiam,[4] postulationem de ipso factam domino papae praesentaverunt. Et quia testimonium habebat bonum ab omnibus, facile admissa est petitio eorum; deditque ei summus pontifex licentiam transeundi, mittens[5] ei pallium dignitatis cum confirmatione privilegiorum metropolicae auctoritatis.[6]

Fuit autem Laurentius iste Dalmatinus origine, statura quidem pusillus sed sapientia magnus. Cepit ergo sua vigilanti industria ecclesiam in temporalibus et spiritualibus sublevare, et per totam provinciam praedicando discurrere, et sicut bonus pastor super gregis sui custodia tota sollicitudine insistere.

Ipse autem Laurentius non sibi aut carnalibus erat proximis intentus acquirere, sed omnia ad proprietatem ecclesiae ascribebat. Tantum enim studiosus extitit ad ampliandum et decorandum ecclesiae thesaurum, ut quendam proprium servum in Antiochiam ad discendum fabrilia opera auri et argenti dirigiret. Qui cum iam bene instructus rediisset, fecit venerandus pontifex excudi ab ipso candelabra magna de argento et alia candelabra manualia. Fecit etiam urceum magnum, et alium parvum, et ciminile[7] manicatum, calicem et capsam, uncum pastoralem[8] et crucem, et alia quaedam quae omnia perfecit opere sculptorio artis ingenio antiochenae.

His temporibus Adam quidam Parisiensis, optime in artibus elimatus, pergendo Athenas ad Graecorum studia devenit Spalatum. Et cum fuisset a Laurentio antistite honorifice susceptus, rogatus est ab eodem, ut passiones beatorum martyrum Domnii et Anastasii, quae inculto fuerant antiquitus sermone conscriptae, luculenta faceret compositione nitere. Quod ille gratanti corde consensit, sumtoque themate a veteribus historiis legendas utriusque martyris lepido satis dictamine innovavit.[9] Hymnos etiam compo-

suit, ac quicquid de beato Domnio musice canitur, metrico sermone conscripsit.[10]

Per idem tempus vacante ecclesia traguriensi electus est quidam Joannes, natione Italicus; et praesentatus Laurentio archiepiscopo, munus ab eo consecrationis accepit. Hic prae caeteris episcopis apud Laurentium maioris dilectionis et familiaritatis praerogativa gaudebat, quia erat vir litteratus et bonus. Pro amore siquidem coelestis patriae cuncta carnis blandimenta contemnens asperrimam vitam ducebat, et (sicut asserunt) ad tantam virtutum gratiam excrevit, ut quaedam in eo sanctitatis insignia eniterent; unde et in vita et post mortem in magna veneratione habitus est a civibus suis.

Temporibus domini Laurentii archiepiscopi quaedam execrandi schismatis fuit suborta contentio in Dalmatiae et Chroatiae regno...[11]

Denique his taliter actis ad Laurentium archiepiscopum redeamus. Ordinatus est in sede salonitanae ecclesia anno millesimo sexagesimo, (sedit) temporibus Michaelis imperatoris, regum vero Stephani, Cresimiri et Suinimiri,[12] qui fuit ultimus rex Chroatorum.

Iste Laurentius inter multa alia pietatis opera fecit monasterium monialium sancti Benedicti,[13] quod satis abundanter temporalibus preditum subsidiis, regularibus instituit disciplinis, ponens ibi religiosas feminas, quae iuste casteque viventes sancta conversatione deberent deo et hominibus complacere.

His temporibus celebrata fuit synodus in civitate nonensi sub Joanne cardinali, apostolicae sedis legato...[14]

Praefuit autem Laurentius salonitanae metropoli annis circiter quadraginta.

Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XVI, p. 322—5 ed. J. Lucii.

Laurentius sedit annis XL. Iste tempore suo fecit monasterium sancti Benedicti, et fecit candelabra magna argentea et multa alia bona. Obiit IIX die mense Julio, tumulatus in capella sancti Matthaei in tumulo superiori.

Memoriae archiepisc. salon. et spalat. ed. J. Lucii p. 386.

Inscriptio in antica parte arcae marmoreae, in qua depositum est corpus Laurentii in aede s. Matthaei prope ecclesiam s. Domnii:

Qui sim, scire venis, qui mortis stringor habenis?
Pastor eram turbis huius, Laurentius, urbis,

Quam ego dum rexi, si quid minus utile gessi,
Id prece. te flagito, tergas, ut opifice Christo
Crimine te sanctus rex purget, virgine natus.

J. Lucius de regn. Dalm. et Croat. p. 474. ed. Amstelod. Farlati: Illyr. sacr. III, 159—160. Cod. dipl. CSD. I, 219.

3.

A. 1100—1.

Crescentius archiepiscopus.

Quo (sc. Laurentio) quiescente in domino, de subrogandi electione non potuerunt esse concordes. Quamobrem voluntas omnium extitit, ad dominum papam[15] legationem mittere suppliciter postulando, ut spalatensi ecclesiae de pastore idoneo provideret. Tandem eorum petitionibus summus pontifex acquievit, dans ei praesulem Crescentium, natione Romanum, virum valde egregium et omni praeditum bonitate.

Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XVI, p. 325 ed. J. Lucii.

Adsunt litterae papae Paschalis II, datae in Laterano di 19 aprilis 1102, quibus Crescentio iura metropolitana confirmantur et pallium conceditur. Farlati: Illyr. sacr. III, 162 ex archivo capituli spalatensis. Cod. dipl. CSD. II, 3. Jaffè: Regesta pontif. rom. nr. 4421.

Nullum dubium est, Thomam, scriptorem saeculi XIII, in concinanda hac archiepiscoporum saeculi XI memoria, documentis antiquioribus usum fuisse.

Nominati archiepiscopi in cathalogis episcoporum ecclesiae salonitanae (Farlati I, 317 ss.) aeque reperiuntur; sed cum sequioribus aetatibus compilati sint, eosdem praetermittimus.

[1] Memoria archiepiscopum salonitanae et spalatinae ecclesiae ed. J. Lucii p. 386 habet: „Joannes — et iste fuit Spalat(ensis), et aedificavit ecclesiam s. Felicis de rivo“. [2] Fuit Mainardus v. nr. 154 p. 204—5. [3] resignante Joanne. [4] sc. ad papam Nicolaum II. [5] ut puto, per Teuzonem apocrisarium. V. acta nr. 42, p. 59. [6] V. nr. 154 p. 205—6. [7] ciminile, vas, in quo sacerdos sacra faciens manus abluit. Du Cange: glossarium med. et inf latinitatis ad h. v. [8] virga vel baculus episcopalis recurvus [9] V. p. 288. [10] In officio s. Domnii, quod Spalati recitatur, adsunt hymni ad vesperas et ad matutinum, ast utrum ab Adamo compositi, non liquet. [11] Quae sequuntur v. nr. 154, p. 204. item nr. 155, p. 206. nr. 156, p. 210. [12] Michael III imperavit ab octobri 1071 usque ad aprilem 1078, tempore quo Laurentius ordinatus est imperabat Constantinus XI, nisi adhuc Isaacus II Comnenus. Si excipias Stephanum, Laurentius praefuit ecclesiae temporibus praefatorum regum, nimirum (Petri) Cresimiri et Svinimiri, immo et Stephani II, cuius memoria Thomae excidit. [13] Vide litteras fundationales nro 57, pag. 75. [14] Vide nro 159, p. 213. [15] Paschalem II

222.

Inde ab a. 1063.

E vita b. Joannis episcopi traguriensis.

Conditor humani generis dominus noster, volens ecclesiae, quam filii sui Jesu Christi, dormientis in cruce, sanguine dedicaverat, fundamenta stabilire in montibus sanctorum, ad ipsius roboris firmitatem alios elegit apostolos, quorum praedicationis sonus in omnem terram exiret; alios quidem martyres, qui pro testimonio fidei eius et lege servanda, velut agonistae fortissimi, usque ad mortem certantes sanguinem proprium efuderunt; quosdam vero confessores, qui licet non succubuerunt gladiis persequentium, crucifigentes tamen carnem suam cum vitiis et concupiscentiis, palmam martyrii nullatenus amiserunt.

De quorum consortio beatum Joannem, traguriensis civitatis antistitem, fuisse credimus. Qui cuius vitae vel meriti fuerit, et qualiter ad apicem infulae pontificalis pervenerit, sequens textus edocet manifeste.

Temporibus igitur C(resimiri) regis (Chroatorum), cum quidam legatus (sc. Johannes cardinalis),[1] ab urbe Roma missus ad partes Sclavoniae,[2] intrans Dalmatiam venisset in civitatem Jadratinam, occurrunt ei cives Tragurienses, orantes, ut per terram eorum iter faceret, quia civitas sua, crebris bellorum incursibus diutissimaque civium dissensione agitata, destructioni proxima ferebatur. Qui legationis iniunctae sibi nulla potiora initia se posse dare considerans, quam in initio viarum suarum civilia bella pacare, petitioni conscendens illorum, cum illis navigavit ad urbem. Ubi datis salutaribus monitis seditionem sedavit antiquam et civilem discordiam pacis concordia commutavit.

Moram autem eo faciente in Traguriensi civitate, contigit eiusdem urbis praesulem de praesenti vita migrare. Post cuius obitum clerus et populus universus ad legatum convenientes deprecabantur voto supplici, ut eis dignaretur providere pastorem de his, quos in suo adduxerat comitatu. Quod cum sibi grave videretur admodum, tum propter patriae longinquam distantiam, tum propter diversos mores et instituta locorum, tum etiam quia difficulter sperabat esse personam in suo comitatu ad hoc voluntariam, votis illorum aquiescere recusabat. Assiduis demum precibus fatigatus eorum, animadvertit inter clericos comitatus sui quendam iuvenili adhuc aetate, tamen lenitate florentem, genere nobilem,[3] scientia

plenum, probatum moribus, Joannem nomine. Quem his exhortationibus adoritur dicens: „Non est tuae discretioni secretum, fili carissime! quanta precum instantia me fatigare non cessat populus civitatis huius postulando de sociis nostris aliquem in ecclesiae suae futurum praesulem et rectorem. Et quia vox populi fertur esse divina, operae pretium videtur nobis eorum debere condescendere postulationi. Nunc ergo confortare in domino et in potentia virtutis eius accingens te ipsum ad subeundem pondus oneris et honoris; cum praeter te non sit inter comites nostros quipiam, de circumspectione cuius possimus huic ecclesiae providere". Quibus auditis turbatus infremuit, et ut erat columbinae simplicitatis, verecunda facie respondens ait: „Quid in me, pater et domine! tuae displicuit paternitati? cur mihi perferre svades pondus, quod humeri, potentes et fortes ad onera, expavent? praesertim cum et corporis vires et scientia desit animo, nec vitae cursus congruat gravitati. Sed et si mea tibi, domine! videntur ingrata obsequia: licentia tua nativitatis patriam repetam, de qua huc, te prosecutus, adveni, potius quam in hac parte cuiuspiam consiliis acquiescam". Contradicente autem Joanne legati consilio, adiiciente quoque, se subiturum quodvis genus supplicii, priusquam onus solicitudinis pastoralis, egreditur ad plebem legatus, et expectationi eius in hunc modum respondit: „Fratres et filii! honestis iustisque petitionibus vestris, quantum cum deo poteram, satisfacere proposueram; sed meo proposito effectus operis contradicit. Est enim in comitatu legationis nostrae quidam, quem, quia scientiae plenitudine ac morum gravitate iuvenilem transcendit aetatem, vestrae petitioni tradere satagebam. Sed quia ipsius animo svadere nequeo, quod vel meo consilio acquiescat vel vestrae voluntati consentiat, ite et iuxta beneplacitum vestrum de provida persona et ecclesiae vestrae idonea iuste et rationalibiter cogitate". Qui ob hanc vocem moerentes effecti ac tristes, clerus omnis ac populus, metuentes ne civitas dissoluta, sine pastore dimissa post legati recessum, in deteriora relapsa prioribus, ad irevocabile praecipitium vergeret, pari voto se ipsos adstringunt a legati foribus non recessuros, nisi prius per illum postulationis suae finem consequerentur optatum. Cumque innotuissent ei vota populi, commotus iterato clamore plebis, ad saepe dictum iuvenem convertitur rursus et eum in hunc modum affatur dicens: „Fili carissime! non te latet, ut credo et certus sum, quod sit bonum viro, cum portaverit iugum ab adolescentia sua, cum iugum enim suave sit

ad portandum et leve onus ipsius, prout in evangelio legimus, ad ferendum. Ideoque scire te, frater! oportet, quia divinae providentiae sententia te invitat per voces istius populi, ut reddas in hoc loco domino vota tua, et ut sacrificando laudis hostias offeras altissimo vitulum labiorum tuorum". Acquiescens demum iuvenis legati sermonibus, et considerans quod divina non potest mutari sententia, respondens ait: „Si provisum est dispositione domini sic, quod non possit aliter fieri; dummodo ipsi ecclesiae labor meus possit proficere, voluntas dei, pater! et tua fiat". Laetus itaque legatus ad plebem egreditur, et eius desideria completa esse revelat. Exultat clerus, congaudet populus, et gratiarum deo et sanctae Romanae ecclesiae pro tanta sibi collata persona ferentes unanimiter deposcunt, ut quantocius in praesulem consecretur.

Legato suo prosequente legationis suae iter, consecratur a Laurentio, Salonitanae sedis archipraesule,[4] atque ad urbem Traguriensem reversus cum gaudio plebis suscipitur universae.

Sublimatus igitur cathedra pontificali non dedit se corrumpendum inertiae, veluti plerique adepti causam desidiosae quietis solent. Sed iugi meditationi intentus, totius vitae suae cursum ieiuniis, orationibus, vigiliis et eleemosinis adorsus est. Erat autem in oratione facundus, in sapientia praecelsus, pietate affabilis, in sermone verax, in iudicio iustus, et reddens, quae sunt dei deo, humani favoris auram fugiens. In faciem hominum vestiebat ful gidam vestem et celebrem, super nudo vero intrinsecus asperrimo cilicio utebatur. Nec secus quoque toto vitae suae cursu fuit. Usus thalami proprio cubiculo, quod a cubiculariis eius egregie paratum spernebat; atque cubiculariis eisdem emissis et admisso secretius paupere, eum in memorato cubili locabat; ipse autem post longas noctis vigilias, pavimento substernens aspersos asparagos, nudus desuper, carnem crudelius delicto macerans, pernoctabat.

Haec et his similia longo usu temporum eo faciente, contigit, quod anno quodam, tempore iam vindemiarum propinquante, grando superveniens vineas contudit adeo, quod vinitores non uvas sed racemos rarissimos domum referent. Episcopi autem vindemiarii, cum et ipsi simili ratione tam paucos reportarent racemos, iuxta terrae consvetudinem ut vix tinam possent dimidiare nunciant ei, quam modicum racemorum de suis vineis reportassent. Quibus ille: „Potens est deus, qui de sicca rupe per Moysen, servum suum, aquam toti populo Israeli sufficientem eduxit, etiam nobis

de racemis pauculis vini copiam elargiri. Ite, quod dederit deus, cui deservio, in ipsius nominis potentia eliquate. Ministri autem euntes fecerunt, sicut eis fuerat imperatum. Et cum eliquare coepissent, tanta vini prorupit abundantia, quod de vase tam parvulo tria magna usque ad summum sunt repleta dolia, vini continua copia efluente. Quod cum viderent cum stupore et admiratione, studuerunt beato viro nunciare dicentes: „Domine! mira res et stupenda valde; de tanta paucitate uvarum tres maiores replevimus iam vegetes; et quod est mirabilius, idem vini fluxus indeficiens perseverat". Quibus moderate respondens inquit: „Misereatur vestri deus, filioli! quare dei misericordiam in invidiam convertitis? Ecce vere, quod nunc abundat, iam cessavit omnino; et vos reati huius non modo nobis verum etiam obnoxii eritis universae plebi". Illi vero ad opus suum regressi, sicut vir sanctus praelocutus fuerat, invenerunt vinum iam penitus a fluxu quievisse.

Alio vero tempore cum navigaret ad oppidum quod dicitur Sibenicum, et in navicula, qua vehebatur sanctus, veheretur vini etiam dolium, et ventum esset ad locum, qui vulgo Plancha,[5] latine aut(em) Hyllis vel promontorium Diomedis vocatur, motus vehemens factus est in mari. Et quia praefatus locus, a terra ferre praecisus et quadam latitudine porrectus in mari, plerumque vero marinis cooperitur fluctibus, navigium memoratum, incaute in idipsum ruens saxum, submersum est cum omnibus, quae ferebat. De quo navigio cum alii natando, alii tabulis haerentes, si quas obtulisset casus, exirent, solus antistes super undas maris, quasi super aridam, illaesus exivit. Ultimo autem, eo iubente navigium ita illaesum cum rebus suis de profundis educitur, ut in supra fatum vini dolium stilla non subrepserit aquae.

E vita s. Joannis episcopi Traguriensis ed. J. Lucius Romae 1657, item Farlati: Illyr. sacr. IV, 310 ss. Adducimus partem primam vitae (i. e. cap. I—III), continentem acta episcopi ante Colomani regis in Dalmatiam adventum. De hac vita v. St. Pavlović-Lucić: Memorie di cose dalmatiche. Zara 1864.

Vitae auctor eruitur ex his epilogi verbis: „Ego Treguanus humilis lector, natione Tuscus, patria Florentinus, licet indignus in eadem traguriensi ecclesia gerens archidiaconatus ministerium, rogatus a venerabili viro domino meo Michaele, eiusdem ecclesiae praesule, sicut de vita sancti confessoris in quibusdam codicibus, iam ex maiori parte vetustate deletis, inveni, in praesens opus ad honorem dei sanctaeque romanae ecclesiae reformavi, de inventis nihil minuens, de meis nihil adiiciens. Quae autem de ipsius translatione et brachii relatione scripta leguntur,

ideo praenotavi diligenter, ne essent occulta de divinis miraculis, quae ex sexagiuta bonorum assertione virorum fuisse vera probatum est. Scripta sunt haec omnia anno dominicae incarnationis MCCIII, tempore domini Innocentii papae III, pontificatus eius anno sexto".

Joannem a. 1069 evectum fuisse ad sedem episcopalem, adnotavi p. 209.

[1] V. nr. 155, p. 208. [2] In codice „iam ex maiore parte vetustate deleto", quo auctor vitae utebatur, ita opinione nostra legebatur. Infra vero legens Colomani nomen, ibi quoque illud adposuit, atque Cresimiro Colomanum, Chroatiae Hungariam, Sclavoniae Pannoniam substituit; unde hic textus prodiit: „Temporibus igitur Colomani, regis Hungariae... ad partes Pannoniae, intrans Dalmatiam". Cf. p. 208 „de partibus Sclavoniae. Vix enim probari posset, legatum in Pannoniam missum Jaderâ Tragurium divertisse. Quo in casu Colomano „Salomon" substituendus esset, qui a. 1063 Hungariae thronum ascendit. [3] secundum communem opinionem e nobilissima Ursinorum (Orsini) gente Romana. [4] V. supra nro praecedenti. [5] nunc adhuc punta della Plancha (Ploča).

223.

A. 1073.

Hungarorum in Sirmium et oppida ad Savum et Istrum incursus hostiles.

Ὁ βασιλεὺς Μιχαὴλ[1] φροντίσι μυρίαις ἐπάλαιε, τῶν τε Σκυθῶν[2] Θρᾴκην τε καὶ Μακεδονίαν κατατρεχόντων, τοῦ τε Σθλαβίνων ἔθνους[3] τῆς δουλείας Ῥωμαίων ἀφηνιάσαντος καὶ τὴν Βουλγάρων δῃοῦντός τε καὶ ληϊζομένου. Σκοῦποί[4] τε καὶ Ναΐσος[5] ἐπορθοῦντο, καὶ αὐτὸ δὴ τὸ Σίρμιον καὶ τὰ περὶ τὸν Σαβίαν ποταμὸν χωρία καὶ αἱ παρίστριοι πόλεις αἱ μέχρι Βυδίνης[6] κακῶς διετίθεντο. ἐκεῖθεν δ' αὖθις Χωροβάτοι καὶ Διοκλεῖς ἀποστάντες ἅπαν τὸ Ἰλλυρικὸν[7] κακῶς διετίθουν.

Imperator Michaël[1] curis innumerabilibus conflictabatur: Scythis[2] quidem Thraciam et Macedoniam incursantibus, Sthlavinorum[3] vero gente iugum Romanae dominationis excutiente et Bulgariam rapinis atque incendiis agente ferenteque. Scupi[4] quoque et Naisus[5] vastabantur, quin ipsum etiam Sirmium et quae circa Saviam amnem sita sunt oppida, quaeque ad Istrum usque Vidinam[6] iacent civitates graviter laborabant. Inde rursus Chorobati et Dioclenses rebellantes universum Illyricum[7] infestabant.

Nicephori Bryenii commentariorum lib. III, c. 1. p. 100 ed. Bonn. Quoad tempus v. Muralt: Essai de Chronographie Byzantine 1057—1453. I, 24 ss.

Auctor, maritus Annae, filiae imp. Alexii I Comneni (1081—1118) svasu socrus suae imperatricis Irene scripsit res gestas a. 1057—1081 i. e. a victoria Isaaci I Comneni usque ad dethronisationem Nicephori III Botoniatis. Ipse eorum, quae scripsit, non exigua pars erat.

Τὸ τῶν Οὔννων ἔθνος πολλὰ μὲν πολλάκις τὴν Ῥωμαίων κατέδραμε γῆν, ὀλίγῳ δὲ ἔμπροσθεν τῆς Ἀλεξίου τοῦ Κομνηνοῦ βασιλείας Σίρμιόν τε εἷλε καὶ πολλὰς τῶν Παριστρίων ἀνδραποδισάμενος πόλεων ἄχρι καὶ ἐπὶ Ναϊσὸν ἦλθεν. ἔνθα τῇ τοῦ μάρτυρος τοῦδε ἱερᾷ περιτετυχηκότες σορῷ ὅλον μὲν ἀφαιρεῖσθαι τὸ σῶμα κεκρίκασιν οἶμαι ἀπάνθρωπον, τήν γε μὲν χεῖρα διελόμενοι ἀπεχώρησαν· ἐν Σιρμίῳ δὲ γεγονότες ἐπὶ τὸν τῇδε τοῦ μάρτυρος Δημητρίου κατέθεντο νεών, ὅν ἐν τοῖς ἄνω χρόνοις ὁ τὴν τοῦ Ἰλλυρικοῦ διέπων ἐδομήσατο ἀρχήν.

Hunnorum gens saepe Romanorum fines incursavit, et paulo antequam imperaret Alexius Comnenus, Sirmium cepit multisque Transistrianis urbibus expugnatis Naisum usque pervenit. Ibi in sanctum illius martyris (Procopii) incidentes feretrum, totum quidem inde corpus auferre inhumanum, ut arbitror, existimantes sola manu ablata recessere, et Sirmium reversi eam deposuere in templo Demetrii[8] martyris, quod pridem extruxerat is, qui Illyricum praefectus regebat.

Joannis Cinnami historiarum lib. V, c. 8, p. 227. ed. Bonn.

Auctor erat βασιλικὸς γραμματικός sub imp. Emanuele Comneno (1143—80), cuius etiam in expeditionibus bellicis comes fuit.

Nicephorus Bryenius et Joannes Cinnamus idem tempus eademque adiuncta respiciunt. Sed dum Nicephorus non nominat gentem, a qua Sirmium et circa Savum oppida vastabantur, Hunnos i. e. Hungaros fuisse Joannes aperte dicit.

De Hungarorum in partes illas incursibus patrii scriptores aeque referunt:

Anno ab incarnacione domini MLXVIII ciuitas Bulgarorum a rege Salamone capitur, rursumque ab isdem Bulgaris et Grecis dolo recipitur... Anno MLXXII Salomon rex Bulgarense regnum inuasit.

Chronicon Posoniense e cod. saec. XIII ed. S. L. Endlicher: rer. hung. monumenta Arpadiana I, 56.

Brevem chronici notitiam pluribus adornavit Joannes de Thurocz: Chronica Hungarorum c. 50, pag. 189. Script. rer. hungar. J. G. Schwandtner. Tyrnaviae 1765.

Immo sub rege Andrea I Sirmium ab Hungaris duce palatino Rado occupatum ad tempus esset, si eiusdem palatini donationalibus anni 1057 (Koller: histor. episcop. quinqueecl. I, 147. Fejér: cod. diplom. hung. I, 394. Cod. dipl. CSD. I, 116) fides adhiberetur. Ibi quippe do-

nator inter caetera dicit: „Rogaui etiam graciam dominorum meorum gloriosissimi Andree regis et optimi ducis Adalberti ego Rado palatinus, ut monasterium meum sancti Demetrii supra Zauam[8] fluuium, quod multis bellicis laboribus cum tota prouincia illa sancte corone rectificaui et iterum acquisiui, quia illud monasterium est in parochia sancti Petri quinqueeclesiensis, sicut in spiritualibus ita etiam temporale dominium, quod ego Rado in illo habeo, quod patronatum uocant, dedi eciam sancto Petro quinqueecclesiensi et patri nostro episcopo Mauro, ubi etiam sepulturam uolo" .... Ast donationales has sequiori tempore confictas fuisse, virorum eruditorum ferre communis est opinio. Cf. Unius e Croatis responsa p. 67—75.

Quaenam imp. Michael III ad supprimendos Chroatos et Dioclenses egerit, idem Nicephorus Bryenius subseque fusius narrat atque a me in Rad XXVII, 123 ss. uberius exposita sunt. Quum tamen Chroatorum nomine hic loci Serbi indigitentur, prouti ipsa expositionis series extra omne dubium ponit, illa in hoc opere missa facimus. Chroatorum et Serborum nomen absque discriminе adhibitum fuisse, testis est Joannes Zonaras, qui annal. lib. XVIII, c. 17, p. 226 ed. Venet. eundem eventum exponere addorsus est ita: „Τῷ τρίτῳ δ' ἔτει τῆς βασιλείας αὐτοῦ τὸ τῶν Χροβάτων ἔθνος, οὕς δὴ καὶ Σέρβους τινὲς καλοῦσι, κεκινητο, τὴν τῶν Βουλγάρων χώραν ἐπικεχειρηκὸς καταχεῖν.

[1] A 24 Oct. 1071 usque ad 31 martii 1078. [2] Nonnulli Patzinacitas intellexerunt, verum Hungaros subintelligendes esse e J. Cinnamo deducitur. [3] i. e. Bulgaros et Serbos. [4] Skoplje ad Vardar fl. [5] Niš. [6] Vidin, slav. Бъдынъ. [7] Quamnam regionem auctor subintelligat, deducitur ex hac expositione: „Δυρράχιον, ὁ μητρόπολίς ἐστι τοῦ Ἰλλυρικοῦ" (ibid. lib. II. c. 3. p. 102). [8] a templo s. Dimitrii locus Mitrovica dictus.

224.

A. 1075.

Normanorum in Dalmatiam irruptio.

1.

Tempore igitur uenerabilis uiri domini Domane,[1] natione absarensis, arbensium episcopi, contigit, ut quedam ingens Uaragorum[2] gens, et in magna multitudine menibus eiusdem urbis ex improviso appropinguaret. Quam quidem ciuitatem[3] obsedit a quarta decima die aprilis usque ad nonam diem mensis madii; et cum machinis, sagittis et diversis armis cum instanti frequentia expugnabat eandem. Interea die quodam cum de machina super turrim prothomartyris Stephani iactaret lapidem in civitatem, et cuiusdam nobilis uiri percuteret domum, prefatus lapis tecto fracto ac paui-

mento ferre per medium passum se subterravit. Quod homines ciuitatis uidentes, nimio timore perteriti, quam plurimum metuebant; tractabant tamen inter se, quid utilius esset sibi ad faciendum: an scilicet illius gentis se iugo subicerent, an pugnando domini potius implorarent auxilium, ut ipse misericorditer de tam graui periculo, quod timebant, dignaretur eripere, qui elatos humiliat et humiles, de se confidentes, mirabiliter exaltat. Ubi quidem diuinus spiritus predicto episcopo inspiratus omnibus dixit astantibus: „honorifice, inquiens, et reuerenter extracto pretiosissimi martyris Christofori capite, deferamus illud in turrim, ut ipse, misericordi in cuius confidimus auxilio, pro nobis contra inimicos debeat preliari, ac nobis a deo uictoriam impetrare." Quo audito consilio, clerus ciuitatis cum uniuersis ciuibus ad sancte dei genitricis ecclesiam[4] cum ingenti letitia cucurrerunt, ac ueneranter pretiosissimo martyris Christofori capite[5] ablato cum hymnis letaniis et orationibus ceperunt magnis uocibus ad dominum proclamare, quatenus eos meritis beati Christofori martyris a potentia illius gentis celitus eriperet ac salubriter liberaret. Unde ita factum est, quod cum idem pretiosum caput martyris Christofori supra turrim extitit reuerenter collocatum, hostes alium lapidem proiecerunt; quod fuit mirabile et admiratione dignum, dictus enim lapis tantam altitudinem petiit, ut ferre ab humanis aspectibus se subtraheret, ac reuertens mare, hostibus circumstantibus, in medio uallis orribiliter percussit. De cetero sane, ex quo martyris Christi caput in dicta turri repositum fuit, nec machine nec sagitte nec aliqua huiusmodi armamenta potuerunt Arbensibus aliquam lesionem infligere; immo et si sagittarii sagitabant, ad eosdem, a quibus iactabantur, reuerse, illos uulnerabant. Videns autem dux illius gentis et audiens, quod scilicet meritis deus beati Christofori suam potentiam miraculose in se ostenderet, genibus flexis et humi stratus cum uniuerso suo exercitu Christi martyrem Christoforum humiliter adorauit. Sicque culpa sua cognita, ac cum Arbensibus pace composita, rediit cum suis ad propria. Nec non uiso tanto miraculo dominum glorificauerunt, qui confidentes in se adiuuat et protegit tempore oportuno. Quapropter predictus episcopus suis subditis Arbensibus ordinauit, ut IX-a die mensis madii uictoriam predictam deuote et reuerenter celebrarent, quod usque in hodiernum diem, ut patet, a cunctis obseruatur.

Miracula s. Christofori, conscripta a. 1308 ab episcopo arbensi Georgio, „prout in historiis antiquis ac a senioribus ciuibus legisset et

audiuisset". Descripsi Jaderae e breviario, codice membranaceo saec. XIV vel XV, quem rmus d. C. F. Bianchi mecum communicavit. Fragmentum hoc constituit primas quatuor lectiones „in uigilia uictorie s. Cristofori martyris, protectoris arbensis“, cuius memoria ibidem 8 kal. Jul. recolitur. Farlati: Illyr. sacr. V, 231.

Nullum dubium est, Varagorum nomine hic designari Normannos, eos quidem Italiae inferioris, qui illo quoque germanico nomine appellabantur (cf. Malaterae Gaufredi historia sicula lib. III, c. 27, p. 584. Muratori: script. rer. ital. tom. V), de quorum in Dalmatiam irruptione alia etiam documenta, mox adducenda, agunt.

2.

Hic (papa Gregorius VII) secundo anno celebrato Romae concilio xc episcoporum simoniacos excommunicat, et sacerdotes uxoratos a divino removet officio ...[6]

In quo tempore Normanni Dalmatinorum fines invadunt et destruunt. Dux[7] igitur egressus eos abire coëgit; et ab incolis solitam fidelitatem cum promissione non adducendi Normannos in Dalmatiam suscepit.

A. Danduli chronicon venet. Muratori: script. rer. ital. XII, 248.

Ad illustrandum eventum istum cf. initium acti legati Gerardi (v. p. 99): „In anno millesimo LXXV ab incarnacione domini nostri Jesu Christi, mense novembris, ea tempestate, qua comes Amicus[8] regem Chroacie cepit".

Item cf. chartam promissionis Dalmatiae civitatum acta nr. 86, p. 101. ad quam A. Dandulus alludit.

[1] Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen Nr. 117. Doma, Doman. Episcopus inter Dragum (Acta nr. 68) et Gregorium (ibid. nr. 88). [2] Apud Farlati l. c. male „Unragorum". Idem ad marginem notat: „verius Northmanorum vel Chrobatorum. „Uaragorum gens“, apud Byzantinos Βάραγγοι, norm. Vaeringjar, apud Nestorum Варязи, Варѧзи ab ags. vaer (sacramentum inde vocabulo „varingi“ respondet graeco-romanum φοιδεράτσς), vel a „verja“ (wehren, passende Bezeichnung einer bewachenden schützenden Schaar). Zeuss: Die Deutschen und die Nachbarstämme. S. 559—560 Miklošić: Chronica Nestoris p. 189—190. [3] i. e. Arben. [4] de qua vide Eitelberger: Die mittelalterlichen Kunstdenkmale Dalmatiens. S. 145 ff. Jahrbach der k. k. Centralcommission. Wien 1861. Bd. V. [5] De arca s. Christofori v. ibid. p. 150—1. quam Eitelberger ad XII. saec. refert. [6] Subintelligendam puto synodum 24—28 Februarii 1075 Romae celebratam. Mansi: Conc. coll. XIX, 517. [7] Dominicus Sylvo a. 1071—1084. [8] sc. Normanorum comes. Amicus, Haming, de quo uberius disserui in Rad XIX, 91—97.

225.

Ad 1081.

Dalmatae et Ragusini Roberto Wiscardo in bello contra Alexium I Comnenum navibus suis auxilium praestant.

Dux[1] transire volens mare praecipit arma parari
Militibusque suis, se praestolentur Idrunthi
Imperat; aptari naves facit; ipse Salerni,
Undique dona petens et supplementa, moratur...
Conveniunt omnes, sicut mandatur, Hidrunti.
Dalmatias naves honeri dux eligit aptas,
Auxilio sibi quas gens miserat illa petitas:
Has armis et equis sumptuque virisque repletas
Ad Corifum[2] mittit...
Gens comitata ducem cum Dalmaticis Ragusea
Telorum crebris consternit iactibus aequor...

Guillermi Apuliensis gesta Roberti Gviscardi lib. IV. v. 122—125, 133—137, 302—303. Pertz: Mon. Germ. Script. IX, 282. 285. Muratori: Script. rer. ital. V, 271—2. V. Rad XXX, 78—94.

Svadente papa Urbano II (1088—99) opus scriptum atque Roberti Wiscardi filio Rogerio (1085—1111) dedicatum est.

[1] Id est: Robertus Wiscardus. [2] Corfu insula.

226.

Ad 1081.

Franco, Belgradensis in Chroatia episcopus, dedicat una cum Leodiensi episcopo Heinrico cryptam basilicae monasterii s. Huberti Andangii in Arduenna in Lotharingia.

Post haec (sc. post reditum Roma) considerans agrestem et nimis incultum loci situm... coepit (Theodorius abbas) deserta reaedificaturus diruta et vetustate consumpta renovare... deiecto veteri et parvissimo, quod ibi erat claustro, novum et magnum, quale modo videtur, construxit; sed et oratorium sepulchri domini ad meridianum monasterii aedificavit. Duo quoque oratoria ad septentrionalem plagam addidit, alterum quidem, quod est inferius, in honorem sancti Andreae apostoli, alterum vero, quod supra ipsum est, fecit venerabile memoria et patrocinio sancti Nicolai. Cryptam etiam ad orientem basilicae pulcherrimo erexit opere, quam postea Heinricus Leodiensis ecclesiae antistes et Franco Bellegradiensis episcopus[1] eus rogatu dedicaverunt in

honorem nominis domini Iesu et sanctae Mariae semper virginis; nec non et aliud claustrum prae foribus basilicae ad occidentem a fundamento construxit".

Vita Theodorici abbatis Andaginensis. c. 22. Pertz: Mon. Germ. XIV (SS. XII) p. 50.

Theodoricus erat abbas monasterii s. Huberti in Arduenna ab a. 1055 usque ad a. 1087. Mox post ipsius mortem conscripta est vita eius a monacho, uti videtur, monasterii Lobiensis. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter Bd II, S. 96—97. Berlin 1874.

[1] Ni fallor, est episcopus Albarum maritimarum, Zara vecchia, in Dalmatia; nam in celebri illa urbe Belgrad tunc nullus fuit episcopus, et Alba regia praepositos tantum habuit, nullos episcopus. W. Wattenbach ibid. Post Praestantium, qui ad a. 1075—1076 adducitur (acta nr. 86—92), nullius episcopi belgradensis fit in actis huius saeculi memoria.

227.

A. 1085.

Venetiarum dux Vitalis Faledro ab imperatore Alexio I Comneno iurisdictionem in Dalmatiam petit et obtinet.

Vitalis Phaledro dux approbatur anno domini nostri Iesu Christi millesimo octogesimo quarto. Hic promissione et donis expulsionem praedecessoris[1] populo persvasit. Qui Augusti[2] hortatione Andream Michaelem, Dominicum Dandulo et Jacobum Aurio legatos Constantinopolim misit, ut iurisdictiones Dalmatiae et Croatiae, sibi ab incolis traditas, obtineret, quas constantinopolitano imperio pertinere noverat, quia secundum historiographos Dalmatia prima provincia est Graeciae,[3] quam in partitione imperii inter Carolum et Nicephorum per decretum sancitum Carolus orientis imperio habere permisit,[4] et illam usque ad tempus Basilii et Constantini reges et principes praesidentes nomine ipsius tenuerunt. Euntes autem legati, ab Alexio alacriter visi, crusobolium Dalmatiae et Croatiae et sedis (?) protosevastos obtinuerunt.[6] Quibus postea reversis, dux suo addidit titulo: Dalmatiae atque Croatiae et imperialis protosevastos.[7]

A. Danduli chronicon venet. p. 250 ed. Muratori. Quoad tempus vide Muralt: Essai de Chronographie Byzantine 1057—1453. I, 57.

Caeterum dux Venetiarum regnantibus in Dalmatia et Chroatia Demetrio Svinimiro et Stephano II, uti acta plura (v. nr. 117—126. p. 144 ss.) testantur, potestate hac, a Romanorum imperatore obtenta, uti non potuit. V. infra nr. 229, 4.

[1] Dominici Sylvi (1071—84), qui „Venetis exosus factus est propter excidium stoli contra Robertum missi". Quum „excidium" hocce mense novembri 1084 a. ad Corcyram (Corfù) acciderat, Dominicus vel isto adhuc aut initio sequentis mensis „expulsus", Vitalis vero mox dux electus est. V. Gfrörer: Byzantinische Geschichten I, 547. [2] i. e. Alexii I Comneni. [3] Thomas archid. spalat. histor. salon. c. I. p. 312 (ed. J. Lucii): „Dalmatia secundum Isidorum est prima pars Graaciae". [4] V. nr. 171, p. 312—315. [5] V. nr. 209, p. 428. [6] Cf. Anna Comnena Alexiad. lib. IV c. 2, VI. 5. ed. Bonn. I. 191, 285 ss. quae etiam chrysobulli Venetis dati meminit, additque: „καὶ αὐτὸν τὸν δοῦκα Βενετίας τῷ τῶν πρωτοσεβάστων ἀξιώματι μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας ἐτίμησεν, ὑπέρτιμον δὲ καὶ τὸν πατριάρχην σφῶν ἠξίωσε μετὰ τῆς ἀναλόγου ῥόγας". [7] Quare idem dux in donationalibus suis (Cod. lat. 8. Marci class. XIV. cod XXXVII. fol. 1. et Muratori in Antiqq. ital. I, 900—1 et Flamin. Cornel. in eccl. venet. dec. XI, P. II. p. 212. item. Tafel et Thomas: Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. I, 55) nominat se „Vitalis Faletrus de Donis, dei gratia Venetie et Dalmacie dux et imperialis protosevastos". In previlegialibus a. 1094 (Muratori: script. rer. ital XII, 251) idem dux scribit: „Nos Vitalis Faletro de divinae gratiae largitate Venetiae, *Dalmatiae atque Croatiae* dux et imperialis protosevastor". De dignitate protosebasti v. Krause: Die Byzantiner des Mittelalters. S. 212.

228.

C. a. 1088/9.

Lubomiri tepči memoria.

Hec aula et porta celi[1]. Hic fessis requies, salusque egrotis. Hic scelus, delicta purgantur, et crimina cuncta. Quam ego Lubomiro tepzi[2] condidi, ad honorem videlicet invictissimorum sanctorum Petri summi (apostoli), Nicolai confessoris et Georgii martyris.

Inscriptio supra portam ecclesiae s. Georgii in Žestinje sive Mirano in traguriensi territorio. J. Lucio: Memorie di Traù. Venezia 1673, p. 495. Cod. dipl. CSD. I, 319.

In acto anni 1189 (id. ibid. p. 496) fit huius ecclesiae memoria nomine „sancti Georgii de Mirano".

Conditorem ecclesiae fuisse eundem Lubomirum, qui donationalibus regis Stephani a. 1088/9 (v. acta nr. 124, p. 149) testis adstitit, dubitandum eo minus est, quod officii „tepçi" sequiori aetate in Chroatia vestigium minime reperiatur.

[1] perperam „saceli". [2] male „tepsi" i. e. s loco z vel ç. V. acta nr. 124 p. 149.

229.

A. 1096—1097.

Expeditionis primae cruciatae exercitus Chroatiam, Dalmatiam et Sirmiensem provinciam pertranseuntes. Dalmatiae urbes in expeditione veneta partem capiunt.

1.

A. 1096.

Exercitus Raimundo, tolosano comite, duce Chroatiae sive Slavoniae terram pertransit.

De malis, quae sustinuit exercitus Francorum in Sclavonia. Illi igitur Sclavoniam ingressi multa dispendia itineris passi sunt, maxime propter hyemem, quae tunc erat. Sclavonia etenim est tellus deserta et inuia et montuosa, ubi nec feras nec volucres per tres hebdomadas vidimus. Incolae regionis adeo aggrestes et rudes sunt, ut nec commercium nobis nec ducatum praebere voluerint; sed fugientes de vicis et castellis suis debiles annus et pauperes infirmos, qui a longe prae infirmitate sua sequebantur exercitum nostrum, ac si multum nocuissent, ut pecora trucidabant. Nec facile nostris militibus armatis erat latrones inermes, locorum scientes, per abrupta montium et condensa silvarum persequi; sed assidue eos sustinebant, nec pugnare valentes, nec sine pugna esse poterant. Quoddam facinus egregium comitis[1] non praetereamus. Quum conclusus esset aliquando comes a Sclavis, cum quibusdam militibus suis impetum in Scla-

Comes Tolosanus et episcopus Podiensis cum suis agminibus per Dalmatiam properant, multam difficultatem itineris in ea regione perpessi. Hi duo magni et illustres viri[4] ab initio suscepti itineris cum suis expeditionibus comites sibi perpetuo adhaeserunt indivisi. Erantque cum eis viri nobiles et apud suos tam nobilitate quam morum elegantia clarissimi, dominus videlicet Willelmus Aurasiensis episcopus et Rainboldus eiusdem civitatis comes, Gaustus de Beders, Gerardus de Rosseilon, Guillelmus de Monte Pessulano, Guillelmus comes Forensis, Raimundus Pelez, Centonius de Bear, Guillelmus Amaneu, et alii multi, quorum etsi nomina non tenemus, certum est tamen ea in libro vitae conscripta esse. Quippe qui patriam, cognationem et amicos et late diffusa patrimonia relinquentes, Christum secuti sunt, voluntariam amplexi paupertatem. Hi omnes praedictos venerabiles viros cum omni reverentia secuti in Italiam descenderunt, transcursaque Lom-

vos fecit, atque ex eis usque ad sex cepit; cumque propter hoc Sclavi vehementius imminerent, et comes sequi exercitum compelleretur, erui oculos aliorum et aliorum pedes abscidi iussit, et nasum et manus aliorum truncari praecepit; ut taliter aliis deterritis et doloris cognitione occupatis secure comes effugere cum sociis suis posset. Itaque per dei gratiam de mortis angustia et de loci difficultate liberatus est.

Quanta vero fortitudine et consilio comes ibi claruerit, non facile referendum est. Quadraginta etenim fere dies in Sclavonia fuimus, in quibus tantam spissitudinem nebularum passi sumus, ut palpare et per motum removere eas a nobis aliquatenus possemus. Inter haec comes assidue in postremis pugnans, semper populum defendens erat; nunquam prior sed semper ultimus hospitabatur. Et licet alii meridie, alii vespere, comes frequenter media nocte vel galli cantu ad hospitium veniebat. Tandem per dei misericordiam et comitis laborem et episcopi[3] consilium sic exercitus transivit, ut nullum fame, nullum in aperta congressione ibi perderemus. Ob illam reor causam voluit deus exercitum suum transire per Sclavoniam, ut aggrestes homines, qui deum ignorabant, cognita virtute et patientia militum eius, aut bardia per eam regionem, quae Forum Iulii appellatur, iuxta Aquileam transeuntes in Istriam, inde tandem in Dalmatiam descenderunt.

Est autem Dalmatia longe patens regio inter Hungariam et Adriaticum mare sita, quatuor habens metropoles: Jazaram[5] et Salonam, quae alio nomine dicitur Spalatum, Antibarim et Ragusam; populo ferocissimo, rapinis et caedibus assueto, inhabitata; montibus et sylvis, magnis quoque fluminibus, pascuis etiam longe lateque diffusis occupata penitus ita ut raram habeat agrorum culturam, locorum incolis in gregibus et armentis omnem vivendi habentibus fiduciam; exceptis paucis, qui in oris maritimis habitant, qui ab aliis et moribus et lingua dissimiles latinum habent idioma, reliquis sclavonico sermone utentibus et habitu barbarorum.

Hanc igitur ingressi provinciam multam invenerunt itineris difficultatem, maxime propter hiemis instantiam et locorum nimiam inaequalitatem; sed et victus et alimentorum sustinentes gravem defectum periculose satis per dies aliquot laboraverunt inedia. Locorum sane habitatores, relictis urbibus et praesidiis, ad montes et sylvarum condensa cum uxoribus et liberis et cum omni substantia, quasi aggrestes ferae, fugientes nostrorum formidabant

aliquando a feritate resipiscant, aut inexcusabiles dei iudicio adducantur.

Tandem post multa laborum pericula apud Scodram ad regem Sclavorum[3] pervenimus, ac cum eo comes frequenter fraternitatem confirmavit, et multa ei tribuit, ut exercitus secure emere et quaerere necessaria posset. Sed haec opinio sola fuit; nam pacis petitae nos poenituit; cum per eius occasionem Sclavi, de more solito furentes, nostros interficiunt et quae poterant ab inermibus abripiunt. Quasivimus locum fugae, non ultionis. Hactenus de Sclavonia.

Venimus Dyrrachium; credidimus esse in patria nostra, existimantes imperatorem Alexium et satellites suos nobis esse fratres et coadiutores ...

Raimundi de Agiles, canonici Podiensis, historia Francorum, qui ceperunt Jherusalem. Bongarsius: Gesta Dei per Francos. Hanoviae 1611. tom. I, c. 1. pag. 139—140. Recueil des Historiens des Croisades, publié par les soins de l'Académie imp. des Inscriptions et belles lettres. Historiens occidentaux t. III, p. 253—6. Paris 1866. Cf. Petri Tudebodi historia de hierosolymitano itinere I, 5 p. 13—14. ed. cit. Gesta Francorum Hierusalem expugnantium c. 3, p. 493. ed. cit.

Auctor Raimundus capellanus erat et in hac expeditione cruciata socius comitis Tolosani. De hac expeditione v. Wilken: Geschichte

aspectum; occulte tamen et de remoto proficescentis exercitus vestigia sequentes, senes valetudinarios, anus quoque grandaevas, quae lento gradiebantur itinere, seorsum reperientes occidebant. Comes vero totius multitudinis debitam gerens solicitudinem, praemissis de principibus aliquot, qui agmina praeirent, ipse cum maxima loricatorum manu postremus semper incedebat, novissimus hospitabatur. Erat praeterea aër caliginosus et tenebrae continuae pene palpabiles, ita ut qui sequebantur, praecedentium vix tenerent vestigia, et qui praeibant vix per iactum lapidis ante se loca possent discernere. Terra enim, ut praediximus, rivis fluminibusque abundans et paene tota palustris tantam diebus singulis ex se dabat uliginem et tantam crassitudinem nebularum, ut aërem redderent pene suffocatorium. Ad haec Sclavi Dalmatae, tanquam indigenae locorum habentes peritiam, per abrupta montium et nemorum condensa exercitum ex latere sequentes, frequentibus inruptionibus inermem populum e sylvis prodeuntes opprimebant. Comes vero et alii magnates in ipsos tales saepissime facientes impetus, multos ex eis lanceis confossos et obtruncatos gladiis periimebant, pluresque saepius occidissent, nisi quia sylvas habentes vicinas et ad eas confugientes

der Kreuzzüge Bd. I, 55. 73. 129. Leipzig 1807. item M. Michaud: Histoire des Croisades. Paris 1854. I, 94.

praesens captabant remedium. Accidit tamen quadam die, quod ex praedictis malefactoribus captis quibusdam, comes manus et pedes praecepit amputari, ut eorum consortes saltem hac paena deterriti exercitum persequi formidarent. Cumque tribus hebdomadibus continuis tam laborioso itinere regionis partem transcurrissent, pervenientes ad locum cui Scodra nomen, Sclavorum regem ibi repererunt. Cumque dominus comes, sicut vir benignus erat, affabilis et misericors, multa munerum liberalitate amicitiam contrahens sperabat populo suo indigenarum gratiam obtinere, ut saltem commercii et rerum venalium copiam consequeretur; tandem nec hac via praedictae gentis ferocitatem emollire potuit, quos deinceps multo saeviores invenit. Cumque per dies quasi quadraginta omnem Dalmatiam multo pertransissent labore, tandem pervenerunt Durachium.

Willermi Tyrensis archiepiscopi historiae lib. II, c. 17. Bongarsius op. cit. I, 660—661. Recueil des Historiens des Croisades, publié par les soins de l'Académie royal des inscriptions: Historiens occidentaux I, 1. p. 96—8. Paris 1844.

Auctor, verisimiliter Hierosolymis circa a. 1127 natus, Parisiis litteris excultus, circa a. 1140 adhuc iuvenis, a. 1167 archidiaconus Tyrensis, legatus ad Graecorum imperatorem, a. 1174 Tyri archiepiscopus factus.

Factis igitur tribus turmis ex omni illa, quae ad id iam consenserat, multitudine, una pars eorum cum duce Gotfrido et eius fratre Balduino et cum comite Balduino de Monte, simul et cum quodam Petro heremita, quem sequebatur ingens turba Alemannorum, Ungariam ingressi, per viam, quam olim rex Carolus statuerat, abiere Constantinopolim; ubi iam illos Lombardorum ac Longobardorum maxima multitudo praevenerat. Pars vero alia cum Raimundo comite sancti Egidii et cum episcopo Podiensi (Ademario) per Sclavoniam perexit. Tertia autem pars per antiquam stratam Romam venit, cum Roberto scilicet comite Flandrensi et Roberto comite Normanniae, et Hugone, qui vocatus est Magnus, et Guillelmo Marchisii (Marchusi) filio cum aliis pluribus... Comes interea s. Egidii cum Podiensi episcopo, post multa pericula vix de Sclavorum terra egressus, venit Dirrarchium, indeque progressus post dies aliquot introivit Constantinopolim.

Chronicon monasterii Casinensis lib. IV. c. 11. Pertz IX, 765—6. Muratori: Script. rer. ital. IV, 498.

Raimundus vero comes Provincialium cum Gothis et Guasconibus, episcopus quoque Podiensis Aymarus per Dalmatiam transierunt.

Fulcherii Carnotensis historia hierosolymitana c. VI. Recueil des Historiens de Croisades: Historiens occidentaux t. III, p. 327. Paris 1866.

E descriptione hac deducitur, exercitum cruciatorum iniisse viam, quae a temporibus Romanorum ex Istria ducebat ad Tarsaticam, dein Seniam, ex inde vero interioribus per Burnum (Šupljaja crkva) et Promonam ad Salonam, tum a littore paulisper recedendo per Aequum et Naronam usque ad Scodram, sedem regis Bodini.

2.

A. 1096.

Exercitus ducibus Walthero, Petro eremita et Godefrido Bouillonensi per Hungariam et Sirmium intrant in Bulgariam.

Anno dominicae incarnationis millesimo nonagesimo quinto, indictione quarta... octauo die mensis Martii Walterus, cognomento Senzauchor,[6] miles egregius, cum magna societate Francigenarum peditum, solummodo octo habens equites, ex admonitione praedicti Petri eremitae in initio uiae hierosolymitanae intrauit regnum Ungariae. Ubi cognita uirtute et audita animi illius intentione et causa asumptae uiae a domino Kalomano, rege christianissimo Ungarorum, benigne susceptus est; et concessus est sibi pacifice transitus per uniuersam terram regni sui et emendi licentia. Hic itaque sine offensione et aliquo aduerso incursu usque ad Belegrauam,[7] ciuitatem Bulgarorum, profectus est, transiens Maleuillam,[8] ubi terminantur fines regni Ungarorum. Illic pacifice fluuium Maroë[9] nauigio traiecit. Sed in eodem loco Maleuillae sedecim de comitatu illius remorati sunt, ut emerent arma, ignorante Waltero, qui iam diu fluuium transierat. Ungari uero quidam peruersae mentis, uidentes procul Walteri absentiam et illius exercitus, manus sedecim illis iniecerunt, quos armis, uestibus, auro et argento spoliauerunt, et sic nudi et uacui abire permissi sunt. Hi uero dolentes, rebus et armis uacui, usque ad praedictam Belegrauam, quo Walterus cum omni manu sua extra muros ad hospitandum tentoria posuerat, iter accelerauerunt, omne infortunium, quod eis acciderat, sibi referentes. Sed Walterus aequo animo, quia reditus ad uindictam taedio erat, accepit...[10] Post hanc calamitatem et attritionem suorum (sc. ad Belgradum)

Walterus, relictis circumquaque sociis, fugitiuus siluas Bulgarorum per octo dies exsuperans ad ciuitatem ditissimam, quae uocatur Niczh,[11] in medio Bulgarorum regno, secessit. Ubi duci et principi terrae reperto iniuriam et damnum sibi illatum referens iustitiam de omnibus clementer ab eo consecutus est; quin et arma et peccuniam illi in reconciliatione largitus est; ac ei conductum dominus terrae per ciuitates Bulgariae: Sternitz,[12] Phinopolim[13] atque Adrianopolim pacifice dedit...

Post haec nec longi temporis interuallo Petrus praedictus (quondam eremita) et exercitus illius copiosus, ut arena maris innumerabilis, qui a diuersis regnis illi coniunctus conuenerat, scilicet Francigenae, Sueui, Baioarii, Lotharingi, continuabat pariter uiam Jerusalem. Qui in itinere suo in Ungariae descendens regnum... regis beneuolentia.. sine turbine usque ad Maleuillam cum omni legione sua profectus est. Ut autem appropinqauit terminis loci praedicti, fama in auribus suis suorumque allata est, quomodo comes regionis illius, nomine Guz, unus de primatibus regis Ungariae, auaritia corruptus adunationem armatorum contraxisset militum, et pessimum consilium iniisset cum praedicto duce, Nichita nomine, principe Bulgarorum et praeside ciuitatis Belegraue, quatenus et ipse collecta uirtute satellitum anteriores agminis Petri debellaret et occideret, ipse uero postremos insecutione suorum militum detruncaret, ut sic uniuersa spolia tanti exercitus in equis, auro et argento ac uestibus diriperent et diuiderent. Petrus haec audiens, quia Christiani erant Ungari et Bulgari, omnino de illis tantum facinus credere noluit, quousque ad Maleuillam uenientes consocii illius, arma et spolia sedecim sociorum Walteri, in moenibus et muris pendentia, aspexerunt, quos paulo ante retardatos Ungari in dolo spoliare praesumserant. Petrus autem hac confratrum iniuria comperta uisisque illorum armis et spoliis socios ad uindictam admonet. Qui fortiter signis cornicinum intonant, erectis signis ad moenia conuolant, muros grandine sagittarum oppugnant, quos tam incessabili et incredibili densitate oculis in moenibus assistentium intorquebant, ut nequaquam virtutem Gallorum impugnantium Ungari sufferre ualentes, a muro declinarent, si forte intra ciuitatem ante uires illorum remanere ualerent. Ad haec Godefridus quidam, cognomen habens Burel, de Stampis ciuitate ortus, magister et signifer ducentorum peditum, qui et ipse pedes erat, fortis uiribus, intuens fugam aduersariorum procul a moenibus, muros scala, quam forte ibidem reperit, transuolat. Reinoldus

de castro Breis, eques insignis, opertam habens caput galea et lorica indutus, pariter moenia post Godefridum ascendit: donec uniuersi tam equites quam pedites intrare contendunt. Ungari uero, uidentes animae suae angustias et imminens periculum, ad septem millia conglobantur ad defensionem; ac per aliam portam, quae respicit ad orientem, egressi super uerticem praecelsae silicis, quam praeterfluit Danubius, et qua ex parte innumerabile erat munimentum, constiterunt. Quorum plurima pars, quae prae angusto aditu per portam uelociter effugere nequiuerat, ante ipsam ianuam in ore gladii ceciderunt: alii, qui in uertice montis liberari sperabant, ab insequentibus peregrinis trucidati sunt; alii a cacumine montis praeciptati sunt, in ipsius Danubii undis absorpti sunt. Ceciderunt illic circiter quatuor millia Ungarorum, peregrinorum centum tantum, praeter uulneratos, ibidem occisi sunt. Hanc Petrus adeptus uictoriam, cum uniuersis suis in eodem castello Maleuillae diebus mansit quinque propter abundantiam alimentorum, quae ibi reperit in frumento, gregibus ouium et armentis, et pecorum plenitudine et infinito numero equorum. Comperta hac uictoria et Ungarorum caede cruenta, et uisis ferro caesis corporibus illorum, quae plurima extincta atroci uulnere Danubius suis procellis aduexerat Belegraue, ubi reflexo alueo iter et cursum continuat, a Maleuilla distans milliari, dux praefatus Nichita, suos conuocat. Et consilio ab omnibus accepto, metu concussus, Belegraue Petrum ultra expectare recusat; sed Niczh, spe defensionis aduersus uires Francigenarum, Romanorum et Teutonicorum, quia robore murorum ciuitatis haec munita habebatur, migrare disposuit, secum adportatis uniuersis thesauris Belegraue; conciues vero illius, per syluas et montana ac deserta loca cum armentis suis in fugam misit; quousque accersito auxilio imperatoris Constantinopolitani sociis Petri resisteret et uindictam Ungarorum summeret propter amicitiam et foedus, quod cum Guz comite et principe Maleuillae percussisset. Transactis abhinc sex diebus, nuncius quidam de uilla aduenarum Francorum Petro celeriter mittitur, qui hanc minarum certam legationem illi indicaret, dicens: „rex Ungariae, collecto exercitu uniuersi regni sui in ultionem suorum ad uos descensurus est, de quibus ne unum quidem certum est ab armis illius euadere; nam dolor occisorum et lamenta regem et uniuersos parentes et amicos illorum commouerunt; quapropter quantocius fluuium Maroam superantes uiam uestram hinc maturate“. Petrus intelligens iram regis et illius grauissimam

adunationem, cum uniuersis sociis Maleuillam deserens, sed cuncta spolia gregesque ac praedam equorum abducens, Maroam transire disposuit. Sed paucas naues, numero tantum centum quinquaginta in toto littore inuenit, quibus tanta multitudo subito posset transire et euadere propter timorem regis in fortitudine graui superuenientis. Unde quam plurimi, quibus naues defecerant, iunctura lignorum et copulatione uiminum transire certabant. Sed a Pincenariis[14], qui Bulgariam inhabitabant, plurimi in ipsa lignorum et uiminum copulatione fluctuantes sine gubernaculo, et a societate interdum diuisi, sagittis confixi interierunt. Videns autem Petrus interitum et submersionem suorum, quae fiebat, Baioariis, Alemanis caeterisqae Teutonicis ex promissione obedientiae imperauit, ut Francigenis fratribus subuenirent. Qui ilico septem ratibus inuecti, septem nauiculas Pincenariorum submerserunt cum inhabitantibus; septem tantum uiuos captiuantes, quos in presentiam Petri adductos ex pruecepto illius trucidauerunt. Hac ultione suorum facta et Maroa fluuio transito, ingentia et spatiosissima nemora Bulgarorum Petrus ingreditur cum vehiculis cibariorum et omni apparatu et spoliis Belegraue. Et septem diebus in saltu spatiosissimo expletis, ipse cum suis urbem Niczh, muris munitissimam, applicuit, ubi flumen quoddam per lapideum pontem ante ciuitatem transeuntes, pratum, uiriditate et amplitudine uoluptuosum, et ripam fluminis fixis tentoriis occupauerunt. Hospitatis itaque peregrinis legionibus, ex prouidentia Petri et maiorum consilio fit legatio ad ducem Nicbitam, principem Bulgarorum, qui in eadem ciuitate praesens habebatur, quatenus licentiam emendi cibos acciperent. Quod benigne annuit, sub hac tamen conditione, ut obsides ei darentur, ne aliqua iniuria aut uis, sicut Belegraue, a tanta multitudine fieret. Walterus filius Waleramni de Bretoil castello, quod est iuxta Beluatium, et Godefridus Burel de Stampis, duci obsides constituti et dati sunt. His missis, et a duce receptis, omnium rerum sufficientia ad emendum undique illis concessa est; et non habentibus unde emerent, plurima largitio eleemosynarum a ciuitate largita est. Hac igitur nocte cum omni tranquillitate peracta, et obsidibus Petro a principe fideliter restitutis, centum uiri Alemanorum propter contentionem uilissimam cum quodam Bulgaro vespere habitam in uenditione et emtione, paulisper subtracti a tergo agminis Petri, septem molendinis, quae sub praedicto ponte in flumine degebant, ignem submiserunt et in fauillam redegerunt; quin et domos quasdam, quae extra urbem erant, simili incendio

in ultionem furoris sui succenderunt. Ciues autem videntes aedificia suorum igne conflagrare, unanimi conuentu suum ducem Nichitam adeunt, Petrum et uniuersos sequaces illius falsos Christianos asserentes, raptores tantum esse et non homines pacificos, qui Pincenarios ducis Belegraue, et Maleuillae tot Ungaros occiderent; et nunc incendium hoc praesumpserint, nequaquam pro benefacto remunerationem restituentes...

Alberti Aquensis historiae hierosolymitanae lib. I. n. 7—10. ed. Bongar. p. 186—188. Wilken: Geschichte der Kreuzzüge I, 81—7. Michaud: Histoire des Croisades I, 69—73.

Albertus canonicus et custos Aquensis ecclesiae scripsit quae ex auditu et relatione nota habuit ab iis, qui praesentes adfuerant.

(Godefridus, dux Lotharingiae) et populus per regnum Ungariae pertransiens ad Drowa fluuium peruenerunt; ubi congerie lignorum composita et plurima uiminum copulatione facta eundem fluuium traiecerunt, assidue rege (Kalomano) cum ualidissima manu equitum a sinistris gradiente una cum Baldewino (fratre ipsius ducis) et caeteris obsidibus, quousque ad locum, qui dicitur Francauilla, peruentum est. Illic per tres dies remorati uitae necessaria et quibus indigebat exercitus precio mutuantes, cum omnibus Maleuillam descenderunt, in littore Sowa diebus quinque pernoctantes. Illic duci caeterisque principibus exercitus innotuit, quam intolerabilis uirtus militiae imperatoris Constantinopolis affuisset ad prohibendam peregrinis uiam per regnum Bulgariae. Quopropter dux et uniuersi consilium inierunt, ut partem exercitus in armis trans fluuium praemitterent ad reprimendos hostes, milites imperatoris, quousque popnlus enauigaret; non amplius enim quam tres naues illic repertae sunt, cum quibus mille equites loricati ad praeocupandum littus transmissi sunt. Caetera multitudo, copulatione lignorum et uiminum, fluminis alueum superauerunt.

Vix enauigauit populus et eorum princeps, et ecce rex cum omni apparatu suo et fratre ducis, Baldewino, eiusque uxore et cunctis obsidibus affuit, quos ibidem in manu ducis restituit; ac de hinc nimia dilectione commendato duce fratreque eius in donis plurimis et osculo pacis in terram regni sui reuersus est. Dux uero et omnis exercitus illius altera in ripa constituti, in uilla Belegraue Bulgarorum hospitio pernoctarunt, quam Petrus et illius exercitus longe ante depraedati combusserant.[15]

Alberti Aquensis histor. hierosol. lib. II, c. 6—7. p. 199—200. ed. cit. Wilken: Geschichte der Kreuzzüge I, 102—105. Michaud: Histoire des Croisades I, 84—5.

3.

A. 1097.

Dalmatiae urbes dant Venetis subsidium in expeditione cruciata.

Vitalis Michael dux statuitur anno domini nostri Iesu Christi millesimo nonagesimo sexto. Quo creato Veneti crucem assumentes subsidium in acquisitione terrae sanctae mittere decreverunt; et per legatos suos, Baduarium de Spinale et Phaledrum Stornato, Dalmatinos, ut conferant, requirunt. Illi autem fidei zelo et promissae fidelitatis assentiunt. Congregata itaque concione in capella sancti Marci Henricum Contareno episcopum in suum rectorem, Ioannem vero Michaelem, ducis genitum, in ducem exercitus elegerunt. Et ducentorum fere navigiorum parato stolo a portu secedentes in Dalmatiam veniunt; et ab eis sumpta fidelitate ex ipsis secum assumunt, et Rhodum navigant; ubi hyemare coguntur.

A. Danduli chronicon venetum ed. Muratori XII, 256.

Quae de navium numero et de adventu earum in Dalmatiam referuntur, hausta sunt e translatione s. Nicolai (Ughelli: Italia sacra tom. V, col. 1220 ss. Cornelius: Eccles. venet. dec. Dec. XII, 6 ss.), quae a synchrono monacho quodam veneto concinnata esse videtur. Simonsfeld: Andreas Dandolo und seine Geschichtswerke. S. 96, 120. Quae item de subsidio a Dalmatinis dato adducuntur, confirmantur „promissionis cartulis" Spalatinorum et Tragurensium (v. Acta nr. 138—139, p. 178—9).

Expeditionum cruciatarum, quae Chroatiam et Dalmatiam contingebant, obscurior memoria potuit sequiori aetate ansam dare commento de Svinimiri regis prouocatione ad partem capiendam in eliberandis sacris locis, deque hanc ob rem subsecuta procerum conspiratione et regis caede. Kronika hrvatska: Arkiv za jugosl. poviest. I, 33—36. V. Rad XIX, 97—104.

[1] Raimundi, comitis Tolosani vel de s. Aegidio. [2] Podiensis Adamari. [3] „Eis Bodinus, Sclavorum rex, amicabiliter fauit". Order. Vital. IX. 4. ed. A. Leprévost. tom. III, pag. 485. [4] Scilicet Raimundus comes Tolosanus et Ademarus episcopus Podiensis. Vide item lib. I, c. 17. [5] Iaderam. [6] Sensaveir. W. Tyr. [7] Belegrada, Belgrad, civitas ad confluxum Savi et Danubii, Romanis Singidunum. Distinguitur a civitate eiusdem nominis, quam Willermus archiep. Tyrensis (historiae lib. I, c. 17. ed. Bongars), transitum Godescalci per Hungariam describens, intelligit: „Tandemque apud locum, cui nomen Bellograua est, qui locus in umbilico regni eorum positus est, praedictorum insensatorum confusam reperiunt multitudinem". Hicce Bellagraua est Belgrad, Alba regia. [8] „Semlin. Nos vieux chroniquer ont appelé cette ville Malle Villa (ville du malheur), d' abord parce qu' ils n' en savaient pas le

nom, ensuite parce qu'elle avait éte funeste aux croisés". Michaud op. cit. I, 70. [9] Nominis forma indicaret fluvum Margum, Moravam; verum subintelligendum esse Savum e subsequa desciptrione et verbis W. Tyrensis (v. infr. nota 15) elucet. Est itaque eror sive auctoris sive scribae. [10] Willermi Tyrensis historiae lib. I, c 18 (ed. Bongars): „Ille vero (i. e. Galterus cognomento Sensauer) regno eius (regis Calemanni) cum omni tranquillitate transcurso usque ad fluuium Maroe, qui eiusdem regni limes ab oriente dinoscitur esse, peruenit incolumis. Quo transito Bulgarorum fines cum suis legionibus attigit, ad locum perueniens, qui dicitur Bellegrauia Eo tamen ignorante trans eundem fluuium in loco, cui nomen Malauilla, de comitatu eius quidam remanserant, ut cibos emerent et ad iter colligerent quaedam necessaria; quos Hungari comprehendentes, nudatos et affectos uerberibus, ablatis omnibus remiserunt ad suas. [11] i. e. Niš, Niz, Nisus, veterum Naisus. [12] etiam Hesternit, Stralicia, veterum Sardica, bulg. Sredec, Sofia. [13] i. e. Philippopolis, bulg. Plovdiv. [14] Pincenati, Patzinacae, qui veterem Daciam (Valachiam) et dexteram Danubii ripam inhabitabant. [15] W. Tyrensis lib. II. c. 8: „Tandem uero ad Malleuillam . . peruenientes, in ripa fluminis Sauoa, quousque exercitui transitus pararetur, consederunt . . . Dux uero traiectas secutus expeditiones in ulteriorem ripam cum residuo principum et populi se contulit consequenter, ueniensque ad Bellagrauam, Bulgariae oppidum . . ibi castra metatus est. Inde compositis sarcinis et legionibus ad iter expeditis Bulgariae syluas et late patentia nemora transcurrens, primum Niz, deinde Straliciam peruenit".

230.

Relationum inter Chroatiam et Hungariam, queis intimior nexus praeparabatur, memoriae passim seriores obscurioresque.

1.

Lucta pro antiquae Pannoniae superioris parte intra Dravum et Savum.

(Sublestae fidei).

Satis indagavi, quaesivi: quando et qualiter haec pars Sclavoniae devenit ad Croatiae reges et ab Hungaris ac regno Hungariae est ammissa? Sed hic vere quadrat, quod scripsit Albertus abbas Stadensis[1]: „Rara fides ideo est, quia multi multa loquuntur".

(*A. 1030—1038.*) Dum sanctum Pannoniae totius regem cum exercitu petiisset Counradus imperator[2]: Croatiae rex Cresimirus sanctum Stephanum adiuvit, et XVI kal. Septembris victoriam habuerunt. In rei huius remunerationem, dum anno MXXXI Counradus cum Stephano per ambasiatores, Emerico adiuvante, paciscerentur,[3] pars haec Sclavoniae, quae regni erat Hungariae, nam

pars a decennio Diogeni duci Syrmensi parebat,[4] a Culpe in Savum influentia per fluvium Trebes[5] et campum luteum sive Czernitz[6] ad Dravum usque,[7] regi Croatiae cesssit. Tum episcopi Croatensis iurisdictio ad Dravum extensa est;[8] et Godimir, quasi fructus pacis, banus[9] a Cresimiro declaratur. Haec amicitia cessioque ne civiles faciat sancto Stephano motus, filia Cresimiri futura uxor sive sponsa Emerici ducis Sclavoniae declaratur. Mors Emerici, sequente anno secuta, evertit connubium. Petrus[10] pro Emerico titulum Sclavoniae ducis obtinuit, qui recuperare volebat Sclavoniam, dotis titulo datam, ut dicebatur, sponsae Emerici. Verum sanctus rex, quietis pacisque amans, iniquum censuit, sponsam iure suo privare. Quare Petrus, ut magis pio regi complaceat, cathedralem sancti Petri Quinque ecclesiis absolvit. Anno MXXXV altero, quem nostri Zeanum[11] vocant, in regno Croatiae succedente et Stephani regis terras molestante volebant Hungari, ut cessas partes Sclavoniae recipiat. Rex non convenire, respondit, praecipue dum bellum apertum non inferrent.

(*A. 1038—1046.*) Itaque MXXXVIII mortuo sancto rege, dum viduam eius excludi non posse videretur, ipsa Petrum, qua destinatum a marito regem, ut dicebatur, in socium curarum assumpsit. Sed is totum habere cupiens, eam custodiae angustiis conclusam misere habuit. Duces, episcopi, comites, ad quos regno providere pertinebat, sibi metuentes, dum haec patrari cum regina videbant, Samuelem ducem, Oba dictum, qui ex primis Hungarorum ducibus, Etheo nempe, descenderat, regem dicunt. Petrus fugit ad Henricum;[12] Oba vero ob receptum Petrum Boioarios et Carentinos est depraedatus. Postquam autem Henricus Petrum adniteretur reponere, Stephanus Croatiae rex, Voiosclavus appellatus, montes Trivallos et Servios ad Drinum usque vastavit,[13] et banum Prasca constituit.[14] Petro reposito[15] Andreas fuit oppositus, qui Petrum regem in Osterrich[16] captum excoecat.[17] Petrus sequente anno mortuus, Quinque ecclesiis sepelitur.

(*A. 1046—1064.*) Andreas rex, stabilito sibi regno, de recuperandis regni iuribus solicitus, Adalbertum[18] fratrem ducem fecit Sclavoniae, Radus autem palatinum regni. Isti regem Croatiae coarctarunt, ei Sclavoniam ad veteres limites Zettinae fluenti reduxerunt.[19] Dicunt Belae memorias servari in Belica, Belovar aliisque locis. Adalberto sive Bela duce, ob coronatum puerum Salamonem ac Heinrici filiam ei sponsam ordinatam cum rege Andrea marte aperto pugnante, licet dux Bohemorum cum exercitu Andream

iuvisset, in fuga tamen rex Andreas ex equo cadens et mortuus[20], factum est quod dux Bela regno potiretur. Qui Salamonem in Ostervizza[21] praeclusit. Heinricus indigne haec censens, Ostervizzam venit, sponsam Salamoni dedit, ac audita Belae morte cum exercitu in Pannoniam intrans, Salamonem regno et coronae restituit. Filii Belae, Geysa et Ladislaus, in Poloniam fugiunt; ac inde cum exercitu redeuntes episcopi et proceres sic componunt, ut duae partes Salamoni, tertia ducum esset. Quibus pactatis (anno) MLXIV Quinque ecclesiis coronatus est Salamon.

(*A. 1064.*) Eadem ocasione bano Svinimir ducum sororem uxorem datam volunt[22] et cum ea cessam Sclavoniae partem, uti olim a Stephano rege data fuerat filiae Cresimiri, sponsae ducis Emerici. Reliquum Ladislaus habuit cum parte Hungariae usque ad Tisciam et Arabonem, ut essent in comitatu Crisiensi multae memoriae Ladislai. Affinitate hac Svinimir potens factus ad regnum Croatiae pervenit, Ladislaus et Geysa ad coronam Hungarorum. Salomonem Boioarii ipsi, quod ipsi nihit obtinuissent, sunt persecuti, quod postremo carens regno, desierit[23].

Joannes archidiaconus goricensis, scriptor saeculi XIV ap. B. Krčelić: De regnis Dalm. Croat. et Sclavoniae notitiae praeliminares. pag. 101—102. De Joanne archidiacono cf. meam investigationem in Književnik I, 548—557, item I. Tkalčić: Monumenta historica episcopatus Zagrabiensis vol. II, p. I—XII.

V. Klaić (Ocjena odlomka iz kronologije ili ljetopisa Ivana arcidjakona. Izvjestje o kr. velikoj gimnaziji u Zagrebu 1873/4, p. 1—22) documentum istud a quodam tardiori falsario, ni iste forsitan ipse editor fuit, compilatum esse censet. Verum Krčelić firmiorem ampliorem-que rerum hungaricarum scientiam in operibus suis palam fecit, quam ut facinoris eiusmodi incusari possit, eo quidem minus quod fragmentum istud vetustioribus chronicis hungaricis, qualis illa Simonis de Keza est (v. infra p. 481.), inniti videatur.

Quae de rebus croaticis in hoc documento adferuntur, deductionibus historicis compilatoris adtribuenda esse videntur. Dum Stephani filius Emericus in eiusdem „vita" (Endlicher: rer. hung. mon. arpad. I, 193—201) „dux" tantummodo appellatur, additur alibi etiam provincia, cuius dux fuerit: in annalibus hildesheim. (ad a. 1031. Pertz: Mon. Germ. SS. III, 98) „dux Ruizorum"[24], in chronica hungarorum (Endlicher ibid. p. 76) „nobilis dux Sclavonie", in lectionibus breviarii ecclesiae zagrab. (Krčelić op. cit. p. 103. Rad XXVII, 84) „dux Sclauonie". Ita etiam sponsam Emerici „vita" (ed. cit. p. 197) in genere „de regali prosapia" ortam dicit, quod etiam ab officio ecclesiae zagr. receptum est; annales vero polonici (Bielowski: Monumenta Poloniae historica I, 508) eandem Mesconis, Poloniae regis, filiam fuisse perhibent (V. Rad, loc. cit. p. 82—5).

2.

C. a. 1079—1083.

Svinimiri Chroatiae et Dalmatiae regis Hungaris adiuvantibus, contra Luitolphum Carantaniae ducem bellum.

Misit itaque rex Zolomerus[25] Dalmatiae, qui sororius Geysae erat, nuncios ad regem Salomonem et ducem Geysam; et rogavit eos, ut propria persona eorum contra adversarios suos, scilicet Carinthios, ipsum adiuvarent, qui tunc marchiam Dalmatiae occupaverunt. Rex igitur et dux collecto exercitu iverunt in Dalmatiam, et ablatam ei restituerunt integre. Regi igitur ducique dona regalia ac pretiosa palatia, aurum et argentum multum donavit.

M. Joan. de Thurocz chronica Hungarorum c. XLVII. p. 184. ed. Tyrnaviae 1765.

Quamprimum itaque (Luitolphus) ducatus solium conscendit,[26] mox aggressus est illum vi pacificare contra proterviam Zolemyri Dalmatiae regis, qui eotum assidue cum Hungarorum auxilio Carinthiam invadebat. Sed quum Luitolphus videret, vires suas nimium debiles esse, eo quod Zolemyr magnum praesidium in Hungarorum duce Ludovico[27] uti etiam in Bohemis haberet, circumspecte consilium cepit, quo suos praecipuos milites, dominos et subditos congregaret, quatenus eorum consilio et auxilio hosti graviter resisteret. Advocavit igitur Ottocarum III marchionem Styriae,[28] Wilhelmum et Conradum, comites in Starchant et Haynburg,[29] quibus iussit, ut cum omnibus copiis Villachum venirent, quod etiam indilate executi sunt. Quum itaque ipsi cum suis illuc advenirent, archidux Luitolphus gavisus est valde, atque illis clare exposuit, quomodo Zolemyr rex Dalmatiae inde ab aliquo tempore eius subditis magna damna inferat, regionem depopuletur, et eo iam audaciae devenerit, quod nostrum nulli pacificam vitam permittere constituerit, quousque perverso scopo suo plene non potiatur. Quare ipse, qua ipsorum princeps, huic malo providere statuit, nilque praetermittere, quo inimico severe occurratur. Spem itaque in ipsos, ceu fideles subditos, reponit, quod sint nimirum in hoc tum ipsi quam et communi patriae fidem praestituri. Ubi haec principibus exposuisset, vix dici potest, quam vehementem animum praefati domini in loco ipso manifestaverint, tum illi omnem potentiam suam suorumque amicorum et fautorum offerentes. His actis coepit Leopoldus ubique in provincia sua copias colligere, eo quidem cum successu, quod paucas post hebdomadas, accedente subsidio Styriae marchionis aliorumque dominorum et subditorum,

exercitum viginti millium armatorum equitum et peditum congregaret. Quum lustratio ista regi Zolemyro per speculatores suos nota reddita esset, ipse quoque vires adauxit, ac dein legatos ad levirum suum ducem Ludovicum in Hungariam propter auxilium et ad Leopoldum in Carinthiam misit, qui huic pacem offerent, si polliceretur, se limites regni non amplius, antenatorum suorum more, adtrectaturos; sin secus, bellum sibi indicendum sciat Ad haec respondit Leopoldus, se velle illum in domo sua adire ibique facto ostendere, quid ipse et Carinthii sui contra Dalmatas et Hungaros valeant. Minas has illico cum gaudio exequendo irruit cum omnibus ducibus suis in hostis terram, quocum mox ad Aquileiam[30] convenit. Iusserat autem dux marchioni Styriae et comitibus Wilhelmo et Conrado, qui conspicui et experti duces erant, ut omni exercitui attendant, ne belliducum incuria probrum et periculum oriatur. Quare Zolemyrus nostros pacificos et immobiles videns, tali cum impetu et celeri festinatione in eos irruit, quod multi in vigiles marchionis Ottocari penetraverint. Sed quum Luitolphus, qui cum belliducibus suis exercitum suum in aciem rite disposuerat, hostem in suos absque ordine irruere observasset: copias suas, quasi inimico locum cedere vellet, bifarie divisit, donec hostem utrinque cingeret; tum aggressus eum adeo delevit, ut pauci, qui in Zolemyri castra confugerant, salvarentur. Tres praecipui Hungarorum belliduces, praeter multos alios viginti Dalmatinorum proceres magnae dignitatis et originis cum illustri nobilitate in loco pugnae caesi sunt. Tum nostri spoliis onusti laeti domum reversi sunt.

Hier. Megiser: Annales Carinthiae. Lipsiae 1612. lib. VII, c. 32. pag. 742—5. Vertentes e germanico in latinum rem tantum adornantia ommisimus.

Hier. Megiser († 1616) ad confirmanda quae in hoc capite de gestis ducis Luitolphi narrat, provocat se ad opera Nicolai Claudiani (in farragine), Joannis Aventini (chron. Bavariae lib. V), W. Lazii (de migratione gentium lib. VI), Conradi abbatis Urspergensis (alias Ekkhardus Uraugiensis. Pertz : Mon. Germ. SS. VI, 17—267), Joannis Stumphii (1500—1566), Huldrici Mucii (alias Hugobaldus Ulricus, 1496 † 1571. V. Pistorius: Scriptores Germaniae t. II, p. 605 ss), nec non ad antiqua documenta manu scripta („die alten Schriften der Reichnau und S. Gallen in Schweitz"). Fragmenti nostri de belli inter Luitolphum et Svinimirum in nullo dictorum scriptorum exterorum, quantum perquirere potuimus, vestigium reperitur. Scribendi ratio nominis Chroatorum regis (Zolomyr) innuere videtur, auctorem e hungarico fonte hausisse; verum ipse in omnibus adiunctis non convenit cum narratione, quae de

eodem eventu apud J. Thuroczium conservata est. Quare dicendum est, auctorem vel hungaricum documentum e propria combinatione adauxisse et mutasse, vel vero scripto praeterea fonte usum fuisse.

Caeterum turbulentum Svinimiri regimen etiam epistola papae Gregorii VII a. 1079 (Acta nr. 107, p. 124) indigitat. V. Rad XXVIII, 174—180.

3.

A. 1091—1093.

Hungariae regis Ladislai in transalpinam Chroatiam irruptio (1091). Almus constituitur rex in Chroatia Savia. Episcopatus Zagrabiae fundatur.

Qualiter Ungari caeperunt dominium Dalmatiae et Chroatiae. Eo namque tempore rex Suinimirus mortis debitum solvit, nullumque suae posteritatis haeredem reliquit. Sic ergo tota regalis sanguinis deficiente prosapia, non fuit ulterius qui in regno Chroatorum rite succedere debuisset.[31] Cepit itaque inter omnes regni proceres magna discordia suboriri; et cum divisim modo hic modo ille regnandi ambitione sibi terrae dominium vendicaret, innumerabiles rapinae, praedationes, caedes et omnium facinorum seminaria emerserunt; alter enim alterum insequi, invadere, trucidare quotidie non cessabat.

Verum his temporibus extitit quidam ex magnatibus Sclavoniae, qui, cum a suis esset contribulibus multis lacessitus iniuriis multisque damnis attritus, non sperans aliter se posse tantis resistere malis in Ungariam profectus est. Tunc ad regem Vladislavum ingressus, eum alloqui cepit, persvadens ei, ut ad capiendum Chroatiae regnum et suo dominatui subiugandum exiret, dans ei plenam fiduciam id facile posse complere, cum regnum illud vacuum et sine tutela regalis providentiae remansisset.

His ergo Vladislavus rex inductus consiliis, absque mora coadunato exercitu copioso, venit et occupavit totam terram a Dravo fluvio usque ad alpes, quae dicuntur ferreae,[32] nullo obice resistente. Post haec transivit alpes, et caepit impugnare munitiones et castra, multaque praelia committere cum gentibus Chroatiae. Sed cum alter alteri non ferret auxilium, essentque divisi ab invicem, facilem victoriam rex potuit obtinere. Nec tamen usque ad maritimas regiones pervenit; sed audiens quod quaedem gens[33] sui regni fines intraverat, in Ungariam repedavit.

Fuit autem rex iste non solum armis strenuus, sed religione et sanctitate insignis. Huius temporibus gens Scythica in multitudine

gravi intra Ungariae fines irrumpens, magnas hominum strages fecerunt. Sed Vladislavus rex, coacto in unum sui regni exercitu, in hostiles turmas viriliter irruens, divino protectus auxilio, maiorem partem barbaricae nationis passim per campos stravit in mortem, alios vero extra regni confinia effugavit.

Thomae archid. spalat. hist. salonit. c. XVII, p. 325 ed. Amstelodam.

Ipse (Ladislaus) primus Dalmatiam atque Croatiam suae monarchiae perpetuo subiugavit. Cum enim rex Zolomerus sine liberis decesisset, uxor eius, soror regis Ladislai, ab inimicis viri sui multis iniuriis praegravata, auxilium fratris sui, regis Ladislai, in nomine Iesu Christi imploravit. Cuius iniurias rex graviter vindicavit et Croatiam atque Dalmatiam integraliter sibi restituit, quam postea praedicta regina suo subdidit dominio. Quod tamen rex non fecit propter cupiditatem, sed quia secundum regalem iustitiam sibi competebat haereditas, quoniam quidem rex Zolomerus in primo gradu affinitatis eidem attinebat, et haeredem non habuit.

M. Joan. de Thurocz: Chronica Hungarorum c. LVI, p. 211 ed. J. G. Schwandtner. Tyrnaviae 1765. Cf. A. Bonfinii rerum ungaricarum decades. Dec. II, lib. 4, p. 224. Hannoviae 1606.

Anno incarnacionis Iesu Christi nostri domini millesimo xcı. Kyri Alexio Constantinopoleos imperante, tempore quo Vladislaus, Pannoniorum rex, Chroacię inuadens regnum dominum Almum, suum nepotem,[34] in illo statuit regem.

V. instrumentum iadertinum acta nr. 128. p. 154.

(Rex Ladisclauus) zagrabiensem constituit episcopatum, uidelicet ut quos error idololatrie a dei cultura extraneos fecerat, episcopalis cura ad uiam ueritatis reduceret. Ad instruendam ergo huius plebis ignorantiam quemdam boemicum uenerabilis uite uirum, nomine Duch, idoneum repperit, quem eidem ecclesie pastorem per suum capellanum Fancicam delegauit....

Ex instrumento a. 1134 acta nr. 130, p. 158. V. etiam Tkalčić: Monumenta historica episcopatus zagrab. II, 5.

In reliquo de hač Ladislai in Chroatiam expeditione bellica v. Rad XXX, 102—110.

4.

A. 1097.

Colomani Hungariae regis sponsa, Rogerii Siciliae ducis filia, in suo Panormo in Hungariam itinere Albae sive Belgradi excipitur.

Alamanus[35] autem rex Ungarorum, audiens famam Siculorum gloriosi comitis Rogerii,[36] legatos dirigens filiam suam in matrimonium concedi expostulat. Ille vero, quamvis honesti viri, qui ad hoc venerant, essent, tamen illos honeste a se dimittens, de suis etiam, ne fallatur, cum ipsis dirigens remandat, ut si executum quod coeperat velit, alicuius auctoritatis gradus vel ordinis personas, quibus facilius credatur, ad id confirmandum mittat.

Qui anhelus exequi, Arduinum Joviensem episcopum[37] et Thomam comitem[38] idem expostulatum mittit. Comes autem eos honeste accipiens secum detinuit, de suis honestos et callidos viros apud Pannoniam mittens, in eorum praesentia a proceribus[39] regionis illius exequenda postulabatur juramento firmare cogi. Quod rex libenter annuens per suum ducem, nomine Alivum,[40] et reliquos non minoris dignitatis viros, omnia, quae mandaverat, exequenda iuramento firmavit. Sicque legatos comitis, ut pactum firmatum renuncient, munificatos a se dimittit. Comes autem relatione suorum accepta, haud secus et ipse legatos regis a se dimittens, pluribus honoribus a se compilavit; regi terminum, quo sibi filiam suam mittat, statuit.

Anno itaque incarnationis millesimo nonagesimo septimo, apparatis, quae necessaria erant, mense Maio cum trecentis militibus usque Thermas[41] conducere facit Henricum Leocastrensem episcopum, et quosdam de fidelibus suis abinde maritimo cursu usque Pannoniam,[42] cum puella procedere faciens, qui navibus apparatis, puellam cum multibus sponsalibus intromittentes, velis vento commissis, prosperaaura stante per aequora feruntur, usque dum in portum Albae,[43] qui juris regis Ungarorum est, impune applicant. Hic Vincurius[44] comes Bellegratae, missus cum quinque millibus armatorum, obvius fuit, eamque cum his, qui cum ea venerunt, decenter excipiens, usque ad regem perduxit.

Per totam Pannoniam nuptiae regis praeconizantur. Undique cum enxeniis concurritur. Et cum semper frequens et numerosa manus ex more cum rege innumerabilem turbam plus solito nuptiarum, et novae reginae visendae appetitis conflavit, die terminato praesentibus archiepiscopis et episcopis et diversis ordinibus

dos puellae legali more in publico protestatur. Rex et regina catholice pariter desponsantur, sollemnesque nuptiae in tentoriis et ex virentibus ramis tabernaculis tectis celebrantur. Nam nullae domus tantae multitudini sufficiebant.

Nuptiis itaque regalibus expletis, rex episcopum Leocastrensem, et qui cum ipso reversuri advenerant, aliquantisper secum commorari faciens, ut videt de egressione festinos, legaliter munificatos a se dimisit. Illi ad portum venientes, maritimo cursu regredi accellerant.

Gaufredi Malaterrae historia sicula lib. IV, c. 25. Muratori: Script. rer. ital. V, 599.

Scriptor, ordinis s. Benedicti monachus, Guillelmo Apulo synchronus, illo aliquot annis serius scripsit iussu Rogerii, Siciliae comitis fratrisque Roberti Guiscardi, historiam Normanorum ab adventu gentis in Apuliam usque ad a. 1099.

Adest quoque versio italica a. 1358 Simeonis de Leontino, capellae regiae apud Fridericum capellani. Bibliotheca nazionale a Napoli, sala dei msc. istorie e croniche di Sicilia V. G. 29 a 161. Monumenta Hungariae hist. vol. 46. p. 34—5. Budapest 1873.

De fragmento nostro disserui in Rad XIX, 82—84. XXX, 126—128.

5.

A. 1101—1103.

„Conventio amicitiae“ inter Hungariae regem Colomanum et Venetiarum ducem Vitalem Michaëlem (1101). Memoriae, qualiter Colomanus Chroatiae et Dalmatiae rex factus est.

Colomanus, diuina fauente ac gubernante clementia Ungarorum rex, Vitali Michaeli, strenuissimo Venetorum duci, suisque optimatibus salutem amicitiasque perpetuas. Cum scriptura quotidie clamet dicens, uiam (iustitiae) non esse deserendam: mirum est super his, qui aliam existimant fore capiendam. Quapropter uobis litteras has studemus referentes, nos uestras, sicut antecessores nostri inter se habuerunt, amicitias cupere sempiternas. Uerum quando nec litteris nec legato uestris, uti petiueratis, respondimus petitionibus: ideo uero minime arbitrari oportet, hoc hastu[45] doloue fecisse; sed ob commodum atque utilitatem nec non indeficientem unamquamque stabilitatem distulisse; fati namque scimus, hoc firmum minus stare, si sine tocius regni consilio factum esset. Quare nunc uobis, quod quesiueratis, firmius totius regni uoluntate, non solum litteris uerum etiam proprio legato, effectum curamus reddere. Vestra igitur

uestrorumque procerum noscat prudentia: nos nostrumque regnum uestro uestrorumque amore indissolubili uinculo necti[46] desiderare. Unde quia cuncta, que dicere cupimus, scribere ob legentis[47] fastidium nequimus: idcirco talem studemus mandare nuncium, uerbo cuius non detractetis adhibere auditum atque studium; sed ut nostris perpetuis non dubitetis obtemperare uocibus, attamen pauca etiam litteris insinuare laboramus. Volumus equidem ob stabilitatis firmamentum inter nos atque uos, nostros uestrosque maiores, uerum fieri sacramentum, quo[48] commune habere ac facere, cum necessarium fuerit, uicissim ualeamus augmentum; firmius enim constat magisque perpetuum, quod undique unitur firmissimo ligamento, quam quod debiliori subnictitur fundamento; et que recte mandamus, ad perfectam exequutionem communi uoto sincere omni nixu animi aminiculante potentia dicere ualeamus et laboremus. Preterea indefectibiles grates (agimus), nostros quod[49] nuncios semper non (parum) honorifice tractauistis; tamquam (quod) sagaciter omne consilium exhibuistis. Quod idem uero honorificentius atque sagacius huic nostro legato, uti nobismet ipsis, exhibere petimus; quippe uera dilectio non uoce solum sed etiam opere ostenditur; amicus namque in necessitate probatur.

Conuenientia amicitie, que facta est inter regem Ungarorum ac ducem Venetorum. Ego Colomanus, Ungarorum rex, per memet ipsum et per meos omnes tecum, Vitalis Michael, Venetie, Dalmatie, Chroatie dux[50], et cunctis optimatibus[51] de uestro ducatu ueram et firmam amicitiam atque concordiam ab hoc die in antea obtinebo; et te ac tuos et cunctas ciuitates, subiectas ducatui tuo, et omnia castella et loca subdita et obedientia potestati tue, per me et per meos conseruabo, et nullo modo inquietabo. Et si aliquis ex meis aliquem uestrum foris fecerit aut offenderit, ac si cognitum fuerit, infra dies triginta emendabo. Hec omnia per sacramentum sunt confirmata ac confederata equali conditione ab utraque parte. Sed tamen, quia in principibus meis et senioribus[52] dubium uidetur, utrum te ducem Chroatie atque Dalmatie nominauerim: uolo, immo desidero pro seruanda, sicut statutum est, amicitia, ut a te et tuis, et a me ac meis ita omne prius de medio auferatur ambiguum, ut in quocumque casu tibi per antecesseros tuos, et mihi per meos, certa comprobatione iustitia fuerit, alter alteri nullatenus aduersetur.

Codex Trevisanus in biblioth. Cicogniana Venetiis nr. 2558, p. 113.
Fragmentum edidit Lebret: Geschichte der Republik Venedig I, 286.

Marin: Storia civile e politica del commerzio de' Veneziani III, 32 ss. Tafel und Thomas: Urkunden zur älteren Handels- und Staatsgeschichte der Republik Venedig. I, 65—66. Totum: Monumenta spectantia historiam Slavorum meridionalium. Zagrabiae 1868, I. 4—5. Cod. dipl. CSD. II, 1—2. Nos genuinum textum restituere adnisi sumus.

Conventionem hanc non ante a. 1101 initam fuisse, demonstravi in Rad XIX, 85—6. XXX, 124—126.

Iste (Kalomanus) quoque in regnum Dalmacie misso exercitu occidi fecit regem Petrum[53], qui Hungaris in montibus, qui Gozd[54] dicuntur, occurrens, est deuictus in montibus memoratis et occisus. Unde iidem montes usque hodie in hungarico Patur-Gozdia[55] nominantur. Sedes enim huius regis et solium in Teneu[56] erat ciuitate.

Hoc ergo facto et regno Dalmacie conquistato galeas, naues et teritas cum Uenetis solidauit, mittens cum eis exercitum Hungarorum in Apuliam, ubi Monopolim et Brundusium ciuitates occuparunt, ciuibus quibusdam fidem Uenetis obseruantibus. Cumque easdem ciuitates ȧd tenendum Uenetis reliquissent, concitatis cursibus planum Apulie in quibusdam locis deuastantes, tribus mensibus in ea permansere. Tandemque ad naues redeuntes per mare in Dalmaciam reuertuntur, capitaneo Hungaro et regis Hungariae banerio ibidem cum Uenetis derelictis. Quas quidem ciuitates Guillelmus iunior rex Sicilie[57] per auxilium Pisanorum cum magnis sumptibus postmodum uix rehabuit.

Hoc tempore Colomanus rex Hungariae misit exercitum in Dalmatiam et occidi fecit regem Petrum. Et per legatos suos cum Venetorum duce (sc. Vitale Michaele) foedus iniit contra Normanos; et pariter exercitum in Apuliam ad eorum damna mittere statuit. Parata autem classe per Venetos, regius apparatus in Apuliam navigans Brundusium et Monopolim obtinet, et tribus mensibus Apuliam vastant et redeunt.

A. Danduli chronicon venetum. p. 259 ed. Muratori.

Simonis de Keza gesta Hungarorum. Rerum hungar. monumenta Arpadiana ed. St. L. Endlicher I, 118—119. E cod. bibl. palat. vindob. saeculi XV.

Scriptor erat „clericus“ regis Ladislai III (IV a. 1272—1290), adnotavitque Hungarorum gesta usque ad cladem a. 1286 Cumanis illatam. Cf. O. Lorenz: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter. Berlin 1870. S. 271. 2.

Memoriale bone memorie domini Thome, quondam archidiaconi ecclesie spalatensis. Colomanus, filius Vladislaui regis Ungarie[58], stans in regno loco patris sui, et quia multa strenuitate uigebat,

proposuit totam Chroatiam usque ad mare dalmaticum sub suo dominio subiugare. Venit cum suo exercitu usque ad flumen Draue; Chrouates uero audientes de aduentu regis congregauerunt exercitum suum et preparauerunt se ad pugnandum. Rex uero audita congregatione ipsorum, misit suos nuncios, uolens ipsos gratiose tractare, et pacta cum eisdem, ut uoluerint, ordinare. Chrouates vero audita legatione domini regis, inito consilio omnes insimul acceptauerunt et miserunt xII nobiles sapientiores de xII tribubus Chrouatie, uidelicet: comitem Guran[59] de genere Chaçittorum[60], comitem Hugrinum[61] de genere Chucharorum[62], comitem Marmogniam[63] de genere Subithorum[64], comitem Pribislauum de genere Çuddomirithorum[65], comitem Georgium de genere Suaçithorum[66], comitem Petrum de genere Murithorum[67], comitem Paulum de genere Gusithorum[68], comitem Martinum de genere Carinensium[69] et de genere Lapçanorum[70], comitem Pribislauum de genere Pol(et)ithorum[71], comitem Hobradum de genere Laçnicithorum[72], comitem Joannem de genere Jamomethorum[73], comitem Mirognum de genere Tugomirorum[74]. Qui uenientes ad dominum regem ei debitam reuerentiam exhibuerunt. Dominus uero rex ad osculum pacis eos recipiens et honorifice eos tractans, ad talem concordiam deuenerunt: quod omnes predicti teneant suum pacifice et quiete; et quod non teneantur aliqua praedictarum generationum, nec eorum homines, regie maiestati soluere censum; nisi tantum teneantur domino regi, quando aliqui inuaderent sua confinia regalia, tunc si dominus rex mittet pro ipsis, tunc ire debeant adminus cum decem armigeris equitum de qualibet generatione predicta suis sumptibus et expensis usque ad flumen Draue; inde uersus Hungariam ad expensas domini regis, usquequo exercitus durauerit, debeant permanere. Et sic extitit ordinatum de anno nostrae redemptionis Mº Cº IIº.

Appendix ad eiusdem auctoris historiam salonitanam p. 370 ed. J. Lucii. Contuli cum cod. msc. membr. bibliothecae com. Fanfognae Tragurii saec. XIV. V. Rad XXVI, 175.

De authentia et axiopistia „memorialis" disserui uberius in „Književnik" I, 375—383.

Vladislavo rege migrante ad dominum, Colomanus sibi in regno successit. Hic cum esset vir ferocis animi, proposuit totam terram usque ad mare dalmaticum suo dominio subiugare. Venit ergo cum multo armorum apparatu, et obtinuit caeteram partem Sclavoniae, quae a Vladislavo fuerat, praetermissa. Itaque ad mare usque per-

venit, ut civitates maritimas occuparet Tunc ad Spalatensem civitatem primo accessit, petens pacifice ut sua se sponte dominatui eius subiicerent nec ante permitterent destrui se et sua. At vero Spalatenses, obfirmatis bene portis, per murorum circuitum cum armis diffusi non acquiescebant regi, metuentes dominium gentis ignotae et extraneae experiri; quippe nescientes quid rex de civitate vel de civibus cogitaret. Tum rex et eius principes indigne ferentes, et se quasi contemptos a Spalatensibus arbitrantes caeperunt multa civibus comminari; et positis castris non longe a civitate devastabant campos, praedasque, quas poterant, faciebant. Unde factum est, ut Spalatenses obdurato animo cuncta proponerent sustinere pericula et damna potius, quam iugum susciperent Ungarorum. Cum ergo sic aliquantum temporis pertransisset, intellexerunt tandem per internuncios, homines esse christianos, et quod rex vellet cum eis benigne agere, si se eius ditioni adhuc pacifice subiugarent. Tunc Spalatenses, inter se facto consilio, miserunt Crescentium archiepiscopum ad regem Colomannum, pacem postulantes ab eo. Quem ille benigne suscipiens, annuit omnibus petitionibus, quas Spalatenses fecerant pro pacis foedere componendo. Facta igitur conscriptione omnium, quae hinc inde fuerant ex beneplacito stabilita, iuravit rex cum suis principibus omnia firmiter observare. Postera vero die iuraverunt Spalatenses, primo quidem maiores deinde iuniores postea vulgus omne, ut Colomanno regi et eius posteris ac regno Ungariae subiecti et fideles omni tempore permanerent. Tunc rex civitatem ingressus, valde honorifice a clero et populo susceptus est. Et ea die procuratione affluenter a communi suscepta, confectisque ac traditis immunitatis privilegiis[75], profectus est. Inde autem pertransiens venit Tragurium, et deinde Jaderam, a quibus civitatibus simili exemplo susceptus, fecit eis libertatis privilegium. Et sic in Ungariam est regressus anno domini millesimo centesimo tertio.

Thomas archidiac. spalat. histor. salon. c. XVII, p. 325—6 ed. J. Lucii.

Manifestum est, a Thoma archidiacono in contextu historiae salonitanae fusius exponi, quo modo Spalatum se regi Colomano subiecerit, occupatio vero aliarum Dalmatiae urbium nec non Chroatiae ibidem brevibus tantum attingi; quorum alterum neque scopus operis necessario exigebat. Quod itaque in opere ipso praetermisit, supplevit in „memoriali“ enarando fusius, quo pacto Chroatiae populus Colomanum in regem suum agnovit.

Thomae archidiaconi narratio illustratur hoc documento:

Anno incarnacionis domini nostri Jesu Christi millesimo centesimo secundo. Ego Collomanus, dei gracia rex Ungarie, Chroacie atque Dalmacie, saluo abito consilio, postquam coronatus fui Belgradi supra mare in urbe regia . . .

Donationales in registro monialium s. Mariae Jaderae fol. 17. b, 18. Rad XXVI, 167. Lucius de regn. Dalm. et Croat. lib. III, c. 3, p. 113 ed. Amstelod. Farlati: Illyr. sacr. IV, 5. Cod. dipl. CSD. II, 5.

Cf. quoque notam cuiusdam anonymi de curia celebrata a Colomano ante civitatem Jadram. Pactor. I, 239. Wenzel: cod. diplom. arpadianus contin. Pestini 1860, p. 43. Monum. spectantia historiam Slavor. merid. I, 5. item vitae b. Joannis tragur. c. 4 et 5. Farlati: Illyr. sacr. IV, 312—3. Historia s. Christophori ibid. V, 253. tandem inscriptiones cod. dipl. CSD. II, 235—7.

Ceterum fusius de re ista disserui in Književnik I, 375—383. et Rad XXX, 121—138.

[1] Natus ad finem saec. XII, a. 1232 factus abbas monasterii Stadensis. Scripsit annales Stadenses, qui cum a. 1256 terminant. Pertz: Mon. Germ. Script. XVI, 271. Wattenbach: Deutschlands Geschichtsquellen im Mittelalter. Berlin 1874. II, 307. [2] De hoc bello scribunt: Wipo, Vita Chuonradi. c. 26. Pertz: Monum. Germ. XI, 264. Annales Sangalenses, annales Hildesheimenses, annales Altahenses, annalista Saxo, vita Meinwerci c. 205, vita s. Stephani maior c. 15. (ed. Endlicher I, 179). W. Giesebrecht: Geschichte der deutschen Kaiserzeit. IV. Aufl. B. II, S. 259—61, 633. Büdinger: Oesterreich. Geschichte I, 421—2. [3] Annal. hildesheim. ad a. 1031 (Pertz: M. G. SS. III, 98): „Eodem anno imperatoris filius Heinrichus rex, et ipse dux Baioariae, et Stephanus rex Ungaricus cum iuramento invicem firmaverunt pacem". [4] V. nr. 212, p. 432. [5] Trebež, uniti Ilova et Pakra fluvii ita appellati in Savum infra Lonjam influunt. [6] Črnec, rivus in Lonjam influens. [7] adeoque Panonniae superioris pars intra Savum et Dravum. [8] Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XIV. p. 322. v. acta nr. 152. p. 200. [9] Cuius fit memoria in actis nr. 29, p. 38, item nr. 45, p. 62. [10] Filius sororis Stephani et Venetiarum ducis Ottonis Urseoli. [11] Cresimiro successit teste Petro Cresimiro (acta nr. 45, p. 62) huius pater Stephanus. Cf. Muratori: script. rer. ital. XII, 254: „Stephanus Stornato alias Zuane". [12] initio a. 1041. [13] nomen Croatiae regis iustum quidem est; sed tum agnomen, quam quae de irruptione eius bellica addita sunt, perperam a contemporaneo eiusdem nominis Serborum duce: „Στεφανος ὁ Βοϊσϑλαβος, ὁ τῶν Σερβων ἀρχων" (Georg. Cedren. p. 526, 543 ed. bonn.) ad Chroatorum regem translata sunt. Rad XIX. 74. Voisclavus, non Volosclavus legendum est. [14] Convenit cum acto nr. 45, p. 62: „et Stephanus Prasca". [15] a. 1044. [16] non Ostersich, Osterreich. [17] a. 1046. [18] Büdinger: Ein Buch ungar. Geschichte. S. 15: „Adalbert identisch mit Bela". Slav. bel = weiss, glänzend, germ. Adal-berht = glänzend an Geschlecht. [19] De Radi palatini victoriis vide apocryphum actum nro. 223, p. 545. [20] a. 1061. [21] an non loco Ostrogon, Ostrihom? [22] Vide infra p. 477. [23] a. 1074. [24] de Ruzzia, Russia vide Rad XXVII, 82. Bielowski op. cit. I, 514 Slavoniam sive Russiam Hunga-

riae superioris partem subintelligit. [25] Forma hungarica slavici nominis Svinimir, unde primum „Zuanimer" (Donationales Ludovici I a. 1359. Fejer: cod. dipl. Hung. t. IX. v. III, p. 156. Cod. dipl. CSD. I, 216) tum „Zolomer". [26] a. 1076 post patrem Markwardum III, quem Megiser 7 aprilis 1077 obiisse putat. Krones: Umrisse des Geschichtslebens der deutsch-österreichischen Ländergruppe. Insbruck 1868. S. 145. [27] perperam pro Geiza vel Ladislavo. [28] Alias „Oczo, Ozio" ab a. 1039—1088 „marchio de Styre". V. Krones op. cit. p. 142. [29] ad Völkermarkt in Carinthia. [30] „bey Aglarn", germ. Aglei, unde slav. Oglaj, Aquileia. [31] Svinimiro Stephanum regem, cui Petrus Cresimirus patruus erat, successisse acta (nr. 124, 125, 126, p. 148—152) testantur. [32] i. e. Gvozd. V. Rad XXX, 106. [33] Cumani, turcicae originis. V. Büdinger: Ein Buch ungar. Geschichte. S. 27, 79—80. [34] i. e. fratris Gejzae I († 1077) filius. [35] i. e. Colomanus, de cuius nomine et natalibus v. M. Büdinger: Ein Buch ungar. Geschichte. S. 163—5. [36] a. 1050—1101. [37] Ioviensis, verisimiliter loco „Geuriensis" i. e. Iaurinensis, licet eiusdem nominis episcopus geuriensis in actis XI saeculi non reperiatur. [38] Thomas albensis comes adducitur in actis Colomani regis a. 1102 et 1108 (v. Cod. dipl. CSD. II, 6. 14). [39] male „posterioribus", potius „procerioribus", proceribus. [40] error loco „Almus", de quo v. nro praec. Simon de Leontino loc. cit. „uno suo duca, lu quali lavia nome Alum". [41] Therma, τὰ Θέρμα nunc Termini in eadem Sicilia. Vide Forbiger: Handbuch der alten Geographie III, 804. [42] codex Iarrataneus habet „usque ad Panormum", i. e. Palermo. Simeon de Leontino loc. cit. per fina a Scavonia" (Pannonia). [43] Belgrad nostrorum actorum. V. Rad XIX, 83. [44] Simeon de Leontino loc. cit. „lo conti de Mercurio". Quidam Mercurius erat comes ultrasilvanus a. 1111—1113 (Fejér: cod. diplom Hung. II, 59. VII, 4. p. 59). Quum in illa provincia extiterit civitas Alba (Julia) et comitatus Albensis (slav. Belgrad), an idem Mercurius (Vincurius) comitatus huius ultrasilvani comes pridem non fuit? [45] „factu" pro „hastu" i. e. astutia. [46] recte, pro „necti". [47] legenas. [48] qui. [49] nostrosque. [50] v. supra p. 159—160. [51] „omnibus" pro „optimatibus". [52] „sensibus". [53] qui idem fuisse videtur, qui sub Suinimiro banus fuisse dicitur (v. infra). [54] i. e. G(v)ozd. v. supra p. [55] i. e. Peter-Gozdia, Petrovo Gvozdje. Cf. Petrova gora inter fluvios Koranam et Glinam usque ad Colapim. [56] Tenen, cf. Acta nr. 97 et 100, p. 112, 118. Knin. [57] Guillelmus I a. 1154—1166, Guillelmus II a. 1166—1189. [58] ita etiam putarunt adhuc Pray, Cornides, Katona et alii; verum Colomanus erat Gejzae I filius, adeoque Vladislavo ex fratre nepos. V. Büdinger: Ein Buch ungar. Geschichte. S. 164—6. [59] Cf. Gorun, Goren, Gorjan. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam. nr. 79. [60] i. e. Kačići. [61] Ugrin. Miklošić op. cit. nr. 477. [62] i. e. Kukari. V. Kukuljević: Povjestni spomenici I, 147. [63] Cf. Mrmonić. Povjestni spomenici I, 71. 198. [64] i. e. Šubići. [65] cf. Čudomerić. Povjestni spomenici I, 80. 185. 200. [66] i. e. Svačići. Cf. Svastić ibid. p. 293. [67] Cf. Murići. Mogorovići ibid. p. 166. 173—175. 177. v. nrum seq. [68] Gusići ibid. p. 137. 179. 228. 229. 241. 261. 275. [69] Karinani ibid. p. 147. [70] Lapčani ibid. 120. 144. 156. [71] Poletčići ibid. 148. [72] Lačničići. [73] Jamometići. [74] Tugomerići ibid. 166. [75] V. litteras Colomani datas 16 Junii 1103 archiepiscopo Crescentio ap. J. Lucium: de regn. Dalm. et Croat. lib. VI, c. 4, p. 279 ed. Amstelod. Farlati: Illyr. sacr. III, 164. Cod. dipl. CSD. II, 8.

231.

Generationum et banorum apud Chroatos usque ad XI saec. finem serior obscuriorque memoria.

(Sublestae fidei).

Tempore transacto erat consuetudo in regno Croatorum: erant septem bani[1], qui eligerant regem in Croacia, quando rex sine liberis moriebatur, scilicet banus Croacie primus, banus Bosniensis secundus, banus Sclauonie tertius, banus Posige quartus, banus Podrame[2] quintus, banus Albanie[3] sextus, banus (S)remi septimus. Et de sex generibus Croatorum erant bani in Croacia, quos eligebant duodecim tribus Croatorum. Et de aliis sex generationibus erant comites in comitatibus Croacie. Kacigi, Cucari, Suaci(gi), Cudomirigi, Mogorouigi, Subigi[4]: isti sunt principales, quibus pertinet banatum, et mittunt sortes cui eorum sors dedit... Isti fuerunt bani in Croacia de genere Croatorum a tempore regis Suetopelegi[5] usque ad tempus Suinimiri regis Croatorum: Stephanus Cucar, Saruba Cudomirigi, Ourica[6] .... Mog(orouig).... Caci(g).... Car(an)[7].... Can.... Slauaz... Cucar fuit iudex regis Cresimir, Cucar. Tempore Suinimiri fuit Petrus Suacig banus. Omnes isti fuerunt bani in Chroacia.

Registrum membran. uti videtur saec. XII, olim monasterii s. Petri in Selo, in archivo capituli spalatensis. p. 27—28. Transsumptum in bibliotheca scientiarum academiae Zagrabiae cod. msc. nr. 287, fol. 55. V. acta nr. 111, p. 136. Rad XXVII, 101.

[1] Plures in regno banos innuit chirographum regis P. Cresimiri a. 1069. V. Acta nr. 55, p. 72; sed e documentus unus tantum singulo tempore erui potest. [2] cf. Ivaniš „кнезь цетинскн н рамскн“, Miklošić: monum. serbica p. 279. [3] inferior Dalmatia appellabatur etiam „Croatia alba“. V. Književnik I, 209. [4] de quibus vide nro praec. [5] de quo praesb. Diocl. regnum Slavorum c. X—XIII. p. 289—290. ed J. Lucii. [6] Urica. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennam. nr. 419. [7] Karan ibid. nr. 161.

232.

Sepulchrorum Chroatiae regum serior obscuriorque memoria.

Has[1] siquidem ecclesias (sc. sancti Stephani et sanctae Mariae in Salona) aedificavit et dotavit quaedam Helena regina, donans eas spalatinae sedi iure perpetuo possidendas. Quae ob reverentiam regalium sepulcrorum concessae fuerant quibusdam regularibus ad tempus, qui assidue in eis officiorum ministeria exercebant. Ibi namque magnificus vir Cresimirus rex, in atrio videlicet basilicae sancti Stephani, tumulatus est cum pluribus aliis regibus et reginis.

Thomae archid. spalat. histor. salon. c. XVI, p. 323. ed. J. Lucii.

Lubet hic adducere verba e cod. msc. bibliothecae com. Fanfognae Tragurii: istoria della chiesa salonitana (msc. salonitana ac spalatensia) a. 1716, ubi auctor inter cetera scribit: „San Stefano di Salona, detto così per distinguerlo dall' altro s. Stefano (de Pinis) e perchè fù fabricato tra le ruine di quella città. La chiesa si fondò da Elena, moglie di Mislavo duce di Croazia, intorno all' a. 830. In questa si sepelivano li principi e le principesse della casa ducale e poi regia, la quale nel contado di Clissa presso Salona ebbe per lo più la residenza" (p. 57). „S. Maria di Salona fù pure edificata dalla principissa Elena, che l' arcidiacono onora col nome di regina; e credesi che potesse essere sù le ruine di s. Marina, che fù la prima chiesa e poi domo di Salona. Ivi pure sono sepeliti de' principi del sangue e della corte, finchè fù fissa nel contado di Clissa; perciò anche ivi fù edificato un monistero per l' oggetto accenato . . . Sino all' invasione dei Turchi furono in piedi questi monisteri con loro basiliche; ora di s. Maria è rimasta una piccola chiesa, la quale è un' appendice di parochiale di Vragnizza". (p. 57).

Haec opinio confirmari videtur Petri Cresimiri verbis de sepultura patris Stephani „in Clisio campo feliciter quiescentis". (Acta nr. 55 pag. 72).


[1] Praecedunt ea, quae nro 159 p. 213 adducta sunt.

233.

A. 1100.

Chroatorum regis Svinimiri, eiusque donationis, ecclesiae s. Luciae in insula Vegla collatae, memoria.

a)



b) †. Ⱍ. Ⰵ. ⰲⱏ ⰻⰿⰵ ⱁⱌⰰ ⰻ ⱄⰻⰰ ⰻ ⱄⱅⰳⰰ ⰴⱆⱈⰰ. ⰰⰸⱏ ⱁⱂⰰⱅⱏ ⰴⱃⱏⰶⰻⱈⰰ[1] ⱂⰻⱄⰰⱈⱏ ⱄⰵ ⱁ ⰾⰵⰴⰻⱀⱑ[2], ⱓⰶⰵ ⰴⰰ ⰸⰲⱏⱀⰻⰿⰻⱃⱏ[3] ⰽⱃⰰⰾⱏ ⱈⱃⱏⰲⰰⱅⱏⱄⰽⱏ ⰲⱏ ⰴⱀⰻ ⱄⰲⱁⱑ ⰲⱏ ⱄⰲⰵⱅⱆⱓ ⰾⱆⱌⰻⱓ ⰻⱄⱏⱎⰵⰴⱏ. ⰿⰻ ⰶⱆⱂⰰⱀⱏ ⰴⰵⱄⰻⰾⰰ[4] ⰽⱃⱏⰱⰰⰲⱑ, ⰶⱆⱂⰰⱀⱏ ⰲⱏ ⰾⱆⱌⱑ ⱂⱃⱏⰱⱏⱀⰵⰱⰳⰰ[5]. ⱄⱏ ⱂⱁⱄⰾⰰ ⰲⰻⱅⱁⱄⰾⰰⰲⰰ[6] ⰲ ⱁⱅⱁⱌⱑ, ⰴⰰ ⰻⰶⰵ ⱅⱁ ⱂⱁⱃⰵⱍⰵ, ⰽⰾⱏⱀⰻ ⰻ ⰱⱁ ⰻ ⰲ ⰽⰰ ⰱ ⰳ ⰰ ⰻ .Ⰳ. ⰵⰲⰰⰳ ⰾⰻⱄⱅⰻ ⰻ ⱄⱅⰰ ⰾⱆⱌⰻⱑ. ⰰⰿⰻⱀⱏ. ⰴⰰ ⰻⰶⰵ ⱄⰴⱑ ⰶⰻⰲⰵⱅⱏ, ⰿⱁⰾⰻ ⰸⰰ ⱀⰵ ⰱⱁⰳⰰ. ⰰⰸⱏ ⱁⱂⰰⱅⱏ ⰴⰱⱃⰵⰲⰻⱅⱏ[7] ⰸⰴⰰⱈⱏ ⱌⱃⱑⰽⱏⰲⱏ ⱄⰻⱓ ⰻ ⱄⰲⱁⰵⱓ ⰱⱃⰰⱅⰻⱓ ⱄⱏ ⰴⰵⰲⰵⱅⰻⱓ ⰲⱏ ⰴⱀⰻ ⰽⱏⱀⰵⰸⰰ ⰽⱁⱄⱏⰿⱏⱅⰰ[8] ⱁⰱⰾⰰⰴⰰⱓⱋⰰⰳⱁ ⰲⱏⱄⱆ ⰽⱃⰰⰻⱀⱆ[9]. ⰻ ⰱⱑⱎⰵ ⰲⱏ ⱅⱏ ⰴⱀⰻ ⰿⰻⰽⱆⰾⰰ ⰲⱏ ⱁⱅⱁⱍⱏⱌⰻ[10] ⰻ ⰲⱏ ⱄⰲⰵⱅⱆⱓ ⰾⱆⱌⰻⱓ ⰲⱏ ⰵⰴⰻⱀⱁ.

c) †. ў. р. въ име отца и сна и стаго духа. азъ опатъ дръжиха писахъ се о лединѣ, юже да звънимиръ кралъ хръватьскъ, въ дни своѥ въ светую луцию исъшедъ. ми жупанъ десила кръбавѣ, жупанъ въ луцѣ прбънебга. съ посла витослава в отоцѣ: да иже то пореуе, клъни и бо(гъ) и б(лаже)на б(о)г(ородиц)а и .г. еваг(е)листи и стаѣ луциѣ. аминъ. да иже сдѣ живетъ, моли за не бога. азъ опатъ д(о)бревитъ здахъ цръкъвъ сию и своею братию съ деветию въ дни кънеза косъмъта обладающаго всу краину. и бѣше въ тъ дни микула въ отоуъци и въ светую луцию въ едино.

†. M°-C°. In nomine patris et filii et sancti spiritus. Ego abbas Drъžiha scripsi hoc de agro, quem dedit Zъvъnimir rex Chroatorum, dum in diebus suis in sanctam Luciam exivisset. Nos Desilo, Krъbavae županus, županus Lukae Prbъnebga. Hic misit Vitoslavum in insulam: ut qui hoc revocaverit, maledicat illum deus et beata dei genitrix et quatuor evangelistae et sancta Lucia, amen. Ego abbas D(o)brevit aedificavi ecclesiam istam et cum meis novem fratribus in diebus ducis Cosmae, dum is universo confinio dominaretur. Et erat his diebus Mikula in Otočъc et in sancta Lucia insimul.

Inscriptio in lapide, qui nunc in ecclesia s. Luciae prope Bescam in insula Vegla asservatur, cuiusque ectypon adest in museo nationali Zagrabiae. De hac inscriptione fusius disserui in Starine VII, 130—163, ubi etiam photographicum fac-simile adnexum habetur. Maior pars lineae postremae ibi deest (p. 146—7), quam nunc, adminiculo professoris et academici dris L. Geitler, hicce complemus, ita quod modo in-

scriptio, quae temporum hominumque iniuria plurimum passa est, paleographiae et historiae slavicae amicis tota pateat.

Quo documentum istud multis pervium sit, adducimus illud sub a) in prototypi forma, uncis huiusmodi [ ] inserentes litteras plus minusve legibiles, aliis vero uncis ( ) litteras inlegibiles, quas tamen e sensu supplere potuimus. Adducimus dein sub b), qua ratione, vocibus ab invicem seiunctis, legendum sit; ac tandem addimus sub c) transcriptionem cyrillianis litteris, versionemque latinam.

Quod scripturae formam externam attinet, litterae universim medium tenent locum inter rotundam et acutam figuram glagoliticae scripturae, ita ut documentum istud exhibeat nobis scripturam glagoliticam e rotunda in acutam formam pedetentim transeuntem, in qua tamen posterior typus praevalet. Priorem typum, qui in monumentis bulgaricis praevalet, praeseferunt in nostro monumento praeprimis Ⰲ, Ⰴ, Ⱎ, Ⱑ. Hanc varietatem etiam in editione nostra, quantum fieri potuit, exhibemus. Quare si inscriptio s. Luciae vel quoad scripturam conferatur cum antiquissimis glagoliticis monumentis croaticis, quae saeculo XII ad finem vergente antiquiora sunt, illa omnibus his vetustior censenda est. Quod etiam primis duobus signis, quae initio post crucem sequuntur, confirmatur, in quibus litteras Ⱍ. Ⰱ. annos designantes non obscure recognoscimus.

Ex insvetis litteris signisque attentionem nostram merentur: α) Ⱑ, quae vices a obit, tum o, Ⱁ = з, ac Ⱏ pro Ⱑ; item β) ligatura Ⰱ pro Ⰱз; tandem γ) litterae latinae vel graeco-cyrillianae, quae cum glagoliticis promiscue adhibentur, videlicet м et Ⱎ, и et Ⰻ, ı et Ⰸ, т et Ⱅ, в et Ⰲ, de quibus id singulare adnotandum, quod haec usus promiscuitas circa finem inscriptionis praevaleat.

[1] Cf. Držata, Držko, Držihna. Miklošić: Die Bildung der slav. Personennamen nr. 121. [2] v. slov. ладина, nsl. ledina, terra inculta. [3] Svinimir nostrorum actorum. [4] Cf. Desinna iupanus (Acta nr. 29, p. 38. nr. 69, p. 90, nr. 71, p. 93), Designa = Desinja iudex (nr. 134, p. 175), item Desilo ap. Miklošić op. cit. nr. 107. [5] Piruanego iuppano de Luca (Acta nr. 40, p. 52), Pribinego (ibid. p. 173). [6] Cf. Vitadrag (Acta p. 166), Vitoslav. Miklošić op. cit. nr. 39. [7] i. e. ⰄⰑⰁⰓⰅⰂⰋⰕⰟ, Dobrevit, Dobrovit. Acta p. 129. [8] nom. ⰍⰑⰈⰏⰀ, Cosmas. Cf. Cosma (iupano) lucьsco, Cusma iupano Luce (acta nr. 60—61. pag. 80—81), item „Cosmas iupanus de Luca". Cod. dipl. CSD. I, 211. [9] краина regio finitima, confinium. Miklošić lexic. paleoslov. Daničić rječnik ad h. v. Denotat etiam certam regionem finitimam. [10] Cf. Otočac locus in župa gatskensi, „Otočac v gatanskom kotari". Kukuljević: Povjestni spomenici I, 116.

INDEX
PERSONARUM, LOCORUM ET RERUM.

(Uncis inclusi numeri annos, alii paginam denotant.)

A

C K

D

E

*

G

H, Ch

*

M

N

O

Q

R

S

*

T

*

U, V

Y v. I, J

Z